ESEGESI
BIBLICA
160
A
26.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
160
A
26
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VA1 1526391

VINDICIÆ
VULGATÆ LATINÆ EDITIONIS
BIBLIORUM,
QUA
ECCLESIA ROMANO-CATHOLICA
UTITUR,
CONTRA ASSERTAM
HEBRÆI, ET GRÆCI TEXTUS
HODIERNI
ABSOLUTAM AUTHENTIAM.

AUTHORE
GEORGIO CZUPPON
SS. THEOLOGIÆ DOCTORE, IN SEMINARIO
SABARIENSI CLERICORUM SCRIPTURÆ S. ET LL.
ORIENTALIUM PROFESSORE, V. CONSISTORII
EPISCOPALIS SABARIENSIS ASSESSORE.

SECTIO IV. V. VI. VII.

SABARIÆ
TYPIS JOSEPHI ANTONII SIESS.
1798.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Aliud eſt, ſi contra ſe poſtea ab Apoſtolis uſurpata teſtimonia (Judæi) reprobaverunt, & emendatiora ſunt Exemplaria Latina, quam Græca: Græca, quam Hebræa. Hier. Tom. IX. edit. Vallars. Præf. in Gen. col. 6.

Digitized by Google

SECTIO IV.

LABOR NOVÆ VERSIONIS POSTERIORIBUS SECULIS SÆPE, ET PER MULTOS TENTATUS, JUDICIO GRAVISSIMORUM VIRORUM NUNQUAM HACTENUS ITA FELICITER CESSIT, UT IN LOCUM VULGATÆ EDITIONIS PUBLICA AUTORITATE SURROGARI MERERETUR.

Nonnullæ Verſiones in exemplum adducuntur.

De verſionibus poſteriorum temporum (pag. 131.) ſermo meus procedit, quarum aliquæ a Catholicis, ab Heterodoxis aliæ, jam totius V. novique T^ti^, jam nonniſi quorumdam librorum ex Originali textu factæ ſunt. Nec locus eſt, nec animus ſingulas, cum ſint propemodum infinitæ, in medium proferendi, aliquas ſolum attingo, adjuncto eruditorum judicio, quo conſtet, nullam usque ad hæc tempora Vulgatæ æquiparari poſſe. Ex Catholicis Sanctes Pagninus Lucenſis Ord. S. Domin. tota Biblia ex Hebræis, Græcisque Fontibus in Latinum tranſtulit, perfecit ediditque Florentiæ, an. 1528. ſex proinde annis prius, quam Lutherus ſuam Germanicam verſionem edidiſſet, opus, Leoni X. Pontifici, qui Pagnino velut redivivo Hieronymo gratulatus fuit, dicatum, & expenſis ejus excuſum, ac pro ratione, & exigentia temporis probatum eſt: illud nempe tunc decurrebat infelix ſe-

culum, quo Catholicis linguarum ſacrarum cognitione paſſim deſtitutis, fidelitate verſionis Vulgatæ a Novatoribus in quæſtionem vocata, quin imo etiam immoderatius negatâ, neceſſaria fuit aliqua verbalis, & grammatica ex Fontibus verſio, quæ horum lectionem, & ſervilem expreſſionem ignaris offerret, & repræſentaret, qua contra Adverſarios ad defenſionem Vulgatæ uterentur. Injuriam viro doctiſſimo *(a)* facit, qui tantum ejus laborem, aliasque elucubrationes, ſpectantes ad hocce genus literaturæ, grato animo non ſuſcipit. Verſioni Bened. Arias Montanus emendatricem manum, qua magis corrupit, adhibuit (pag. 554.) auxit vitia, & pſeudermenias, ut vulgo de Arii labore dictum fuerit: *quot correctiones, tot corruptiones*, quamvis iſtud rurſus nimium ſit; atque ita emendata verſio primum in Antwerpienſia, poſtmodum & in Londinenſia Polyglotta ſiniſtro fato migravit, barbara nimis, ſolœcismis ſcatens, a genuino, & legitimo Fontium ſenſu ſæpe, multumque aberrans, inculto elocutionis genere (pag.

(a) Natus eſt Pagninus an. 1470. Lucæ in Ital. denatus 1541. 23. Aug. edidit Librum interpretationum Hebraicorum, Græcorumque Nominum Bibliis contentorum. Theſaurum linguæ Sanctæ. Iſagogen ad ſacras Literas. Hebraicarum Inſtitutionum LL. IV. Catenam argenteam in Pentateuchum in 6. vol. item in Pſalt. in 3. vol. cum vero Theſaurus linguæ S. vaſtior eſſet, ut ſtudioſis tenuioris fortunæ ſuccurreret Fr. Raphelengius, an. 1616. Theſauri hujus epitomen ex Officina Plantiniana edidit. Verſionem ejus dicuntur etiam Adrianus VI. an. 1523. XI. Maji. Clemens VII. an. 1526. VI. Junii datis ad ipſum literis commendaſſe.

(pag. 550.) ſenſuque impedito multum horrida, (b) in qua 1o non apparet ille Spiritus, quo animante verbum Dei corda legentium igne ſuccendit ſalutari. 2o Fundatur plus in perfidorum

Oo 2 Ju-

(b) Gilbertus Genebrardus Script. S. & Lingu. Hebr. Pariſiis Regius Profeſſor Proœmio in OO. Origenis de Pagnini verſione ſic pronunciat. Santis Pagnini verſio (poſt Vulgatam) omnium optima eſt, ſed ut libere dicam, minus diligens, nimis ambitioſa, nimis curioſa, nimis grammatica, nimium Rabbinicarum minutiarum æmula, quæque recentium præceptionum ſubtilitate noxam ſinceritati & ſententiarum, & rerum ſæpiuſcule afferat: unde nec ſatis interdum cohæret cum veterum Hebræorum doctrina, nec cum fidei Catholicæ myſteriis. Quin in propriis nominibus locorum, fluviorum, hominum &c. parum fidelis eſt, propterea que imperite factum eſt, ut veteri traductione neglecta Jacobus Zieglerus Landavus Bavarus in ſua Paleſtina ad Santeam acceſſerit, moreque infelicium data optione pejus elegerit. Nam præterquam quod multa brute deſcribit, quid opus fuit flagellare noſtrum interpretem, qui ſeſe in propriis vocabulis ad ſvavitatem Latinam accommodavit, quod Latinis verteret? ipſe Joſephus (Flavius) multo magis fuerat flagellandus, qui, ut Græcorum ritui ſeſe aptaret, quibus ſuas Judaicas Antiquitates lucubrabat, omnia fere deformavit, & ad linguam Græcam deflexit. Neſcio, qualibus auribus iſti ſint præditi. Certe Romanis, Latiniſque auribus dulcius ſonat, niſi maxime fallor, Jacob, quam Jahaacob, Iſaac, quam Jitztchhak, Jeremias, quam Jirmejahu, Idumæi, quam Edumin, Sichem, ut ipſe Lucas protulit, quam Sechem; ut prætercam ceteras glandes, ad quarum eſum nos revocare ſtudet inventis frugibus.„

Poſtremum, quod eruditus, & Rabbinica quoque literatura excultus vir acerbius caſtigat, illud eſt ſtultitiæ genus, omnibus fere novarum verſionum authoribus, potiſſimum heterodoxis familiare, quo nomina propria ab uſitata, & apud omnes gentes Chriſtianas vulgatiſſima ſcribendi, & pronunciandi forma ad Rabbini-

Judæorum commentariis, quam in Eccleſiæ Doctoribus, & Paſtoribus, quorum in vaſto opere vix aliqua eſt mentio, unica, & frequentiſſima Rabbinorum in annotationibus, & ſcholiis, ubi ta-

---

binicam, hucdum nobis inauditam, difficillimamque transferunt, & deturpant, ut vix amplius ab ipſis doctioribus intelligantur. Iſaiam, Jeremiam, Ezechielem, Nabuchodonoſorem, Balaam, Abdiam, Aggæum, Judam, Zachariam, Malachiam, Sophoniam, Darium, Cyrum, Salatielem, Zorobabelem, Samſonem, Pharaonem, Gedeonem, Jephthe, Chore Viros novimus, & legere conſvevimus Matth. 1. Phares genuit Eſron, Eſron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naaſſon, Naaſſon genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed &c.

Iſti nobis autores ſunt, ut dicamus: Jeſchajahu, Jirmejahu, Jechetzkel, Nebuchadnetzar, Bileam, Obadja, Jehuda, Chaggaj, Zecharja, Meleachi, Tzephanja, Darjaveſch, Choreſch, Schealtiel, Zerubbabel, Schimſchon, Parho, Gideon, Jiphthachh, Chorachh: Legere nos jubent: Peretz genuit Chetzron, Chetzron autem genuit Ramum, & Ramus genuit Haminadabum, Haminadab autem genuit Nachſchonem, Nachſchon autem genuit Salmonem, Salmon autem genuit Bohaſum, Bohaz genuit Hobedum.&c. Rurſus: primam mulierem Evæ, aliam Annæ, Sororem Moyſis, & Redemptoris noſtri matrem Mariæ, Jobi filias *Diei* (ob formæ ſplendorem) *Caſſiæ*, & *Cornu ſtibii*, Salvatoris natalem locum *Bethlehem*, Judææ metropolim *Jeruſalem*, nominibus ſuis vocitare ſolemus, caſtigatius, & fonti Hebræo convenientius loquendum eſſe decernunt. Chavvah, Channa, Mirjam, Jemima, Ketziha, Kærænappuca, Bethlæchæm, Jeruſchalaim. Sarmaticene, an Sinice, aut Laponice iſti loquuntur? hanc enim pronunciationem, qua ſcilicet melius, quam ab Apoſtolis eruditi ſumus, loqui jubemur, inficeto rure inficetiorem ipſi hæretici Pellicanus, & Zvinglius dericulo habent, tamquam antiquitati Judæorum incognitam, quam non eſt

tamen minima horum, maxima illorum habenda erat ratio; non enim indecorum modo, ſed & periculoſum videtur, a Rabbinis Jeſu Chriſti hoſtibus, & Eccleſiæ Chr. oſoribus in vera, ac genuina Scripturarum translatione velle pendere; quod etiam Tertullianus L. de Præſ. de hæreticis quidem loquens, ſed ex ratione generali improbat, quia *nemo inde ſtrui poteſt, unde deſtruitur, nemo ab eo illuminatur, a quo contenebratur.* 3° Multa fidei, & Salvatoris noſtri Myſteria clariſſime in Scripturis juxta Vulgatam verſionem, & SS. PP. explanationem propoſita, non ſecus, ac alii Hebraizantes Neoterici, vel tenebris involvit, vel alio rſum detorquet cum Rabbinis, non quidem intentione mala, ſed incauto, & imprudenti Rabbinos ſequendi ſtudio. Ne fingere me iſtud aſſeras, paucula ex verſione habeto: Pſ. 21. loco *foderunt manus meas, & pedes meos* transfert: *quaſi leo manus meas, & pedes meos.* (pag. 47.) Pſ. 109. loco: tecum principium &c. *dominare in interiori inimicorum tuorum, populus tuus devotionum* &c. Textum: *tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech: Tu es ſacerdos in ſeculum ſuper verbum meum Mal-*

 chi-

eſt ambiguum, tum demum invectam fuiſſe, quum eis omnis fere peritia periverat. Voculationes ſunt profecto plusquam barbaræ, quibus tantum non fædant Divina eloquia; quæ ergo intemperiæ movent, ut pro Darius legatur Darjaveſch, pro Cyrus Choreſch? Ludolphus Jobus, & Corn. a Lap. monent, Rabbinos in prophana gentium hiſtoria peregrinos nomina apud hujusmodi gentes hominum propria male punctaſſe.

chiſedech (c) Pſ. 59. 10. *mihi alienigenæ* h. e. Philiſthæi *ſubditi ſunt: ſuper me Pelæſchæth jubila:* nempe in Hebræo hodierno corrupte legi-

(*c*) Non oportebat Rabbinis plus deferre, quam Apoſtolo, qui ad ipſos Hebræos ſcribens C. 5. v. 6. 70. Interpretum, & Vulgatæ confirmavit verſionem, antiquis tandem obſequendum fuiſſet translationibus, quarum nulla pronomen *meus* exprimit, ſed *jod* finale juxta regulam Grammaticorum hic pro mere redundante, ſive paragogico habent, non ſolum Rabbinis Jarchhi, & Abenezra, verum ipſo quoque Kimchhio, quem paſſim ſequitur Sanctes, conſentientibus; ita *jod* mere connexionis, & ornatus cauſa adhæreſcit maxime nominibus propriis, ut *Aminadab*, *Abimelech*; aut *jod* iſtud novitium, & ſubreptitium eſt, ſi nullus veterum conſpexerit. Grotius quoque (in explicatione Prophetiarum de Chriſto ſuſpectus) hodiernum Hebræorum textum, a quo illum 70. Interpretum diſcrepaſſe cenſet, transfert: *Secundum conſtitutionem meam o Rex mi juſte!* quaſi *Melchitzædæk* appellativum foret, meliora tradit in C. V. ad Hebr. Magis aberrat verſio Germanica Moyſis Mendelſonii Berol. in VIII. an. 1783. *Du biſt der Gottheit diener ewig! der Sänger täuſcht nicht*, (non fallit, nec fallitur, forte dicere vult) *König zedeks.* Itaque perfacile eſt Rabbinizantibus fidei noſtræ veritates ſubdolæ interpretationis pigmentis incruſtare. Peræque damnabilis eſt Gallica verſio D. Laugeois a D. L. Advocat. Pariſiis in obſervationibus ſuper hac Pſalmorum verſione caſtigata an. 1763. in XII. *Vous ſeres a jamais le Souverain Pontife ſuivant ma promeſſe o Roi tres-juſte!* Tu es æternum ſummus Pontifex ſecundum meum promiſſum o Rex juſtiſſime! quis enim usque adeo cæcutiat Orthodoxus, ut non videat Sâlvatorem noſtrum non Regi cuipiam juſto in genere, ſed Melchiſedecho quoad genealogiam, locum, conditionem, ritumque ſacrificandi in oppoſitione ad illa Levitici ritus ſacrificia, quæ de uno in alterum hæreditaria ſucceſſione tranſiverunt, ab Apoſtolo comparari?

gitur *yalaj Pelæſchæth hithroyayi*, a *roya heriay*, vel *hithroyay*, jucunde vociferari; cum futurum primæ perſ. eſſe debeat *æthroyay*, *ale* vel *yal*: *ſuper Philiſtæam ovans vociferabor*, h. e. ducam triumphum, ſeu quod idem eſt: *mihi* (Philisthæi) *alienigenæ ſubditi ſunt* velut victori, adeoque etiam *amici ſunt*, ſeu ut Hier. habet, confœderati ſunt: *raya* amicus fuit, *rayay* confregi, mihi ſubjeci, *roya* vociferatus ſum. Pſ. 107. 10. clare habetur noſtra lectio etiam in Hebræo quoad ſenſum, 1ª ſcilicet futuri, non 2ª perſona Imperat. Syro etiam in Pſ. 59. 10. conſentiente; novat hîc quoque Pagninus: *ſuper Pelæſchæth taratantarizabo* (cum tympanorum pulſu exultabo) ut quid oportuit Ennii taratantaram in verſionem inferre? Ut quid Jer. 11. 19. loco *ſicut ovis* Chriſtus ducetur ad victimam, bovem ſubſtituere, *ſicut bos* ducetur? Textum Jobi C. 19. 25. pro firmando reſurrectionis dogmate in V. Tᵗᵒ juxta Vulgatam planiſſimum, quo Gregorius M. adhuc Sanctæ Sedis legatus Eutychium Patriarcham Conſtantinopolitanum ita convicit, ut morti vicinus, manu ſua pellem attrectans ſuam, exclamaverit: confiteor, quod omnes in carne hac reſurgemus: ita novitate translationis enervat: *Et ego novi redemptorem meum vivum*, & *noviſſimò ſuper pulverem ſtaturum (d)*, & *poſtquam pellem meam contriverunt hanc - - - defecerunt renes mei in ſinu meo.*

Oo 4 Tho-

(*d*) Veteres Hebræum Jobi textum aliter legiſſe videntur, *akum* lo *jakum*, *ſurgam*, non *ſurget*, quam lectionem retinet Oſiander (pag. 34.) Lutherus legit *jakim*,

Thomæ de Vio, notiore vocabulo *Cajetani Cardinalis* (pag. 53.) Græcæ pariter, & Hebrææ linguæ ignari, atque ita ad parandam verſionem imparatiſſimi verſio Pſalmorum, omnis-

kim, *i* loco *u*, & ſic in *hiphil* valet non *ſurget*, ſed ille Redemptor *ſurgere me faciet*, eriget, (er wird mich hernach aus der erden auferwecken) quem locum etſi Philippus primum correxerit, tamen ut in poſterioribus editionibus corrigeretur, teſte Matheſio obtinere non potuit; vel certe *jakum* cum 70. ſignificatione activa *eriget* ſumpſit. (pag. 412.) Satis eſt traditione verba Jobi ad ſignificandam carnis noſtræ reſurrectionem determinari, ut patet ex 70. verſione: *ſcio ego*, *quod æternus eſt*, *qui - - - ſuper terram reſuſcitaturus eſt pellem meam*, *quæ tolerat hæc* &c. loco: *& poſt pellem meam contriverunt*, vel perforarunt, *hoc*, ve achhar yori nikkephu zoth, ſi a *nakaph*, perforare, conterere, conſcindere ducatur, aſt potius a *jakaph*, kuph, circumire, in *hiphil* circumdare, ut eodem C. V. 6. & C. 1. 5. & poſtquam pellis mea (quævis) circumiverit, circumdederit corpus *hoc*, vel in *niphal*: *& poſtquam pelle mea circumdata fuerint oſſa*, ſequetur *hoc*; ſi loco *yori*, legas *yuri*, verti poterit: *& poſt evigilare meum* h. e. poſtquam evigilavero, poſt reſurrectionem *circumdabunt hoc*. Alii: & poſtquam pellem meam perfoderint (vermes iſti, & ulcera hæc, quæ fors nutu, vel digitis deſignaverit) al. & poſtquam corpus meum iterum obductum fuerit pelle, videbo Deum in carne mea. *Repoſita eſt hæc ſpes in ſinu meo* h. e. hac reſurrectionis ſpe me ſolor in miſeriis, ſpe omnino firmiſſima, tamquam veritatis æternæ, quæ meretur exarari in libro ſtylo ferreo, vel celte inſculpi in ſilice ad memoriam perennem venturæ poſteritatis V. 2. 24. Hebr. *Chalu chiljothaj bechheki* h. e. perfecti, vel conſumpti ſunt renes mei in ſinu meo: *renes* ſunt ſedes concupiſcentiæ, & deſiderii (hinc Deus ſcrutator renum) per metonym. *deſiderium*, *ſpes*, unde verti debet: abſoluta, perfecta, & quaſi ad effectum deſideratum deducta ſunt deſideria mea

niſve commentatio cento erat ex præcedaneis aliorum tranſlationibus, & duorum Judæorum alterius quidem lavacro ſacro abluti, alterius perfidi opera adornatus, in quo illud pro baſi, ac fundamento ſuæ interpretationis poſuit: novum ſenſum textui conſonum, *quamvis a torrente Doctorum ſacrorum alienum*, ſi quando interpreti occurrerit, tenendum eſſe. *Itaque* (ajebat) interpres *non deteſtetur novum Scripturæ ſenſum ex hoc, quod diſſonat a priſcis Doctoribus, ſed ſcrutetur perſpicacius textum, & contextum Scripturæ: & ſi quadrare invenerit, laudet Deum, qui non alligavit expoſitionem Scripturarum SS. priſcis Doctoribus, ſed Scripturæ integræ ſub Catholicæ Eccleſiæ cenſura (e).*

 Quæ

mea in ſinu meo, h. e. intra me. Vulgatus ſenſum Poëticum obſcuriorem clarioribus verbis reddidit; ſane *renes* non ſumi proprie declarat adjectum *in ſinu meo*, unde etiam Vatablus vertit: *Hoc unicum eſt mihi deſiderium.*

(*e*) Verba Hermeneutis Tyronibus maximopere commendanda, probeque tenenda „ſubdit Cl. Monſperger par. 2. pag. 238. Minus prudenti, minusque ſalutari, ne dicam periculoſo conſilio vir doctus iſtud Tyronibus inculcandum dicit, quod plerique Catholicorum inſecurum, & neque viris maturioris judicii permittendum cenſent. Præter detectos hucdum Scripturarum ſenſus latent innumeri ſecuturis fortaſſe ætatibus proferendi in apricum, non tamen facile adverſus torrentem Doctorum etiam extra res fidei, & morum.

Conformiter præſtabilito huic principio vix ulla eſt apud Cajetanum SS. PP. mentio, qui quatuor recentioribus ex Hebræo tranſlationibus, & duobus recutitis plus, quam omnium Græcorum, Latinorumque

Quæ hominum iſtius generis a recepta Eccleſiæ lectione levi de cauſa recedentium conſtans eſt inconſtantia, Fontes, quos adire per linguarum imperitiam non potuit, crepat etiam Cajetanus, ſed quos rurſum ubi placuit, corruptionis poſtulaverat, (pag. 384.) Matth. 23. 24. illud in Phariſæos a Chriſto prolatum: *excolantes culicem* h. e. rem perexiguam, quæ ad perfectionem minimum confert, ſuperſtitioſius obſervantes, (uti revera, ne vel culex vino, alterive liquori latenter merſus glutiatur, etiam ad literam iſtud perfecerunt) *camelum autem glutientes* h. e. graviſſima præcepta de interna cordis munditie, de honore parentibus exhibendo, quæ leviuſculis illis tanto majora erant, quanto culex camelo minor eſt, transmittentes. Ita interpretatur: „Nihil commune eſt Camelo, & glutitioni, nullaque conſonantia reſpondet excolationi culicis glutitio cameli; propter quæ crediderim ego *tam Græcum, quam Latinum textum corruptum haberi* in nomine proprio iſtius animalis. Contextus metaphoræ exigit, ut animal aliquod magnum ſignificetur, quod deglutiri bibendo poteſt, alioqui non quadrat metaphora. Sonat enim parabola hæc, quod bibendo hinc evita-

que Patrum explicationibus tribuendum cenſuit, ſicque (ut verbis utar Melchioris Cani L. 2. de locis in fine Cap. XIII. *Pſalmorum verſionem dum fidam voluit reddere, reddidit ad Eccleſiæ quidem uſum inutilem.* Quod vero ad ſermonis pertinet culturam, (quia Vulgatæ ruſticitas his hominibus diſplicet) in hac Cajetani, & illa Pagnini (pag. 577.) verſione in pauculis paginis plus occurrit ſolœciſmorum, & barbariſmorum (inſit Gretzerus pag. 49.) quam in tota editione Vulgata Bibliorum.

tatis tanta diligentia minimam culicis immunditiam, ita ut excoletis eum; inde autem glutitis (procul dubio bibendo) animal magnum immundum, puta muſcam magnam, quam vulgariter dicimus *muſconem.* Si diceretur œſtrum &c. ſenſum clarum haberemus.„ Siccine corruptio, etiamſi omnia exemplaria, omnesque antiquæ verſiones conſentiant, ex arbitrio fingenda fuit? Sed S. Dominici alumno alterum ejus alumnum opponamus! Ambros. Catharinus in Annot. ad dogmata Cajetani retaliat: „Vere non ſolet deglutiri camelus, ſed nec ſolet *aſinus ad lyram:* & tamen etiam jucunde dicitur, *aſinus ad lyram*, congrua certe metaphora &c. verum ut per Scripturas confutetur, nonne dixit Dominus? *quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* nunquid ergo ſolet eſſe trabs in oculo? ſciebat Dominus, qui novit omnia, non ſolere deglutiri camelum, ſed ob hoc ipſum conveniebat parabola. Talia enim erant Phariſæorum crimina, quale illud animal, nempe immanitate ingentia, iniquitate tortuoſa, ac per hoc ſuapte natura inglutibilia: quæ tamen iſti facile admittentes tamquam glutiebant, cum nihilominus vitarent parva.„

Iſidorus Clarius (pag. 91. & 96.) Utrumque Teſtamentum. ex Hebræo, & Græco vertit, de quo Melchiorem Canum denuo audiamus! Iſidorus Clarius ferendus non eſt, cujus emendatio nihil eſt aliud, quam interpretis veteris reprehenſio. Quam bellum erat potius novam editionem confiteri, quam veterem emendare, ne lectores ſimplices verbis ambiguis deciperentur. „L. 2. C. 13. propius ad fin. pag. 54.

De-

gatum interpretem intemperantius redarguere, (pag. 89.) in Gallia, Hiſpania, Flandria, Germania a multis eſt impugnata, ab ipſo Pontifice pro ratione temporis, velut uſualis Græci codicis repræſen-

nantiæ utriusque continuo lapſum putavit, quoties codices, qui ipſi præ manibus erant, aliud obtulerunt; cogitare debuiſſet verſori antiquo, & emendatori Hieronymo meliores Græcos codices non defuiſſe. Ego utor editione an. 1700. Francofurti ad Mœn. in qua obvie deprehendo Matth. 2. 1. in Bethlehem civitate *Judææ* loco *Judæ* (pag 27.) Joan. 1. 1. In principio erat *ſermo*, & *ſermo* erat apud Deum, & Deus erat *ille ſermo*. V. 14. Et ſermo ille caro factus eſt, & habitavit in nobis (& conſpeximus gloriam ejus; gloriam velut unigeniti a Patre) plenus gratia, & veritate. Luc. 1. 1. Quoniam complures aggreſſi ſunt contexere narrationem earum, quæ inter nos certiſſimæ fidei ſunt, rerum &c. Ad Rom. 12. 11. (eſtote) ſpiritu ferventes, *tempori* (loco: Domino) *ſervientes*. Matth. 6. 13. comparet illud additamentum: quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſecula Amen. 2. Petr. 1. 10. omittitur *per bona opera*. Quapropter Fratres potius operam date, ut vocationem, & electionem veſtram firmam efficiatis. 2. Theſſ. 2. 15. Itaque Fratres ſtate, & tenete *inſtitutiones*, quas didiciſtis ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram. „ Cum eadem ipſa vox ſit in Græco *paradoſis*, nulla fuit ratio mutandi receptam vocem *traditiones*. Epheſ. 5. 32. *Myſterium* hoc magnum eſt, verum ego loquor in Chriſto, & in Eccleſia. „ Variatio pure verbalis eſt, cum tamen vox *Sacramentum* Gr. *myſterion:* in V. T. novem, in N. octo vicibus recurrens conſecrata jam fuerit exprimendæ illi veritati, quam deſignat Gr. *myſterion*, præſtabat retinere. Ad Rom. 5. 12. loco *in quo: quatenus* omnes peccaverunt. Quanta præberentur vulgo offendicula, ſi in templis, & ſacris conventibus Catholicorum pro diverſitate verſionum de cathedris perſonaret jam *In principio erat Verbum: Domino ſervientes:* jam *In principio erat ſermo: tem-*

ſentativa, grato animo ſuſcepta magnam retulit a compluribus commendationem.

Carol. Franc. Houbigantius Oratorii Jeſu Sacerdos an. 1783. vitæ ſuæ 98. denatus edidit: *Biblia Hebraica cum notis Criticis & verſione Latina ad notas Criticas facta.* Lutet. Paris. 1753. Vol. IV. in fol. ſola verſio prodiit Vol. VII. 8. M. quæ a multis omnibus antea editis præfertur, quod perſpicuitate, in expreſſione Archetypi vi ſolida, puritate, & ſimplicitate nulli cedat. Clamores in autorem, dum in emendando textu feliciter verſatus eſt, excitati, illiberalis ignorantiæ fuerunt, Lowthius, Michaëlis, Kennicottus, Starkius a methodo ejus quoad ſubſtantiam non diſcedunt. (g) Notæ ejus Criticæ in IV. M. Tomis II. Francof. ad Mœn. apud Varrentrap. an. 1777. prodiverunt.

Jam

---

tempori ſervientes. &c. Ut de abſonis illis voculationibus: Jeſchajahu, Jirmejahu, Maleachi, Mirjam, Jehova tzebaoth &c. nihil dicam.

(g) Præclara ſunt viri hujus vere eruditi in Scripturis Critice elucidandis merita, Maſcleviana Biblia Hebraica tractandi methodo aſſumpta, de majori hodierni Hebræi textus, quam Ludov. Capellus demonſtraverit, corruptione perſvaſus, generoſo auſu multas veras, ſed inductis vitiis in Vulgatis Hebræorum codicibus mutatas lectiones reſtituit, quia tamen frequenter nimius erat, dum tanta Hebræum textum emendandi, mutandique licentia periculo non vacare crederetur, odia incurrit ſane multorum, quorum nonnulli calamum in eum ſtrinxerunt. Extant *Exercitationes III. Philolog. adverſus C. F. Houbigantii Prolegomena in S. S.* Amſtel. 1761. 1763.

Tres viri Ord. S. Fr. in Gallia Ludov. de Poix, Hier. de Arras, Claudius Fr. de Paris novam Pſalmorum ex Hebræo verſionem, & explicationem annis

Jam attingamus aliquas verſiones *Heterodoxorum!* ſed ante omnia quid de cunctis illis ævo ſuo Mart. Lutherus ſenſerit, ſcripſeritque, audiamus! In libro ſchem hammephoraſch in accentus, puncta, totamque Maſoram graviſſime invehitur, non eſſe Judæis credendum, quia audacter ſcripturas contra Chriſtum perverterunt, ſe pœnitudine ſera ductum alibi aſſerit, quod Judæis in verſione ſua crediderit; id ipſum in Pagnino & Munſtero aperte improbat, unde a punctis hodiernis, omnique lege Maſoretharum liberrime recedit. Verba ejus ſunt: *Moyſe, und die Propheten haben nicht mit puncten geſchrieben, welches ein neu menſchenfündlein nach ihrer zeit aufgebracht.* In Gloſſa ad Gen. 38. 12. *puncta können ſo wohl fehlen, als treffen.* Hebraiſtæ, & Rabbiniſtæ (inquit) ſunt animal ſine intellectu: Tom. 7. Lat. Witeberg. tam non eſſe Judæos, quorum Synagoga eſt nidus diabolorum, ſanctum Dei populum, ſicut non ſunt diaboli, qui non ſolum vero intellectu Scripturæ, ſed omni pudore, & commu-

---

nis ab hinc non multis propoſuerunt, reprehenſi, quod potiſſima parte aliorſum detorta ex omnibus 150. Pſalmis Jeſu Chriſto proprie, & in litera nonniſi ſeptem convenire aſſeveraverint. Aliud judicavit Auguſtinus Enar. in Pſ. 59. *Vix eſt, ut in Pſalmis inveniamus voces, niſi Chriſti, & Eccleſiæ; aut Chriſti tantum, aut Eccleſiæ tantum, quod utique ex parte nos ſumus.* Malvenda Dominicanus in Hiſpaniis dictione impolitus, verbis difficilis, commentario addito opus habuit, ut intelligatur, ſerviliter literalis eſt ejus interpretatio, ut magis grammatica ſit translatio; inſerta eſt collectioni XI. commentatorum Venet. Tomis 28. in IV.

muni ſenſu privati ſunt, pro Bibliis, pro Margaritis verbi Dei debere eos potius ſuillum ſtercus tractare; Rabbini ſunt rudes, & indocti aſini, qui neque Scripturam Sanctam, nec hiſtorias conſiderant: cum Hebræa lingua adeo interciderit, ut ne Judæi quidem ſatis ipſam intelligant, video, (inquit) quam non gloſſis eorum ſit credendum; ſi aliquid lucis accedere V. T. Libris poteſt, neceſſe eſt id a Chriſtianis fieri, qui cognitionem Chriſti habent, ſine qua linguarum quoque peritia parum eſt profutura; cæci ſunt in ſcripturis, ſicut prædixit Eſajas, unde & eos ſequentes neceſſe eſt eſſe cæcos, niſi enim Lux N. T. præeat, V. Tti Scriptura velata eſt, ut Paulus ait 2. Cor. 3. tam variis & diſcrepantibus interpretationibus, grammaticis diſtinctionibus, punctationibus textus Bibliorum tam miſere lacerant, & diſcerpunt, ut ſi ipſos interpretes ſequi velimus, nunquam habituri ſimus Biblia, una aliqua certa, & concordi ſententia enarrata, aut intellecta, quoniam ſuam quiſque Rabbinorum interpretationem aliis præferri vult. Quid? quod ipſi coguntur fateri, multis in locis ſe nondum intelligere ſuæ linguæ vocabula? tantum abeſt, ut ubique puram, & conſentientem Bibliorum explicationem habeant, quod ad Grammaticam ſententiam attinet, ut de Theologica taceam, cujus prorſus nihil habent. Quare & noſtros magiſtros, (intelligit ipſos novatores) eos ſequentes neceſſe eſt eſſe cæcos eo deventum eſſe, ut ſi quis 4. Græca verba ſcribere, unum Pſalmum explicare poſſit, ſcientia tamquam fermento inifletur, ut in nubibus ſibi videatur incedere, longe ſupra alios homines: ſibi (ait) perſvadent ſcripturam ſacram non poſſe intelligi, niſi per regulas gram-

ma-

maticas, & illam ſolicitam punctorum rationem, itaque ſententia nulla tam abſurda eſt, quin eam prærancidis Grammaticorum regulis defendant, & ornent. Frigent, & non infrequenter ineptiunt, qui Judæos ſibi duces eligunt; adfert Lyrani pii & ſinceri exemplum, qui tamen cæcos duces ſecutus, ſæpe, multumque erraverit. Profecto (ait) non eſt utilis Eccleſiæ opera, & ſtudium, Rabbinorum, & Grammatiſtarum judaizantium interpretationes in Eccleſiam invehendi, quia ſic facile caligo offunditur, ut interim amiſſa vera ſententia, & intellectu de Chriſto, ubi non oportuit, Judaicæ imagines nobis incautis obrepant; quemadmodum omnibus interpretibus video eveniſſe nullo, ac ne me quidem excepto: ita apud Gretſerum Tom. 8. pag. 290. Addit: ſi tamen detur optio, adhærendum eſſe Auguſtini, aliorumque veterum Chriſtianorum enarrationi, & ſententiæ, Judæis multum valere, & abire, quo digni ſunt, juſſis.

Quod ad Novum Teſtamentum attinet, eadem pagina dicit Papiſtas habere optimam verſionem, alios vero erroneam: *Quid Papæ cœtus queri potuit ſibi deeſſe, quod ad integram lectionem ſcripturarum attinet?* An non librorum N. T^ti^ certam, perſpicuam, ac luce clariorem lectionem habuerunt? quid nunc noſtris novarum ſectarum authoribus deeſt? an non & hi (Anabaptiſtæ, & Sacramentarii) certe in N. T^ti^ libris doctrinam Evangelii certo, & clariſſime traditam legunt? an vero propter uniuscujusque inſani, & a Satana exagitati cerebri furores, & ſomnia etiam N. T^ti^ novam verſionem, quæ ad illius fanaticum ſenſum congrueret, edendam fuiſſe, aut eſſe judicabimus? quis hic fu-

turus eſſet modus, aut numerus novarum interpretationum? ſe ſperaſſe Hebraiſtas recentiores adducturos eximium quid, & pretioſum, ſed ſibi idem evenire, quod olim Salomoni, qui cum ſperaret pretioſiſſima quæque ex India ſe accepturum, nihil aliud obtinuerit, quam Simias, & Pavones: (pag. 493.) ita hodiernos verſores, vel veterem tranſlationem reddere, vel Simias eſſe Rabbinorum, ſolumque exquiſitis loquendi formulis Ciceronianis quaſi pavonum pennis ſeſe oſtentare. Tam multas jam eſſe interpretationes Bibliorum, ut tempore progrediente tot fortaſſe ſint futura Biblia, (diverſa realiter) quot ſcioli in Hebraica lingua magiſtri erunt; ſi mundus diutius duraverit, propter variantes, ſibique contrarias ſcripturæ expoſitiones neceſſarium fore, ut rurſus decreta Conciliorum recipiamus. Apoſtolos fuiſſe veros Iſraëlitas, iis credi oportere, non obſcuris nuper natis, nothis, qui ſcripturæ Propheticæ non lucem attulerunt, ſed manifeſtis corruptelis depravarunt, pernicioſi fures, raptores, prædones, & ſacrilegi depravatores, a quibus, poſtquam Moyſi vix ullum veſtigium apud eos ſupereſt, auferenda, & vindicanda eſt Divina ſcriptura, impoſſibile enim eſt, eos vel in uno verſu Moſen recte intelligere. In Cap 34. Gen. cognitionem Hebrææ linguæ apud Rabbinos ita intercidiſſe, ut haud unquam perfecte reſtaurari queat, ſed, ſi quo modo reſtauranda, per Chriſtianos id fiat oportet. Comment. in C. 15. Geneſ. verboſius vos admoneo, ut cum legeritis Rabbinos, ſciatis quales ſequamini magiſtros. Nihil ſani docere poſſunt, etſi Grammaticam norunt, tamen ſententiam veram ſcripturæ non norunt. Eſt eis ſcriptu-

ptu-

ptura, ut Eſaias ait, liber, quem non poſſunt legere, quis igitur eos ſibi imitandos proponet? Grammatica non debet regere res, ſed ſervire rebus; cum ſcripturæ cognitione deſtituantur Rabbini, prorſus negligendi ſunt, nihil habent, niſi fallaces ſiliquas, & inanes bullas. Hæc fuſius collecta apud Jacobum Gretſerum in defenſione operum Bellarmini Tom. 8° pag. 551. & ſeqq.

Demum, ſi aliquando, quod verum, quod ſanctum, locutus fuit Lutherus, illud eſt, quo in Tridentinorum Patrum de vulgata ſententiam, antequam ferretur, ſponte deſcendit, atque in his turbis id eſſe ſequendum, quod reipſa Eccleſia mox declaravit, ſine ambagibus pronunciavit. Tom. 3. Lat. Witemberg. commentatione de noviſſimis Davidis verbis in præfatione. *Omnino melius eſſet, omiſſo ſtudio Ebraicæ linguæ, ſimpliciter retinere illam hactenus receptam, & uſitatam verſionem Bibliorum, (quæ tamen maxima ex parte jam per N. Tti libros explicata, & illuſtrata eſt,) quam tot novas verſiones cumulari, (propter pauca quædam loca, ubi aut Hebraica lectio alia eſt, aut quarundam vocum interpretatio nondum certa eſt) quibus nihil proficitur, niſi quod diſſimilitudo, & diſcrepantia lectionum memoriam legentium turbat, & ſtudium remoratur, ac in multis locis incertiorem, quam fuerat, dimittit.*

Qui de Rabbinis, eorumque affectis, ac productis eorum operâ verſionibus talia ſenſa fovit, celebrem & ipſe ex fontibus Bibliorum verſionem Germanicam adornavit per partes, ut demum totius Scripturæ translatio germanice Witem-

tembergæ an. 1534 ex officina Jo. Lufftii ederetur, variis emendationibus ſecutis, quarum poſtremæ an. 1544. & 1545. cura adhuc ejus viventis emiſſæ ſunt, in omni editione, cumprimis vero in ea, quæ an. 1541. lucem vidit, mutationes factæ ſunt teſte Valchio non paucæ, ut adeo illatis tot variationibus, quæ jam ſupereſt, vix Lutheri eſſe videatur. Andr. Maſius inſigni in librum Joſue commentario celeber in C. 3. ejusdem v. 16. ubi Lutheri verſio, dum reipſa urbs cum Vulgata intelligi debet, hodie exhibet *Adam*, velut appellativum hominum, *ſehr ferne von den leuten der Stadt:* loco: *apparebant* (aquæ) *non procul ab urbe*, *quæ vocatur Adam:* ſubjicit: „quid in mentem venerit viris illis, qui Sacra Biblia in Germanicam linguam traduxerunt, & Lutheri nomine inſcripſerunt, ut verbum *Adam* hic non urbem, ſed homines ſignificare exiſtimarent, neſcio.„ Dialectorum, (quas Germania facile 37. judicio authoris Grammaticæ Germ. Cæſareæ numerat) diverſitas una inter alias tantæ mutationis cauſa exſtitit. *(h)*

Se-

(*h*) Tria ſunt, quæ in laudem verſionis hujus merito afferuntur: *Primum:* Quod in Europa: vel ſaltem in Germania V. Tti hæc immediate ex Hebraico fonte facta prima fuerit, licet editiones plurimæ Germanis ante hanc præſto eſſent, quippe inde a Carolo M. Ludovico Pio an. 855. operâ Rabani Mauri, Hajmonis, & aliorum: Venceslao Imp. an. 1400. ac typis editæ an. 1467. 1477. 1483. 1494. 1518. 1522. quo primum Lutherus ſuam inchoavit. Auguſtæ Vind. an. 1480. 1483. quo Lutherus natus eſt, Argentini 1485. Auguſtæ 1487. 1494. 1507. 1518. Norimbergæ 1494. Lubecæ 1493. Coloniæ ſine indicatio-

Sebaſtianus Caſtalio, ſeu Caſtellio (pag. 572.) græcarum literarum in Acad. Baſileenſi

 Pro-

tione anni. Item alia an. 1475. Delphis 1477. Antwerpiæ, Lovanii an. 1418. Halberſtadii 1522. Et Börnero referente in ſola Bibliotheca ſacra Pariſiis an. 1708. aperta aſſervantur 24. Exemplaria Germanica diverſis in locis impreſſa, adhuc ante annum 1534. quo Megalander iſte (ſic honorifico vocabulo ſui eum compellant) ſuam abſolvit, ut narrat Widenhoffer in prolegomenis pag. 68. edit. Wirceb. an. 1755. Notum vero eſt, una impreſſione complura in lucem emitti exemplaria, multa igitur & centena millia Bibliorum Germanicorum in regnis Germaniæ vulgata, & uſu trita fuerunt ante Lutherum, ut proin vanè, & mendaciter gloriatus ſit, ſe Biblia de ſub modio Papali extraxiſſe, & ſuis Germanis tradidiſſe.

Secundum: Quod illius ætatis, locique habita ratione Germaniſmo decurrat cultiori, puro, & perſpicuo, unde Oſiander dicit „hoc opere nihil in hoc genere ſolem vidiſſe elaboratius„ Joh. Sturmius: „Credo ut Apellem nemo legitur pictorum ſuperaſſe, ita nec Scriptorum quidem quiſquam Lutheri verſionem poterit vincere„ Pfeifferus in ſua Critica pag. mihi 294. hanc nonnullis aliis germanicis, adductis textibus, comparat, ut ophthalmophaneros (ad oculum) appareat ejus cultior, puriorque, ac clarior expreſſio, quam molitus fuerit laudabili conatu, & inimitabili ſucceſſu.

Tertium: Quod vir tot inter turbas, aliis, malo quidem ſine ſuſceptis, nec tamen modicis laboribus occupatus, adverſariorum, præcipuè Catholicorum, qui contra ipſum pro domo Dei, & veritate decertabant, impugnationibus non parum diſtentus, brevi tempore, etſi ſuos habuit adjutores, ita vertere potuerit; fateor: iſtud me quoque ducit in admirationem, laborem enim hunc fuiſſe magnum, qui non agnoſcit, is, quid ſit Scripturam ſacram, & quidem ex fonte vertere, neſcit. Notat Pfeifferus Crit. C. XIII. ſect. 1. §. 17. prope fin. pag. 292. Lutherum verſionem ſuam expediviſſe communicatis conſiliis

cum

Profeſſor, ibi an. 1563. mortuus, tota Biblia reliquis Genevenſibus Calvinianis Hebraice, & Græ-

cum doctiſſimis ejus temporis viris, Pomerano, Juſto Jona, Melanchthone, Crucigero, Bern. Zieglero, Rorario, Bagenhagenio, Matthæo Aurogallo Bohemo, Hebraicæ linguæ gnaro, qui circa an. 1521. in locum Matth. Adriani Wittenbergæ Hebr. ling. Profeſſor conſtitutus, & an. 1543. ibi mortuus, an. 1523. edidit *compendium Hebraicæ, & Chaldaicæ linguæ* in 8. Huic in Hebraicis, ipſaque verſione multum debet Lutherus, qui non aliis Hebraicis Bibliis, ſed quæ Brixiæ in 8. punctata Rabbi Gerſon Ben Moſche in lucem emiſit, uſus fuiſſe fertur.

Verſio hæc ut prodiit, tanquam perverſio, & corruptio Scripturæ a Catholicis habebatur, nec hoc præter meritum, quia non eſt fidelis, & ad erronea verſoris dogmata ſtudioſe, certoqne conſilio accomodatur, quod ſolum jam ſufficere debebat, ut ab omnibus rejiceretur. Novandi, & veterem tot ſæculorum conſtanti uſu probatam Eccleſiæ lectionem improbandi ſtudium labor ipſe prodit, ex quo datur intelligi, ipſum non ſincero, & veritatis, ut oportebat, ſtudioſo animo illud, quod in originali legit, reddere, ſed textus Biblicos ſuis præconceptis opinionibus aptare voluiſſe.

Jo. Coclæus ex verſione iſta errores collegit 1400. ut ipſe teſtatur epl. ad regem Scotiæ. Imo ex ſolo N. Tto apud Bellarm. L. 2. de V. D. C. 10. mille. Ne quis autem putet, virum hunc contra Lutherum Andabatarum more pugnare, refert in actis ejus an. 1522. quanta diſſidiorum, perturbationum, & ruinarum occaſio, & fomes fuerit hæc translatio, cujus errores mox alii mille, plures alii notaverint, ipſe vero vitio vertit Luthero, quod corruperit Scripturam in iis maxime locis, quæ notiſſima cunctis vulgo erant, & ſola Germanica ſic corrupta non contentus verſione, latinam ab ea in multis diverſam editionem paraverit, ſcilicet ut non ſolum Germanos, verum etiam Latinos quoslibet in ſacra Evangelii lectione perturbaret. Nimirum quid notius vulgo oratio-

Græce doctior, latinè vertit, non verbum verbo, ſed ſenſum reddere conatus, & ſimplicitatem

tione Dominica, Matth. 6. Angelica ſalutatione, cantico, Magnificat: aut illo: Benedictus? adeſt mihi Baſileenſis editio an. 1741. charta typoque amæniori in 8. in qua lego Matth. 6. 9. unſer Vater, in dem Himmel, dein Name werde geheiliget - - - den dein iſt das Reich, und die Krafft, und die Herrlichkeit in ewigkeit. Amen. Luc. 1. 28. gegrüſſet ſeyſt du holdſeelige: ideſt beata favore: vel digna amari: ut quid oportuit omnes ruſticos eorumque uxores, & liberos tali nova translatione ab antiquis precandi formulis avocare, &, poſtquam venerandam Dei matrem *gratia plenam* ſalutare a Majoribus noſtris didicimus, in quam plenitudinem donorum Dei deſcendiſſe dubitare utique non debemus, eam in Germanicis provinciis vocabulo loco huic & perſonæ incongruo, præterea nec ſatis uſitato *holdſeelige* h. e. favore externo beatam compellare? Angelus in domo Nazarethana, & poſt eum Matthæus in Archetypo (*pag.* 114.) dixerint, *nirtzah*, vel *ruchhamtha*, vel ut putat Corn. a Lap. *nechhenah: ſchalom lach muchhana!* quæ omnia, quia magnam continent in ſe emphaſim, idem valent, ac *meleäth chhen* h. e. plena gratiâ.

In Græco *kecharitómené* gratia affectam notat: ſed quemadmodum a *pyroo*, igne inflammo, *pepyromenon* igne affectum e. gr. ferrum ita deuotat, ut illud igne plenum, ſeu omni parte repletum intelligatur: ita Traditio PP. Græcorum, qui vim præſentis verbi neſcire non poterant, Epiphanii, Athan. Orig. Aug. item, & Ambr. & Latinorum quidem uno conſenſu omnium, ipſaque Divinæ maternitatis dignitas explicat, gratia non quomodocunque, ſed plene affectam intelligi. Voce hac Syracides C. 18. 17. & Paulus Epheſ. 1. 6. poſt Homerum utuntur.

Quod porro heterodoxorum pauculi quidam ſubmetuunt, B. V. Mariæ honorem hac verſione ultra ſuos ferri terminos, reponit ſuis Boiſius conſentiente Hamondo: „Nihilo magis ſuperſtitioſo Virginis

ſacri textûs aſpernatus, Ciceronianam elegantiam in vertendo voluit æmulari, ſicque depoſitâ Herme-

cultui favet *Ave gratia plena*, quam *Tu es Petrus* Matth. 16. Papæ interminatæ poteſtati, hoc eſt nihil. Ut errores foveri nolo; ita minime equum puto, ut falſis dogmatibus principium, aut occaſionem præbuiſſe exiſtimentur ii, qui bonorum, & fidelium interpretum diligenter functi ſunt officio: id quod de veteri interprete hic mihi dici poſſe videtur.„

Et vero: potuit eod. C. I. 41. de Eliſabeth vertere Lutherus: *und ward des heiligen Geiſtes voll.* Et de Zacharia v. 67. potuit Act. 6. Stephanus plenus Spiritu S. dici, & matri Dei hic eripiendus erat titulus? titulus, quem B. Hieronymus etiam 70. viris V. T. verſoribus tribuendum cenſuit (pag. 195. & 241.) Luc. 1. 48. loco: *beatam me dicent omnes generationes* Luth. beatam me glorificabunt omnes filiorum filii. V. 75. loco: in ſanctitate, & juſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris: quemadmodum totidem verbis eſt etiam in fonte, Luth. quoad vivimus in ſanctitate, & juſtitia, quæ ipſi placita eſt. Pſ. 50. loco: *& in peccatis concepit me mater mea.* Luth. ecce ex corrupto ſemine genitus ſum! de quo corrupto ſemine nihil eſt in fonte.

Rom. 12. 11. loco: *Domino ſervientes* (ſitis) *ſchicket euch in die zeit:* accomodate vos tempori. Act. 19. 18. *confitentes, & annunciantes actus ſuos:* und verkündigten, was ſie ausgerichtet haben. Eph. 13. 4. *honorabile conjugium in omnibus* h. e. in rebus omnibus illud reſpicientibus, ex omni parte, quoad omnia ſua conſtitutiva; aut in omnibus perſonis nulla de cetero lege impeditis: *die ehe ſoll erlich gehalten werden.* Eph. 5. 32. Sacramentum hoc magnum eſt (conjunctio viri, & fæminæ conjunctionis Chriſti cum Eccleſia ſymbolum) das geheimnus iſt groſs, ich ſage aber *von Chriſto, und der gemeine* (cur non Kirche?) 1. Cor. 9. 5. Nunquid non habemus poteſtatem mulierem *ſororem* h. e. Chriſtianam, jam converſam ad fidem, circumducendi? *haben wir nicht macht eine Schweſter zum Weibe mit umher zu führen?*

meneutæ grávitate oratorem induit, & textum quandoque nimium deſeruit. In editione Lip-

---

ren? ſenſus iſte, indicans mulierum uſum in rebus matrimonii, alienus eſt a fonte, in quo, ut & in omni recta verſione ex contextu claret, non vindicare ſibi Paulum poteſtatem maritalem, ſed eam, qua Chriſtianas devotas mulieres ad alios extra thorum uſus promptè ſervituras Chriſtus, & Apoſtoli adhibuerunt, puta: ut ethnicarum gynæcea ingreſſæ, converſioni aditum, miniſtris Evangelii victum, bonam famam, & ea, quæ rei ſunt veſtiariæ, aliaque his affinia pararent, ipſæ vero Apoſtolicæ converſationis exemplo ædificarentur, & ædificarent. Facultatem ſibi aſſerit, qua alii Apoſtoli in ipſo Apoſtolatu uſi ſunt, quæ ſanè non erat rei uxoriæ, quam ſpe majoris a Chriſto recipiendi præmii ſe reliquiſſe palam edicunt.

Quam vellem advertiſſet verſor! ejusdem C. v. 24. & 27. exemplo currentium in ſtadio, non tantum Apoſtolis, ſed cunctis, qui Chriſtiana profeſſione tenentur, ab omnibus abſtinendum ſvaderi, & Paulum non delicias nuptiarum quæſiviſſe, ſed caſtigaſſe corpus ſuum, & in ſervitutem redegiſſe, quod novum Dogmatiſten imitari, non vero ab aliis factitatum, ſibilo, ſannisque excipere oportebat.

Ad Rom. 3. 23. arbitramur hominem juſtificari per fidem ſine operibus legis. So halten wir es nun, das der Menſch gerecht werde ohne des Geſetzes werke *allein* durch den Glauben. Edit. an. 1741. Baſil. qua utor. Pro adjectione excluſivæ hujus particulæ apologiam ipſe dedit, quamve communiter ſic defenſant: Chriſtum, Apoſtolos, & 70. viros declarativas hujusmodi additiones poſuiſſe; verum prioribus Lutherus reverenter aſſurgat, quorum additio verbum Dei non minus erat, quam V. Ttum. 70. interpretes aut pariter Divino impulſu, quod veteres ſenſiſſe vidimus, (pag. 225.) acti fuêre, aut certè ipſos tali additamento privatis ſuis contra univerſæ Synagogæ ſenſum tendentibus dogmatis non ſerviviſſe conſtat.

Ver-

ſienſi an. 1750. quospiam laudatores ejus & iſtud encomium lego:

O

Verbis arrogantiæ, & temeritatis plenis Lutherus apud Cocleum loquitur: ſi Papiſta multa vult garrire de hac voce *ſolá:* ei confeſtim dicito ſic: Doctor Martinus Luther vult ſic habere, & dicit Papiſtam, & aſinum eſſe rem unam: ſic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas; nolumus enim Papiſtarum ſcholares, aut diſcipuli eſſe, ſed magiſtri, ac judices. „ Sed quis vos conſtituit, & qua authoritate?

Millerus Georg. Auguſt. Profeſſor dogmatum pag. 209. dicit To *ſola* retineri poſſe, cum Vulgata Pontificiorum 23. vicibus addat. Si lubet aliquid patronis hujus anctarii concedere, *ſola* tolerari poſſet explicationis gratia, ſi referatur præciſe ad opera Legis Veteris, aliaque naturalia, & fidem, ac gratiam præcedentia, ut ſenſus ſit: arbitramur (ratiocinando concludimus) hominem juſtificari ex Legis aut naturæ operibus quidem nullatenus, ſed reſpectu horum, ſeu in oppoſitione ad hæc ex *ſola fide;* verum grandis error eſt, hinc generaliter ſtatuere, ad juſtificationem ſpei, & amoris in Deum motus, aliaque Chriſtianæ pietatis exercitia non requiri &c. Et tamen ad hunc fulciendum errorem particulam hanc novus Dogmatiſtes adpoſuit. Nolo interim ſeu additiones Vulgatæ numerare, ſeu litem prolixam ducere: multum diſpar eſt ratio: Vulgatus ſi quid addit, facit id ſolum claritatis cauſa, & ubi inſinuandi pravi dogmatis nulla eſt occaſio, imo nec potuit ille ad errores firmandos verſionem dirigere, cum antiquo illo tempore heri nata nova dogmata nec propugnarentur, nec impeterentur; ille partium ſtudio, quo Lutherus vehementer arſit, & excæcatus erat, caruit; noſtra enim verſio non interrupta 12. ſeculorum ſerie ab orbe Chriſtiano probata, beatis illis temporibus facta, & emendata fuit, quo lites illæ *de ſola fide juſtificante, de nulla ad ſalutem bonorum operum neceſſitate* & ſimiles aliæ unitatem Eccleſiæ luctuoſo ſchismate non turbaverunt, ut ne quidem potuerit interpres in his omnibus in hanc, aut illam

O opus egregium! Latio ſermone loquuntur
Biblia nunc tandem Caſtalionis ope.

Qua-

---

illam partem magis intendere, & Scripturam a nativo ſuo ſenſu ad propria dogmata, quæ ei, ex fide Eccleſiæ viventi nulla fuerunt, deflectere. Hinc natæ illæ heterodoxorum in Vulgatam noſtram cumulatæ laudes, de quibus actum eſt pag. 464.

Ex adverſo Lutherus gloriatus eſt ſe charis ſuis Teutonibus id preſſè revelaturum, quod occluſus hucdum fons Hebræus, & Græcus habet. Additiones, & ſubtractiones, quas culpavit in aliis verſionibus, cur fecit in iis locis, quæ ſuis dogmatis favere vidit? Non ſine aliquo ad præconceptas opiniones ſuas reſpectu Exo. 4. 2. indurabo cor Pharaonis, & non dimittet populum, *&* contra Chald. & 70. *in ut* convertit, ich will ſein Hertz verſtocken, daſs er das Volk nicht laſſen wird. Exo. 12. 6. immolabit univerſa multitudo filiorum Iſraël agnum Paſchalem To *immolare* vertit per *Schlachten* ne (quod ei objectum eſt) typum Euchariſtiæ ſacrificium fuiſſe ſit confitendum, ubi tamen v. 27. ipſemet tranſtulit: es iſt das Paſſah - Opfer. Num. 9. 13: ſacrificium (Paſchæ) Domino non obtulit, Heb. *korban lo hikrik*, & *zabachh Paſachh* generali termino *donum* voce *ſacrificii* ſuppreſſa expreſſit. In verſione autem N. T. priori illa anni 1522. (nam poſtea novam adornavit a priore in multis locis diſſonam) errores ſupra mille a viris eruditis fuiſſe deprehenſos, & interpolationes a Prateolo, & Hier. Emſero adnotatas perhibet Gazzaniga Tom. 2. Theologiæ Polem. edit. Vien. 1779. pag. 410. Et quoad V. T. Complura corruptionis loca in verſione Lutheri tam in textu, quam in gloſſa exhibet Widenhoffer in indice dogmatico Polemico, item gloſſas ſcandaloſas, & blaſphemas, aſſumptâ editione an. 1583. in fol. Francofurti apud Joh. Feyrabend. Speciminis loco eſto: Prov. 5. 18. cum hic dicatur lætandum eſſe cuivis marito cum ſua, quo non neceſſitas habendæ uxoris imponitur, ſed dum habet quispiam uxorem, alterius mulieris uſus vetatur, omnisque vir ſua contentus eſſe jubetur, unde v. 20.

im-

Quaſi aliæ verſiones, ſi non ſunt Ciceronianæ, deſinerent eſſe latinæ! (Schmidium habes pag. 557.)

Hanc

---

immediate additur: *quare ſeduceris ab aliena, & foveris in ſinu alterius?* gloſſa Lutheri eſt: quia nihil expetibilius in terra viri, & mulieris amica conſenſione. Falſa eſt iſta propoſitio ob univerſalem negationem, quia delectatio bonæ conſcientiæ in teſtimoniis, & mandatis Dei, ſexcentis fæminarum amoribus eſt longe jucundior. Prov. 31. 10. prudens, & ſedula mater familias laudatur, gloſſa addit: nihil carius eſſe in terris amore fæminarum, ſi haberi poſſit. Ut quid neceſſe eſt mulieres ita commendare? certè matrimonium, & conjugum mutuus amor res eſt honeſtiſſima, virtus tamen, & Dei pura dilectio omnem mulieris uſum nonne immenſo excedunt pretio? ubi Lutheri vita nulli eſt incognita, indicat repetita mulieris commendatio, quo ſpiritu carnis plenus hanc verſionem, & gloſſas ſit elucubratus.

Cur de virginitate, quam 1. Cor. 7. Paulus commendat, tales gloſſas commendatorias non appoſuit? Adde ipſum de libris omnium Chriſtianorum conſenſione Divinis loqui impiè, ut dum librum *cohælæth* (pag. 483.) ſive Eccleſiaſten dicit imperfectum, nihil habere ſolidi, eſſe quoddam Thalmud. Sed ea vivimus tempora, quibus camarina hæc non ultra eſt commovenda. Quis revelatæ ſacroſanctæ religionis æſtimator tali viro ſeu ſcripturas vertenti, ſeu dogmata ſua diſſeminanti tuto ſe concredet? Pfaffius quidem Tubinganus refellit Lutheri verſionem in his locis: Joſ. 4. 2. Judic. 19. 2. L. 1. Reg. 2. 25. & C. 31. 12. L. 1. Paral. 23. 3. Tob. 12. 12. Certa Luthero ſtetit opinio, Judæos ſua Biblia corrupiſſe, Vulgarem textum Hebræum fluere in nonnullis locis depravatum; ſic L. 2. Samuelis C. 23. 8. h. e. 2. Regum, addit: *da achten wir, der hebräiſche text ſeye durch einen ſchreiber verderbet.* Et 1. Paral. 23. 3. *es ſcheinet, die hebraiſche Bibel hie verfälſcht zu ſeyn, dann ſonſt allenthalben zwentzig geſchrieben ſtehet.* Pfaffius reponit: *Antwort: es iſt gar keine*

ver-

Hanc Beza omnium acerbiſſimè ludificat, velut non modo parum utilem, ſed etiam perni-

cio-

---

verfälſchung, *den ſie werden unterſchiedlich gezählet*, Verè dicit iſtud hoc loco Pfaffius. Nempe Levitæ prius numerati ſunt ſolum ab anno 30., ſed cum haud ſuffecturi viderentur, jam inde a 20. anno ſunt aſſumpti, ut in utroque loco ſatis indicatur.

Henricus Ben. Starckius Lipſi. Profeſſor contrait Luthero in his, aliisve locis. Jobi 13. 15. Ezech. 34. 16. 2. Petr. 2. 2. &c. Ex his liquet non ſolum Catholicos, & Calvinianos, ſed etiam multos Lutheranorum in verſionem hanc inſurrexiſſe, Pfeiffero nequidquam diſſimulante pag. 293. quos recenſet Budæus *in Iſagoge* pag. 1360. quod a fontibus eam diſcedere & viderent, & quererentur. Aug. Erneſti judicio vir iſte pro verſionis ſuæ fundamento non archetypon, ſed Vulgatam habuit, eo demum, quando ad rem deventum eſt, confugiens, quod erroris plenum eſſe apud imperitam plebem clamitabat, fidelitatem inde mutuatus eſt, quod minime omnium fidele eſſe docuit. Schindlerus etiam in Præf. Lexici Pentaglotti quædam affert loca a Luthero male verſa. Rambachius in Academia Gieſſenſi proteſtantium celebris Profeſſor L. 3. C. 8. §. 13. dum quædam in commendationem Vulgatæ noſtræ deprompſiſſet, ſubdit, Lutherum in locis obſcurioribus, cum aliis ſubſidiis careret, ſæpe ſenſum a Vulgato interprete ſuppeditatum expreſſiſſe, utinam igitur totum ſenſum ex Vulgato deſumpſiſſet! regna, & populos Chriſtianos tot diſſidiis non implicuiſſet. (ſupr. pag. 466. lin. 16. & 24.)

Demus, quod dare ex vero nunquam poſſumus, datâ opera virum locos Biblicos privatis ſuis opinionibus accommodare noluiſſe, impoſſibile tamen erat, ut in verſione multos, & magnos errores non committeret, cum aliis præſidiis, quæ noſtra ætas ſuppeditat, & linguarum præter Hebraicam, & Græcam, quas non perfecte callebat, notitia deſtitueretur, & manuſcriptis codicibus carens, ſoli jam tum editorum codicum fidei ſe committere cogeretur. Quod V. Ttum

ar-

ciosam, damnat veſanam illam pruriginem vocabula rebus Theologicis longo uſu conſecrata immutandi, (pag. 372.) provocans ad ſummorum Theologorum Orientis, & Occidentis ſenten-

attinet: M. Lcmer præco Auguſtanus fatetur, Lutherum ſua Biblia confeciſſe juxta exemplar Hebraicum corruptum; nempe facile id ipſi evenerit, quod olim Rabbinis Tyberiadenſibus, ut arrepto, quod integerrimum putaverat, codice in opere progreſſus fuerit. Quoad N. Ttum Sebaldus Münſterus in Præf. novæ ſuæ verſionis dicit, in translatione Lutheri multos locos depravatos, quosdam etiam eſſe mutilatos. Supponamus eum Erasmi verſione, vel editione Græca Nicolai Gerbelii uſum fuiſſe, neutra fuit expers errorum.

Eratne dignum, ut verſionem talem Lucas Oſiander Præf. T. 1. in Bibl. hoc elogio ornaret: *hoc opere nihil in hoc genere ſolem vidiſſe elaboratius?* & Pfeifferus l. c. propter fidem, diligentiam, & perſpicuitatem ceteris omnibus antefer..dam pronunciaret? cogitaſſet rectius hæc præ verſione Lutheri inveniri in Vulgata. Submonet hunc Megalandri partum emendari non debere, ubi non eſt mendum ſatis manifeſtum, neque ubi poteſt excuſari, aut defendi, quod ſi vero error clare detegatur, corrigi oportere absque ſcandalo, & damno infirmorum. Cur igitur in erratis Vulgatæ idem Criticus, ipſeque Megalander hanc legem ſunt transgreſſi? Gemina in defenſionem hujus verſionis adfert Erneſtus Lœſcherus Eccleſ. Dresd. Superint. in Breviario Theologiæ exegeticæ Wittenberg. an. 1719. pag. 150. „ Translatio Lutheri caute tractanda, nec coram vulgo reprehendenda, ſed potius conciliandа cum fontibus, propter uſum in Eccleſia noſtra Catholicum, & benedictionem Divinam ſingularem illi conceſſam. Peccat hac in re Franckius, Germanicam Bibliorum Lutheri verſionem coram vulgo nimis reprehendendo, non recordatus proverbii: de publicis nonniſi reverenter loquendum. „ An vero Vulgatæ uſus non magis Catholicus? an verſio hæc non magis publica? conſequutionem formabunt Logici.

tentiam; addit metum juſtum eſſe, ne vocabulis hujus generis amiſſis tandem ipſarum etiam rerum poſſeſſione depellamur. Quis enim ſani judicii vir vocibus, *baptizandi*, *baptismi*, *Angelorum*, *Eccleſiæ*, & aliis receptis offendatur? quis e contra non cohorreſcat cum beatos illos ſpiritus audit in *genios* eſſe transformatos, vocem ex media usque fædiſſimæ ſuperſtitionis cloaca repetitam? ſtylum ſtudioſa affectatione quæri, nec tamen deeſſe, qui eum in Caſtalionis verſione nec mundum, nec Latinum in multis arbitrentur, quod exemplis declarat, quibus addi poteſt jam in principio verſionis deſiderari cultiorem latinitatem: *juſſit Deus, ut exiſteret lux:* Latinius erat *jubeo* infinitivo jungi. Porro vitio eidem tribuit vocis: *Synagoga* in *collegium* translationem, quaſi diceretur non a collega, ſed colligendo, quam inſcitiam (inquit) Magiſtri in ludo literario etiam flagris caſtigarent; exprobrat illam contra fidem licentiam, qua Canticum Canticorum inter prophana carmina retulerit, qui error prorſus deteſtandus etiam Grotiani nominis ſplendorem non parum obfuſcavit. Contra vero Laudi vertitur a plerisque Caſtalioni, quod more ignobilium, & timidorum mancipiorum non repat poſt Hebræorum Magiſtrorum veſtigia, ſed ingenuam ſibi vindicet libertatem propria via incedendi, nec rejiciat Deutero-Canonicos V. T. libros. (pag. 165.) Si textum præ manibus habuiſſet emendatiorem, & ornatum minus quæſiviſſet, eſſet ejus verſio quorumdam judicio inter recentiores præcipua, ut non facile exactior, magisque libera a ſtudio partium, magisque fida aliqua inter verſiones heterodoxorum deprehendatur. Ad. 1. Pet. 4. 6.

6. dicit: *hæc non intelligo, itaque ad verbum verti.* Optima editio cenſetur Baſileæ in fol. an. 1573. Du-Hamelius de Caſtalione breviter dicit Prol. pag. XXII. Hic mollis, & delicatus non ſe Latine loqui putat, niſi quam effœminatiſſime contra Divinæ Scripturæ Majeſtatem meretricum more loquatur.

Genebrardus vero de iſta verſione ſic judicat: Caſtalionis verſio eſt affectata, plus habens pompæ, & phalerarum, quam rei, & firmitatis, plus oſtentationis, quam ſubſtantiæ, plus fuci, quam ſucci, plus hominis, quam Spiritûs, plus fumi, quam flammæ, plus humanarum cogitationum, quam Divinorum ſenſuum, plus foliorum, quam fructuum. Tot verbis (proſequitur) vix adhuc explico hominis vanitatem, qui Dei ſacramenta ſermone, non modo animo ſe poſſe complecti putavit; elegantiam pollicetur, & tamen verba interdum uſurpat alieniſſima a Ciceronis puritate. Præterea ex inferis ſuſcitat genios, pollubra, & ſimilia pagana vocabula, quæ pridem ſepulta oportuit, nedum in Scripturæ contextum illata. Myſteria ex oculis ſubducit ſubmutatis verbis, ubi *dixit* Deus: fiat firmamentum: ille *juſſit* Deus; ne ullum Divini verbi, per quod omnia facta ſunt, veſtigium in prima rerum conditione appareat, & velut innuat, quod aſſumpta Ochini perſona, cujus libros contra Divinam Trinitatem de Italico in Latinum ſe memorabat convertere. pro novis Arianis diſputavit. „ Albericus Gentilis ait: *Diſplicet immenſum audacia Caſtalionis, prophana ſimul & puerilis interpretatio.*„ Cui vero placeat Gradivi, Phœbi, Cupidinis, Deaſtrorum pro idolis, fiduciæ pro fide, hiſtrionis pro hypo-

cri-

eſita, Reipublicæ pro Eccleſia appellatio? in N. T. multa novavit (dicit non nemo) ut alio etiam ſenſu *Novum* ab eo editum dici poſſit, kœnophoniæ pruriginem, an kenophoniam appellem? En pauca ex edit. Lipſ. an. 1750. in 8.! Gen. 1. Principio creavit Deus cælum, & terram. Quum autem eſſet terra iners, atque rudis, tenebriſque offuſum profundum, & Divinus Spiritus ſe ſe ſuper aquas libraret, juſſit Deus, ut exiſteret lux, & extitit lux, C. 4. Adamus autem cum Eva uxore rem habuit, quæ gravida facta Cainum peperit. Dixit Jova Deus &c. Matth. 1. 23. virgo ventrem latura eſt, & editura filium, qui nominabitur Emmanuel: quod perinde eſt, ac ſi dicas: nobiſcum Deus. Luc. 1. 1. Quandoquidem adgreſſi ſunt multi narrationem contexere compertarum apud nos rerum. - - Ut ſcriptum eſt in vatibus. Joan. 1. In principio erat ſermo, & ſermo erat apud Deum, & Deus erat is ſermo. Is erat in principio apud Deum. - - Et ſermo caro factus eſt, & apud nos gratiæ, veritatiſque plenus habitavit, ejusque ſplendorem ut unigenæ a Patre ſplendorem aſpeximus. Salutatio Angeli: loco *Ave gratia plena: Salve accepta, cui Dominus adeſt, quæque es mulierum fortunatiſſima, felix & iſtius ventris fœtus.* Evangelia non inſcribit *ſecundum Matthæum* &c. ſed *Auctore Matthæo*, &c. firmamentum ei eſt *liquidum*, Gen. 2. 1. cælorum ornatus *copiæ*. Paradiſus *pomarium*. Gen. 49. 10. a Juda ſceptrum non recedet, nec de ejus interfæminio rector, donec veniat Soſpitator. Pſ. 1. in Cathedra peſtilentiæ ponit: in ſede *ſcurrarum* non ſedet. Cant. 1. 1. diſſvaviare me tui oris ſvavio. Cant. 8. 5. *ſub malo te*

agitavi: ibidem, ubi te tua mater enixa. Matth. 5. *raka* transfert balatro. C. 6. victum noſtrum *alimentarium* da nobis hodie. Pſ. 150. Laudate Deum (in ſanctis ejus) *in ejus fano.* Nempe prophanæ eloquentiæ ſectator vertit prophane.

Leonis Judæ Tigurini Miniſtri ex Hebræo verſio, quam morte præventus abſolvere quoad omnes libros non potuit, a Theodoro Biblianꝺro continuata, quoad deutero-Canonicos V. T. libros ex Græcis codicibus, qui hodie fontium loco habentur, a Petro Cholino meliori latinitate reddita, quoad N. T. adjecta Eraſmi, ſed interpolata, aut juxta al. Qualteri translatione, quia a Theologis Tigurinis edita, vulgo *Tigurina* appellatur; quam ſplendidæ Bibliorum ſuorum editioni inſeruit Rob. Stephanus, additis ſub Vatabli Fran. Pariſ. Theologi Catholici nomine adnotationibus, (unde *Biblia Vatabli* vocantur) ſed quam judicante Genebrardo, Beza quoque, & ipſo Vatablo conteſtante, homines ad fallendum alios lucri cupiditate comparati, Vatabli nomine falſo venditarunt. Si fides eidem Genebrardo, verſor interdum a litera, & ſenſu adeo diſcedit, ut dum eidem lector Hebræum textum confert, videatur in alio mundo verſari, & farragines legere e verbo Dei, & humanis cogitationibus conſarcinatas. Nimium iſtud. Verſio ſæpius demum in variis provinciis repetita, & quibusdam mutatis in ipſa Catholica Salmanticenſium Univerſitate edita, iterumque Pariſiis an. 1729. 2. Voll. in fol.

Junii, & Tremelli V. T. verſio in ſecunda, & poſterioribus editionibus additam habet Bezæ verſionem N. T. Ex Latino Junii, & Tre-

Tremelli Germanice pro Calviniſtis dedit Piſcator an. 1604.

Sebaſt. Munſteri Baſileæ an. 1534. ex Hebraico V. T. translatio neglecta antiquiſſimarum, optimarumque verſionum collatione nonniſi Rabbinorum ſenſa exprimit, ſtylo ob nimiam literæ Hebraicæ religionem ſæpe duriori: Proteſtantum fidiſſimus, & accuratiſſimus habetur, & ab Huetio hac laude ornatur, juxtane, vel præter meritum, judicent alii: „ Interpres ſane doctus, in Hebraica ſtylum ſemper collineans, ad eaque nunquam non ſe componens. „ Adhuc Franciſcanus edidit Lexicon Hebraicum, e cujus titulo Franciſcani nomen tardius deletum eſt. Genevenſis Verſio Genebrardi judicio rapſodia eſt conſuta e variis Sanctis Pagnini, Vatabli, Munſteri, aliorumque centonibus; in editione iſta ex una litera horrendam hæreſim formare notati ſunt ab Heidelbergenſibus, & a Sancteſio, nec non ab Adamo Gontzen, qui Gallica hæc Biblia ediderunt, ponendo in verbis conſecrationis: *hic* (hoc loco) *eſt corpus meum:* adverbium loco pronominis hoc Gr. *tuto*, quaſi græce eſſet *hóde*.

Joan. Clericus Philoſophiæ, & elegantiorum literarum, ac linguæ Hebraicæ in Remonſtrantium Amſtelodamenſi collegio Profeſſor an. 1710. Pentateuchum Latine verſum dedit, reliqua verſionis pars plures Scr. S. libros complexa variis annis, & locis prodiit, integrum opus an. 1731. Amſtelodami lucem vidit. In operibus ejus ad Scr. S. pertinentibus inſignis eruditio conſpicitur. Sed jam ſatis: ſi enim vel potiores adferrem, qui ſeu e Catholicis, ſeu ex heterodoxis non univerſum corpus, ſed certos

Scripturæ S. libros verterunt, nullus eſſet finis, Hungaricas verſiones videamus! De quibus erudite diſſerit Rmus. D. Adamus Vizer (pag. 87.) par. 3. pag. 62. & ſeqq. Memorat Georgius Káldi in admonitione ſua editis a ſe Bibliis adpoſita (oktató intés) ante annos 150. a verſione a ſe facta virum extitiſſe, qui ſcripto teſtatus fuerit, ſe vidiſſe Hungaricorum Bibliorum partem maximam, quæ 200. ante ipſum annis verſa fuerunt; Auctore nimirum Ladislao Báthori ſub initium ſec. XV. ex celeberrima hujus nominis proſapia nato, Or. S. Pauli primi Eremitæ; hic enim teſte Fran. Oroſz ejusdem Ordinis Profeſſo, tota Biblia Latina cum plurimorum Sanctorum hiſtoriis Hungarica civitate donavit.

Typis edita Hungarica Biblia hæc memorantur. 1° *Gabrielis Peſti* Hungari Nobilis Albenſis in Tranſilvania Canon. & Archi-Diaconi Ugotſienſis cum titulo: Novum Teſtamentum, ſeu quatvor Evangeliorum volumina, lingua Hungarica donata Gabriele Pannonio Peſtino interprete; Wij Teſtamentum Magjiar nyelven. Viennæ Pannoniæ an. 1536. Vetuſta eſt, & ideo lectoribus hodie valde ingrata interpretandi, & ſcribendi ratio, e. gr. Luc. 1. 46. Magnificat anima mea Dominum, & exultavit Spiritus meus in Deo ſalutari meo: ſic eloquitur: Naijságoſitija een lelkem wrat, ees evvrvendeȝ aȝ een lelkem een ijdvveȝitew Iſtenembe. 2° *Joan. Silveſtri* liberalitate Thomæ Nádasdi Palatini, & conſortis Urſulæ Kaniſai N. T. prodiit Uj-Szigethini an. 1541. in IV. Typus non tam veteres Gothicas, quam Germanicas literas refert, & autorem initialibus literis J. S. indicat cum inſcriptione: 𝔘.

Te-

Teſtamentum Magar nelwen, mellet az Görög, es diak nelwböl vyonnan fordytánk az Magar nipnek kereſzten hütben való ippidiſire. Recuſa eſt eadem editio Viennæ 1574. typis Caſpari Steinhoffer.

3° Ante hos jam publici juris fecit epiſtolas Pauli Cracoviæ in Polonia an. 1532. *Benedictus Komiati* deſiderio ſatisfacturus Catharinæ Frangepan conjugis Petri Perenyi.

4° *Caſparus Heltai* Tranſylvanus erecto in ſua habitatione typographeo Biblia Hungarica edidit Claudiopoli ab an. 1551. usque ad an. 1561. modus loquendi obſoletus eſt, ſolum in capitibus eſt, in verſibus nulla cernitur diſtinctio.

5° *Thomas Felegyházi* Debrecinenſis H. C. Miniſter edere Biblia Hung. cœpit Debreceni, quo mortuo abſolvit Geor. Gönczi an. 1586. in IV.

6° *Caſparus Károlyi* Göntzienſis Hel. C. Miniſter inſigni liberalitate Sigism. Rákótzi, deinde Principis Tranſilva. Stephani Báthori Dynaſtæ Echedienſis, & conſortis Euphroſinæ Homonai, adjutus, Viſolini, vocato e Germania typographo, factam ex Hebræis, & Græcis fontibus verſionem an. 1590. publica luce donavit Tom. II. in fol. adjectis paſſim in margine adnotationibus, capitibus, & verſibus juxta Tremellii partitionem diſtinguens. Separatim N. Tum vulgavit *Tſepregienſe collegium* Lutheranorum an. 1595. in 4. *Albertus Molnár* Hungarus Szentzienſis, qui etiam aliis operibus nationi utilitatem, ſibi gloriam, & famam nominis procuravit, Karolianam verſionem denuo edidit Hanoviæ an. 1608. & Oppenheimii an. 1612. in 8. Tom. II. capitum ſumma, & doctrina parallela in marginibus

indicata, & adjectis ad calcem Pſalmis muſicis Gallorum modis temperatis. Hungaris a Catholicorum inſtituto alienis Károliana verſio in uſu eſt maximo inde ab origine ſua, & fundamenti loco ſervit.

Catholicis e Vulgata Latina in Hungaricum vertit hortatu, & favore S. R. E. Card. Petri Pázmán Hungariæ Primatis *Georgius Káldi* Tranſylv. e Societ. Jeſu an. 1609. & ad finem deduxit an. 1623. præloque ſubjecit Viennæ apud Matthæum Formicam an. 1626. duobus in fol. voluminibus hac inſcriptione: Szent Biblia, mellyet az egéſz Keresztényſégben be-vött régi Deák bötüből Magyarra fordétotta a Jeſus alatt vétézkedö Tárſaságbéli Nagy-Szombati Káldi György Pap. Recuſa fuit eadem forma typis Academicis an. 1736. Si paucas demis obſoletas, & hodie jam non uſitatas verborum terminationes, aliam quarundam literarum, quam hodie uſus ferat, ad exprimendum ſonum Hungaricum applicationem, quæ linguæ extrinſecus acceſſere, ſermone Hungarico decurrit ſatis culto, claroque, ut claſſicis Autoribus mereatur adnumerari. Recentior eſt editio Budenſis typis Univerſitatis ejusdem an. 1782. in fol. adhibita orthographia hodierna e. gr. loco *ch. ts.* Gen. 1. 7. & 3. 31. *tsinála* non *chinála*, admonitione (oktató intés) omiſſa.

Quod autem rem ipſam, ſeu ſenſum Scripturæ S. ſpectat, quoniam ex editione Vulgata tranſumpta, nonniſi ejus eſt repræſentatio, fideliſſima merito cenſetur, cujus autoritas a Vulgatæ dignitate ſtat, aut cadit. Si enim Vulgata fidelis, & accurata eſt translatio, ut talem eſſe heterodoxorum præſtantiſſimi Theologi confi-

fitentur, (pag. 463.) eam Germani, eam deni-que cuncti in ſuum idioma transfuſam legunt, quod fieri melius, & unitati fidei conſervandæ accomodatius, quam pro genio cujusvis provinciæ variantes multiplicare verſiones, quin ipſi agnoſcant literatiſſimi, & æquiſſimi Heterodoxorum, ego nihil dubito. Objectiones illæ, quibus in editione ſua Catholicorum Biblia onerat Károlyius, in Vulgatam diriguntur, ſed, quia de fidelitate hujus publico etiam Proteſtantum teſtimonio conſtat (loc. citt.), aerem verberant, in fumumque diſſolvuntur, ſatis confutatæ ad calcem Bibl. Káldian. edit. Vien. an. 1626. In admonitione, ſeu oktató intés, ubi pag. 20. nr. XV. accuſationes Károlii in ipſum retorquentur, oſtenditurque ipſum Biblia adjectione, ſubtractione, & multiplici alia immutatione, a ſenſu Archetypi (pag. 62.) deflexiſſe, & ſuis accomodaſſe dogmatis, quorum poſterius indubium eſt de gloſſis ejus. En tibi quæpiam loco ſpeciminis!

Gen. 4. 7. ſecundum Vulgatam, & complures verſiones antiquas, & vetuſtiſſimos Eccleſiæ Doctores liberum arbitrium exprimitur: *ſub te* (o Cain!) *erit appetitus ejus*, h. e. peccati inclinatio, an facias, quod ſvadet, aut omittas, *& tu dominaberis illius*. Nempe peccati. (alios etiam ſenſus ex fonte offerri poſſe nemo negat) Aliqui, inquit Károlyi, de peccato, in quod dominari Cain potuerit, exponunt, ſed hoc nullo modo poteſt eſſe verum. Ita ex Tripode. *(i)*

 Tob.

(*i*) In verſiónibus plerisque primorum reformatorum 1. Non elucet fides exacta ſeu rem, ſeu verba ſpectes, alioquin etiam melioribus fontium codicibus erant

Tob. 4. 11. bona opera coram Deo meritum habere ſtatuunt Catholici: Károlyius invito textu totum detorquet ad mercedem liberalitatis parem ab hominibus recipiendam, quamvis imme-

erant deſtituti, ex gloſſis animadvertere licet verſores illos non in id præcipue fuiſſe intentos, ut cognoſcant, aut proferant, quod Scriptura habet, ſed in id præprimis, ut præconceptis ſuis dogmatis Scripturam concilient. 2. A vetuſtate quam maxime recedunt, novitatem ubique ſectantur, quod quidem, ſicubi, iſthic eſt periculoſum. 3. Odio antiquæ per Eccleſiam totam longo tot ſeculorum uſu probatæ verſionis, ad Judæos velut oracula veritatis confugiunt; audias in gloſſematis eorum: ita Kimchhi, Rabbi Menahem, Abraham Hiſpanus, Abenezra, Rabbi Jarchhi, Rabbi Salomo: numquam, aut perraro; ita Hieronymus, Auguſtinus, vel aliquod Eccleſiæ Chriſtianæ antiquioris Concilium. 4. Omnis eorum labor magis eſt grammaticalis, quam Theologicus; paſſim punctis ſæpe erronee appoſitis, & confuſæ accentuum turbæ adhæreſcunt, quæ ſunt locatæ ſine judicio, & delectu; hinc ridicula novitate ipſa nomina propria, ut ſupra dictum eſt, aliter pronunciant, quam pronunciaverit hactenus orbis Chriſtianus. 5. Vix aliquis in iis apparet Dei Spiritus, exſucci, aridi, tam Divina eloquia tractant prophane, ut nihil magis; præterea verſiones ſunt ſibi diſſimillimæ, ne dicam contrariæ: E. gr. vulgatiſſimum Pſ. 109. verſum: *Tecum principium* (authoritatis prælatio, ab exordio, ſeu origine æternâ derivata) *in die virtutis tuæ* (pag. 15.) Károlyi vertit: A te néped ſzabad akarattya ſzerént, a te ſeregednek muſtrálásának napján jelen léſzen te néked ſzentséges öltözetekkel: az ö méhètül fogva, hajnaltól fogva jelen léſzen néked a te ifjaidnak harmattya. ,,aliter alii. Eſt, qui vertat: *Dixit Autophyes* (per ſe genitus) *Domino meo.* - - (virgam virtutis) *ſcipionem robuſtum tuum emiſſurus eſt Jehova Tzijone - - aderit tibi ros juventæ tuæ accuratiſſime.* Dignum profecto, ut tales novatores a tractandis Dei eloquiis ſcipio-

memor prius dictorum ad Hebr. 6. 10. fateatur bona opera a Deo coronari. Ubi aliquid legitur de oratione, & ſacrificio pro defunctis 2. Mach. 12. 43. de Virginitate 1. Cor. 7. 35. Luc. 5. 33.

pione robuſto depellantur *accuratiſſime*, ſecus futurum eſt, ut eruditi proprii judicii pertinacia, ruaes, & impræparati, qui parile jus interpretandi eripi ſibi non ſinunt, ſanioris judicii defectu, & ignorantia, Scripturæ textus in abſurdos, brutos, animales, prophanos, & ſcandaloſos ſenſus ſæpius transforment. Ita e. gr. Grotius vir ceterà incomparabilis in Cantica Cant. cogitationibus, & notis ſuis impurus eſt, quem pius lector vix ſine offendiculo, & gravi indignatione percurrat. De Valdenſibus memorat Reinerus Ord. Prædic. in libro ſuo editò Tom. XII. OO. Gretſeri pag. 26. *Quia ſunt laici, & idiotæ, falſe, & corrupte Scripturam exponunt, ut eſt illud Joan. 1. In propria venit, & ſui eum non receperunt: ibi dicunt ſui, id eſt: porci, dicentes ſui pro ſues. Et illud Pſalmi: increpa feras harundinis: ſtraffe die thier der ſchwalben: dicentes hirundinis pro barundinis.* Sed viciniora! Si Barhdtius cum verſione prodeat Matth. 5. 4. non tam Chriſtum, quam nitidiuſculum a fabula Romanenſi hominem te audire putabis, reſonantem loco: beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. *Wohl denen, welche die ſueſſe melancholien der tugend den rauſchenden freuden des lebens vorziehen, ſie werden reichlich dafuer getroeſtet werden.*

Si Piſcator illud a Chriſto prolatum *Amen* dico vobis Mar. 8. reddat: *ſtraf mich Gott.* Verum exempla odioſa ſunt, nec opus eſt ſphékas erethizein.

Heterodoxi ſeculi noſtri in verſione Majoribus ſuis feliciores, in hoc ſtudio eximia cum laude verſantur, tum quod malo anteceſſorum ſuorum didicerunt, tum quod inſigniter eruditi non in ſolis vulgatis fontibus, ſed una in antiquiſſimis verſionibus præſidium quærunt, nec amplius Lutheri, aut Calvi-

33. aut de vinculo matrimonii, principiis Helveticæ confeſſioni addictorum minus cohærens, gloſſis ſuis in ſenſum flectit erroneum, addit hominem perpetuæ virginitati ſe addicere non poſſe

ni inſtitutis preſſe adhærent, (ſed mitto hoc, quia Dogmaticam non tracto.) Univerſim in Hebræo textu ſeu punctando, ſeu emendando Maſoræ legibus ſe conſtringi non patiuntur, qua parte ad caſtra Catholicorum omnes tranſiverunt. (pag. 7.) pro certo ponunt plerique, codici Hebræo ſua ineſſe vitia aliunde emendanda. Verſio Ill. Michaëlis (pag. 206.) inter optimas, quas unquam tempus tulit, celebratur. Ipſe de ſe dicit: Ehedem ward ich verkaetzert: jezt bin ich zu rechtglaubig. Joan. Aug. Dathii in Acad. Lipſ. Prof. edit. Halæ 1781. Pentateuchus ex recenſione textus Hebræi, & verſionum antiquarum Latine verſus, notisque Philologicis illuſtratus: elegantia, modeſtia, eruditione eximie valet. Sed viri hujus in Philologia celebrati alia opera, præter Pentateuchum, & Philologiam Glaſſii his temporibus accomodatam, ad manus meas non pervenerunt, unde de notis ejus in Pſalmos dicere nihil poſſum. Quod ad Pentateuchum attinet, occurrunt nonnulla, quæ pauci probabunt, unum alterumve ſume exemplum: verbis: in principio creavit Deus cælum, & terram: aſſerit, non deſcribi primam Mundi productionem, ſed ejus tantum digeſtionem, & inſtaurationem (pag. 356.) quia (inquit) *thohu bhohu* non rudem, indigeſtamque materiam, ſed ſemper, ubi occurrit, loca vaſtata, inculta, deſertave notat Iſai. 54. 11. Jer. 4. 23. Pſ. 107. 40. II. Petr. 3. 5. Serpentem eſu pomi deceptionis cauſam mere occaſionalem fuiſſe, & pure, puteque naturalem, nec evinci ex N. T. diabolum operi adfuiſſe. Non univerſale extitiſſe diluvium, ſed intelligi extenſionem ejus in finitimis locis, atque in tota peripheria. Gen. 40. 10. textum: *non auferetur ſceptrum de Juda* &c. reddit: *non deerunt Reges Juda, nec legislatores. Quamdiu prolem habebit, ei gentes* (h. e. ceteræ tribus Hebr. yammim, populi alii) *obedient.* ibi v. 21. loco: Ne-

poſſe, cujus contrarium facto ſuo aliqui ex utroque ſexu Hel. C. oſtendunt, qui dum extra conjugium vitam degunt, nec fornicari, nec mœchari dicendi ſunt. Luc. 5. 33. rudes, & hypo-

Nephthali cervus emiſſus, & dans eloquia pulcritudinis: transfert poſt Bochartum: *Nephthali eſt terebinthus patula edens ramos pulcros.* Gen. 19. 26. quod uxor Lothi reſpiciens verſa ſit in ſtatuam ſalis, interpretatur, fixam hæſiſſe in loco ſalſuginoſo: exponunt alii, factam eſſe in cumulum ceterorum, ſeu eodem cum Sodomitis fato involutam periviſſe; Michaëlis (pag. 206.) tranſitum maris rubri magis æſtui marino, quam prodigio, ac ſolam ejus proxime futuri prænotionem Divino ductui aſſignat &c. In N. T. non tantum de Divina Apocalypſeos origine dubitat, inſuper ſic quemvis abſque heterodoxia libere ſentire poſſe enunciat in Einleit. par. II. §. 237. pag. 1317. Verſum Matthæi 27. 53. *Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem ejus* (Chriſti) *venerunt in ſanctam Civitatem, & apparuerunt multis:* ſuppoſitum cenſet, & primam narrationis originem ſomnio tribuit. Satis innuit Luc. 2. 2. ſe non multum propendere ad defendendam Lucæ infallibilitatem, & Divinam inſpirationem, ut obſervat Anton. Vogt in Comment. Mogunt. 1790. Interim multa aſſerit firmandæ rei Catholicæ opportuna, puta: Math. 16. 18. Sincerum, & a partium ſtudio alienum lectorem illud: *& ſuper hanc petram:* aliter intelligere non poſſe, quam quod Petrus, & neutiquam Chriſtus, petra dicatur, alioquin fore ſermonem minime cohærentem. Proteſtantes codicem ſacrum violaſſe non ſolum critica libertate imperitiæ conjuncta, ſed etiam odio verſionis Latinæ Einl. §. 107. Circa tempora Bezæ eos criticæ N. T. ignaros fuiſſe, & e paucioribus, ac deterioris notæ codicibus Græcis textum depravaſſe magis, quam correxiſſe, eo quod Latinam editionem poſteriore loco haberent.

De cætero quantum moderni a veteribus recedunt, tantum accedunt Socini, & Naturaliſtarum principiis propius. Audiamus heterodoxum apud P. Goldhagen

pocritas pronunciat, qui cultum Divinum (utique ſolum ex parte) in jejunio, & aliis hujusmodi rebus minutis conſtituunt, ſed quis huc referat mulierem ſanctam Luc. 2. 37. Apoſtolos Act.

gen Introd. in S. S. Tom. III· vaticinantem illud, quod jam boni omnes ingemiſcendo vident impletum! *Reliquien*, *zweyte Auflag Frankfurt* 1776. pag. 287. „Es iſt ein ſchweres Gericht über unſere Kirche, ein Zeichen ihres zunehmenden tiefen Verfalls, daſs der *Deismus* unter den Theologen ſelbſt immer mehr überhand nimmt, und Lehrer auf Proteſtantiſchen Univerſitäten, Hof-Prediger, Kirchen-Räthe u. ſ. w. mit mehr oder minderer Freymüthikeit ſich als Socinianer darſtellen; beſſer aber, daſs ſie ihr Bekenntniſs öffentlich thun, als heuchelen. Es wird dieſes allmählig die ganz unvermeidliche *groſſe Scheidung* befördern. Wir, oder doch unſere Kinder, werden noch erleben, daſs auf ſo genannten Evangeliſchen Canzlen von Chriſto, als dem groſſen Propheten und Lehrer, auf Türkiſch und Roſſeauiſch gprediget werden wird; die Zubereitungen werden von geſchäftigen Händen in allen Religionen gemacht, wie bey einem Illuminations-Gerüſt. Das Signal zum Anzünden wird zur rechten Zeit gegeben werden. Dann wird der geprieſene Tag der *raiſonablen Religion*, welche den Herrn *verlaugnet*, *der uns verkauft hat*, anbrechen, welcher in der Offenbahrung Johannis ſo deutlich und charácteriſtiſch zum voraus beſchrieben und verkündiget worden.„

Richard. Simonius in ſua Critica V. T. L. 3. C. 1. pag. 352. (pag. 65.) regulas propoſuit, quarum ope confici poſſit interpretatio Bibliorum omnibus iis, quæ hactenus prodiverunt, accuratior. Splendida promiſſio, quis eam toto corde non ſuſcipiat? Regulæ ad hæc tria revocantur. 1. Verſionem novam ad Originales textus, ſeu archetypa exigi oportere, quæ quidem archetypa nude ſpectentur, ſi opus fuerit, aliæ vocales, alii accentus apponantur; quia vero textus Hebraicus teſte ipſo corrnptiſſimus eſt, unde redintegrabitur? ex 70. Vulgata, Chaldaica, aliis-

Act. 13. 23.? &c. Matth. 5. 32. *qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Contra fontem addit: *Sine cauſa*, ſi enim cauſam prætexat maritus, probetque, ſolvunt matrimonium H. C. addicti.
Gen.

---

aliisque verſionibus, & Pentateucho Samaritano: ſed rurſus ipſo teſte verſiones corruptiſſimæ ſunt, illa quoque, quam 70. interpretum dicimus, & ab antiquo jam ante tempora Salvatoris; 70. viros vitiis onuſta præ manibus habuiſſe exemplaria Hebraica, nec emendatiora nactum S. Hieronymum, qui non ſemper in obſervationibus ſuis conſtans accuratione defecerit ob minorem meditandi conſvetudinem. Patet regulam incertam, nec ſatis tutam ad actum cum fructu reduci vix poſſe.

2. Ut vere, & perfecte Hebraicam linguam calleas, alio plane modo ejus notitiam docet Simonius eſſe comparandam, quam in ſcholis, & Grammaticis, ac Lexicis proponi ſoleat. De methodo quidem, quæ varia, & multiplex eſſe poteſt, non eſt litigandum, ſecuriſſima interim, obvia, & facillima via eſt, qua prima linguæ fundamenta juxta Grammaticorum præceptiones, & vocum ſignificata juxta notiones in Lexicis poſitas traduntur, nihil enim hæc lingua habet a ceteris in hoc genere diverſum; Angelicam, aut Dei, & Adami linguam Judaica vocat ſuperſtitio, ſed nobis eam diſcere ab Angelis, aut protoparente noſtro, vel immediate a Deo non eſt conceſſum, ab hominibus igitur, & ea ratione didiciſſe ſufficit, qua vulgo in ſcholis docetur, ſic recte ad ſcopum immediatum pervenitur, primis rudimentis inſtitutus quoad incertas vocum notiones elucidandas varia quisque arrepturus eſt media.

3. In linguæ originalis peritia conquieſcendum haud eſſe, voces ambiguæ ſignificationis, aut prorſus incertæ, brevibus in ora paginæ notis inſinuandas venire, ut protinus appareat diſcrimen eorum, quæ certa, quæ dubia, aut quæ penitus ſunt incomperta &c.

Fatentur plerique doctiores, regulas Simonii præclaro ſtudio, ſummaque accuratione excogitatas,
quas,

Gen. 2. 1. illud: *faciamus adjutorium ſimile ſibi*: vertit: *Szerzek néki - - mindenkor* h. e. ſemper, ne forte elabatur tempus, quo uxore ſit carendum.

Quoad

---

quas aut illis geminas hodierni ſucceſſu non ſemper infelici ſuſcipiunt, & in uſum deducunt; multa tamen complectuntur improbanda, quibus expenſis mox, ut primum lucem in Gallia hæc V. T. Critica aſpexit, damnata, & ſublata fuit ſecretioris conſilii decreto an. 1678. Eppi. Meldenſis an. 1702. 29. Sept. Editionem Simonii N. Tti. Trevoltii an. 1702. Card. Noaelles Archi-Ep. Pariſ. an 1702. 15. Sept. damnavit, quod nec Vulgatæ, nec Synodi Trid. autoritati deferat, & in annotationibus contineat nova, & periculoſa, enervetque loca illa, quibus ſumma fidei capita confirmantur, qualia ſunt de peccato originis, prædeſtinatione, neceſſitate gratiæ, & ad C. 9. epl. ad Rom. v. 10. faveat doctrinæ Janſenii, demumque in errorem prolabatur rigidorum Calviniſtarum, quando dicit, *Deum, ut dominum ſupremum, rejicere Judæos potuiſſe, quamquam nullius omnino culpæ reos.* Boſſuetus decreto an. 1702. 29. Sept. verſionem confixit ut infidelem, inconſideratam, peſſimique exempli, quæ nullum morem gerat traditioni; nec Proteſtantibus omnibus labor iſte placuit, Socinianiſmi, aut Calviniſmi pulviſculos in ea ſibi nonnulli viſi ſunt deprehendiſſe.

Itaque 1. regulæ iſtæ in uſum feliciter ſecundum Autoris principia deduci non poſſunt. 2. Omnibus illis curate obſervatis adhuc non paratur verſio *certo* authentica, ſed ea ſolum, quæ ſenſum primitivi textus *veriſimiliter* exprimat. 3. Nunquam efficietur, ut alii interpretes de valore, recta applicatione illarum regularum, & natarum ex iis interpretationum fidelitate convincantur. Suboritur enim interminabilis quæſtio: cum adeo corruptus ponatur jam inde a tribus ante Chriſtum ſeculis textus Hebraicus, quis mortalium definiet certo, & indeficienti judicio, unde, quave ratione accuratiſſimus ille, & archetypo maxime conformis textus reſtituatur?

non

Quoad N. T. obvia ſatis eſt *Georg. Bárany* de Szenitz verſio e Græco fonte Laubani an. 1754. in 8. tit. A mi Urunk Jeſus Kriſztusnak uj Teſtámentoma, moſt görög nyelvbül ujonan ma-

Non ex verſionibus, cum harum quæcunque aſſumatur, multo ſit depravatior; ex collatione magnum ſubſidium, non certitudo naſcitur, neqne poni poteſt, Hebraicos hodiernos codices tam eſſe integros, atque fuêre ævo S. Hieronymi, igitur ex iis ægre parabitur verſio omnibus hactenus editis perfectior, quin potius neque neceſſe, neque tutum videtur, verſionem novam ex fontibus velle parare, illa per Hieronymum e fontibus facta, aut emendata meliorem, ſi codices antiqui modernis fuerunt caſtigatiores, & puriores; ita vero rem ſe habere multa ſvadent.

Univerſim pro ſenſu Scripturæ in rebus fidei, & morum ſinceriore videtur apud nos Catholicos omnis labor eſſe ſuperfluus, neque tentanda verſio in iis, quæ ſummam rerum, & materiam religionis abſolvunt, *quoad ſenſa, & cogitata* perfectior, quam ſit Vulgata, ſi enim neque in his fixa, & rata ſit ſtabilis aliqua in uſu publico lectio, variatio ipſa, & multiplicitas hodiernos in arte dubitandi de præcipuis Chr. religionis dogmatibus confirmabit; quæ enim interpretatio perfectior uni videbitur, eadem probabilitate redarguetur, & imperfectionis poſtulabitur ab altero, ut demum populus Chriſtianus fluctuare incipiat de religione, quæ tam incertis, dubiis, & variabilibus innitatur principiis. Utinam Millii (pag. 124.) alienæ a noſtra communionis viri, ſed in dijudicandis Scripturarum exemplaribus celeberrimi modeſtiam multi hodie Catholici in commendanda Vulgata imitentur! dicit ille Proleg. in N. T. G. pag. 142: *Cavemus nos, ne quid adverſus editionem Vulgatam S. Hieronymi mutiamus, &c. Tantum abeſt, ut cenſeamus reformari illam oportere ad Græcum aliquod impreſſum exemplar, quin potius e re futurum arbitramur, ſi caſtiganda ad vetera MSS. ſuſcipiatur; quo ſcilicet reddatur conformior verſio-*

ni

magyarra fordítatott, és némelly világoſſabb értelemre, 's lelki epületre ſzolgáló magyarázatokkal, és jegyzéſekkel &c. In præf. edita ab Hungaris ea commemorat Biblia, quæ mox recen-

ni illi, qualis e manibus S. Hieronymi primum exiit. „Regulas Simonii prolixiori criſi expendit Honoratus a S. Maria Animad. in Reg. & us. Critic. Diſſ. V. edit. Venet. 1763. pag. 218.

Dicet non nemo: Tune amore Vulgatæ omnem damnabis aliter transferendi, vel meliora dandi conatum, ut viros, quales hodie ſunt plurimi, literatiſſimos dura Vulgatæ obſequendi premat neceſſitas? *Non ita eſt*, ſi abſolute iſtud intelligas; ut, dum fontium utilitatem demonſtrabo, evincam uberius; Scriptura immenſum eſt pelagus, quod penitus emetiri nec Majores noſtri potuerunt, nec ulla valebit poſteritas. Tota mea horſum tendit oratio: nova translatione, quæ in locum Vulgatæ ſufficiatur, & publico Eccleſiæ uſui conſecretur, opus haud eſſe. E contra: ſicut neceſſaria eſt in Eccleſia Catholica Univerſalis quædam lingua, qua, dum in commune confeƒunt, omnes utantur: ita expedit unam, ſibique perpetuo conſentientem extare verſionem, quam in publico officio omnes adhibeant, unitatem, & conſenſionem quoad ejus fieri poteſt, etiam in minutioribus, quæ Scripturis ſacris inſunt, rebus, & in ipſa Vulgari lectione conteſtaturi. Nullibi debet communis Chriſtianorum verſio poſſeſſione ſua deturbari, ut locus novitiis translationibus concedatur, quia hæ ex eodem fonte Hebræo diverſæ in dies, aliæ, atque aliæ producuntur, & quidem in multis locis tam ſibi diſſidentes, ut jurare poſſis non eſſe ejusdem libri, ſed diverſorum Autorum diverſos interpretes, ut homines, quibus nihil ſapit, niſi quod contemptum vetuſtatis reſipit, ad novandum audaciſſimi ex Hebræis codicibus identidem vertendo omnem demum evertant Scripturæ S. veritatem, & generalem invehant incertitudinem, & dubietatem. Nempe poſtquam quoad res fidei, & morum Vulgata ſecundum Tridentinam Synodum catholicis norma conſtitui-

cenſui, & quædam alia. Cſipkés Georgium an. 1719. editionem paraſſe, Mathiam Bél Lipſ. edit. Károlii quosdam locos emendaſſe; aſſerit Scripturas eſſe obſcuras, nos ad fontes intelligendos imbecilles maxime ob corruptionem naturæ humanæ „attol vagyon, hogy néha a legvilágoſſabb mondáſokat mind másnak nézzük, mivel a bé-vett vélekedésnek fedele vagyon ſzemünkön. Senki nem dicſekedhetik, (inquit) hogy a magyar Bibliát, vagy annak nevezetes réſzét 1530-dik eſz. elött irásban, vagy nyomtatásban látta volna. Præceſſit editio Andr. Torkos Miniſt. Jaur. A mi Urunk J. K.nak uj Teſtamentoma görög nyelvbül magyarra fordéttatott a meg nem máſoltt Auguſtana Confeſſio ſzerént való Györi Ekkleſiának moſtani Predikátora Torkos András által. Nyomtattatott Wittembergában Scheffler Dávid János az ott

 va-

tuitur (pag. 32.) id unum ſupereſſe videtur, ut hæc ipſa illuſtretur, ubi obſcurior eſt, aut minus expedita, evolvatur, & explanetur, fontes, & antiquæ verſio-conſulantur, ut ipſa defendatur, elucidetur, & confirmetur; ab omnibus autem, qui iſta præſtare conantur, major SS. Patrum, quam Rabbinorum, qui merito perfidiæ ſuæ in reprobum ſenſum traditi ſunt, potior Eccleſiæ, quam damnatæ a Deo Synagogæ ratio habeatur, Judaizantium, immo etiam doctiſſimorum quorumvis ſenſus, & opiniones ſententiis Eccleſiæ veteris poſtponantur, ut omnes Jeſu Chriſti, qui via, & veritas eſt, atque Eccleſiæ Catholicæ, quæ columna, ac firmamentum veritatis ab ipſo Chriſto conſtituitur, ſe diſcipulos eſſe & ſentiant, & profiteantur; ſalutaris hæc neceſſitas dura dici nequit, quæ ſvavis providentiæ Dei juſtiſſima eſt ſequela, ut omnes Judicio Eccleſiæ, quæ Spiritu Dei regitur, ſe ſubjiciant.

való Academianak könyv nyomtatója által 1736. eſzt. In præf. aſſerit librorum S. Divinitatem continua traditione innoteſcere. Et quia Scythæ (ut vult) Act. 2. 9. memorantur, Evangelium Hungaros ſub exordium Chr. religionis ſuſcepiſſe, Hier. locum adducit: Hunni diſcunt Pſalterium, & Scythiæ frigora fervent calore fidei. Philippum, & Andream primos Majoribus noſtris prædicaſſe Evangelium, ſed, cum in Romana Eccleſia Traditiones Scripturæ S. æquiparentur, (Divinas & ipſe cum fidelibus, quibus Evangelium Scriptum diu defuit, ni errare velit, æquare debet) 500. annnis usque tempus Doct. M. Lutheri Biblia in tenebris latuiſſe, akkor a Biblia egy Wittembergai tanuló magyar ifju Lötsei Cyriacus Márton által bé-ſzármozott hazánkba. Ad Rom. 3. 28. Evangelicos de juſtificatione cum Paulo ſentire, ergo eorum non eſſe novam fidem. Ad Rom. 11.6. penſando operum noſtrorum imperfectionem, hæc dicit non requiri ad ſalutis conſecutionem, ſed tantum ad externam fidei demonſtrationem. Ad Rom, 4. Jac. 2. 24. Jacobum loqui de operibus *coram hominibus*. 1. Cor. 11. 1. Traditiones intelligi non quas ipſe Apoſtolus excogitaverit, ſed quas a Domino acceperit. Lectiones variis diebus, aſſignat, uti etiam orationes: Sz. András napjára, apró ſzentek napjára, Sz. Miklos Püspök ünnepére, Sz. Mátyás, Sz. György napjára: ſed addit veteres pios Chriſtianos talibus diebus Evangeliorum certam partem aſſignaſſe, ut pietas exerceatur, non tamen, ut a laboribus ſit vacatio, & dies ſanctificentur „nem hogy azok a napok mint üllö ünnepek ſzenteltesſenek. &c.

Re-

Recentiores Károlianæ verſionis editiones ſunt Lipſ. in 8. duobus voll. an. 1776. ſumptibus Antonii Lœwii bibliopolæ Poſonienſis. Poſonii in 8. an. 1793. Ultrajecti in 8. amœniore charta, typo minutiſſimo: Sz. Biblia, mellyet e formában leg-elöſzör ki-nyomtattatott P. F. (Pethe Ferentz) Ultrajectomban. Præmittitur admonitio, ſeu rövéd tudosétas a Magyar Bibliaról: recenſentur, qui hucdum Biblia idiomate Hungarico ediderunt, 1° vertiſſe Ladis. Báthori Or. S. Pauli tota Biblia, an. 1456. fato functum, ad noſtra usque tempora XXII. vicibus impreſſa fuiſſe Biblia Hungarica variarum verſionum, & editionum, Karoliana in ſpecie vicibus XVIII. Plures Bibliorum in idioma Hungaricum verſores recenſet Samuel Mindſzenti Aug. Conf. Miniſter Comar. in Lexico Broughthonii a ſe recenter Hungarice edito Comar. 1792. voce *Biblia* pag. 302. & ſeqq.

SECTIO V.

LABOR NOVÆ VERSIONIS V. Tti NEQUE POTEST AD PUBLICAM OMNIUM APPROBATIONEM JAM HODIE FELICITER CEDERE, CUM SOLI FONTES PRO NORMA ASSUMUNTUR.

Quia Hebræa lingua ſecundum internam conſtitutionem, & nativas ſuas proprietates obſcura eſt, & quoad determinandum certum ſenſum ambigua, difficilis, & impedita, ex qua præciſe ſpectata, traditione de vero ſenſu textuum apud Judæos pridem obliterata, jam hodie quoad ſenſa, & cogitata vix, aut ne vix quidem ſincerior, & accuratior verſio, quam ſint illæ in Eccleſia ab antiquo receptæ, Vulgata, (Sect. III.) *& 70. viralis,* (Sect. II.) *expectari poteſt.*

Nunc igitur aſſertam Hebrææ linguæ obſcuritatem, & in determinatione veri ſenſus remota traditione incertitudinem demonſtrare aggredior, demonſtrationis loco mihi ſervient XII. cauſſæ obſcuritatis, quarum nonnullæ etiam ad N. Ttum pertinere dignoſcuntur, ex quibus illud quoque luce clarius apparebit, Scripturam S. maxime V. T. in Fontibus ſuis obſcuriſſimam eſſe, & admodum impeditam.

Cauſſa prima

Moyſes, & Prophetæ, omnesque alii V. Tti Theopneuſti Auctores juxta morem maxime

me olim, ſed etiam hodie in Oriente receptum, ſine punctis vocalibus ſcripſerunt, quæ ad faciliorem reddendam lectionem paullo poſt obitum S. Hieronymi, aut ſeculi a Chriſto nato ſexti initio a Tiberiadenſibus Rabbinis, immo juxta quosdam non ante exitum ſec. IX. & initium Xi ſunt excogitata tum demum, cum omnis ſine vocalibus legendi peritia in populo quaquaverſum diſperſo perierat. Noſtro tempore cunctis emunctæ naris hominibus deridiculo eſſet, qui ſerio affirmaret, Hieronymum, aut 70. Interpretes punctatis Bibliis uſos fuiſſe. (k) Cum igitur vocales, accentus, & interpunctiones, aliæ-

(k) Non dicit quidem Hieronymus totidem verbis: *Hebraica Biblia ſcripta ſunt ſine punctis vocalibus*, ſine kametz, pathàchh, ſægol &c. quia de his punctis nihil ſcivit; ſicut ante inventam typographiam nemo dixit: habemus, aut non habemus impreſſa Biblia: dixit tamen frequenter Hieronymus, in Hebræo ſolas ſcribi conſonantes abſque vocalibus, quas pro conſequentia, & legentis arbitrio addi oporteat, ut uberrimis ejus teſtimoiis doceri poteſt, & etiam ex ſequentibus eluceſcet. Sicubi vocalium meminit, literas *ahvi* h. e. Aleph, He, Vav, Jod, lectionis matres (h. e. directrices) intelligit, quæ initio, & fine vocis frequentius, medio autem rarius apponuntur. Memorabile eſt, quod habetur Gen. 19. 33. Loth vino gravatus, ſe cum uxore rem habere cogitans, ſubingreſſam ad ſe majorem natu filiam cognovit, *ille non ſenſit*, *nec quando accubuit*, (illa) *nec quando ſurrexit*, hoc velut inſolitum, & animadverſione dignum Rabbini jam ad ætatem Hieronymi appoſito ſuper *bekuma* h. e. *quando illa ſurrexit*, craſſiori puncto notaverunt: *Appungunt* (ait Hier.) *deſuper*, *quaſi incredibile*, & *quod rerum natura non capiat*, *coire quemquam neſcientem*. Unica hæc puncti ad deſignandam rem inſolitam, quam rerum

que notæ diacriticæ, quas hodie deprehendimus, ſint merum accidens, externum quid, & ſuperadditum; his onerata Biblia pro fonte primitivo obtrudi non poſſunt, ſolum ſunt Biblia commentatione hominum affecta, & illuſtrata; unde ea conſideramus, velut commentaria Autorum, qui errare perquam facile poterant; ſacris namque Libris, prout ſigna ſunt, & in Maſoretharum, omniumque noſtrùm conſpectum cadunt, præter XXII. conſonantes nihil ineſt Divini, nihil Prophetici: literæ conſonantes, hoc ſolum eſt *corpus* Moyſaicum, & Propheticum, cetera ſunt veſtimenta vigilanti cura Rabbinorum ſuperinducta, quæ iis exuere, & auferre, ubi graves exigunt rationes, ſine metu poſſumus. *Animam* id eſt: ſenſum, & ipſas veritates vocales efficiunt *veræ*, & *nativæ*, atque iſta conſideratione Biblia Hebraica, prout conſtant conſonantibus per veras, ac nativas ſuas vocales animatis, ſunt ſacro-ſanctum Religionis noſtræ fundamentum.

Sed *nativæ* illæ, & *veræ* vocales, ſeu quod eodem redit: legitima, orthodoxaque textuum lectio ubi conſervata, quove medio eſt propagata? Hic vero non alia ſuppetit reſponſio, niſi hæc unica: *apud Rectores Synagogæ*, donec hæc Deo fidelis permanſit, & ſpiritu Divino regebatur, *& via non interrupta traditionis.* Ex quo infero, Biblia, ut ex manu Moyſis, & Prophe-

natura non capiat, poſitio aliorum ex fine diſtincto ponendorum arguit abſentiam; certe non evincit *vocalium* punctorum toto cælo diverſorum pro eo tempore exiſtentiam. Manet itaque certum Hieronymum nulla ſigna vocalia noviſſe. (pag. 498.)

phetarum prodiverunt, illico abſolutam ſecum tuliſſe neceſſitatem oralis Traditionis continuo reſpiciendæ, qua conſtet, quibus vocalibus animari, h. e. quo reipſa ſenſu legi debeant. Itaque anima, & ſenſus librorum Divinorum *quoad nos* pendet a Traditione originarie Divina, quæ ſola, atque unica docet, retinetque veram lectionem, & præmunit contra falſam. Conſervat, non facit, aut dat Traditio Scripturis verum ſenſum, ſi traditionem ſumas pro vigilanti Paſtorum cura, qua de ore in os, de manu in manum doctrina veræ lectionis poſteritati transmittebatur, intervenit nihilominus etiam hic aſſiſtentia Spiritûs S. qui in neceſſariis non deficit. Et quidem quod ad Chriſtianæ Eccleſiæ tempora ſpectat, qua Numinis providentia, & ſuccedanea Epiſcoporum vigilantia conſervantur ſacri libri, eadem conſervatur & ſenſus eorum; confitendum tamen, traditionem hanc originarie Divinam eſſe, in quantum prima explicatio, & ſenſus, qui ex mente Dei verbis ineſt, ab ipſo Deo viris ſanctis proponebatur, & in ſecula ſeculorum conſervandus tradebatur, ſicut ex opinione eorum, qui tempore ſat longo pro antiquitate punctorum decertabant, (pag. 7.) ſi punctatio literis coæva ponatur, Divina quoque ponenda eſt: ita explicatio ſenſus, & de ea transmiſſa poſteris doctrina Divina eſt.

Cum autem ſenſus, & omnis vocum poteſtas a punctis, tamquam vita corporis ab anima, dependeat, hæc vero ſola Traditio conſervaverit, rurſus conſequitur, Scripturam vivere *quoad nos*, ſive ſenſum, animamque ejus conſervari Traditione. (Hungarus diceret: A Tráditzio tartya a lelket a Sz. Irásban.) Et hæc eſt Judæo-

rum plerorumque ſententia: *fundamentum Legis ſcriptæ eſt Lex oralis: nec enucleari poteſt lex ſcripta, ſine lege orali:* ait Rabbi Bechai in Chad hakkæmachh. (h. e. cadus farinæ tit. ex 3. Reg. 17. 14. Liber eſt in folio, continens ordine Alphabetico locos communes Theologicos Lublini editus, floruit R. Bechai ad exitum ſec. XIII.) Referri poſſunt huc multa eorum, quæ congeſſit Buxtorfius in recenſione operis Thalmudici de neceſſitate Traditionis ex mente Judæorum præprimis obſervandæ. (Quamvis Traditionis uſus in abuſum apud eos degeneraverit.)

Ultro fateor, ambiguas, incertas, & etiam a vero alienas eſſe multas particulares Judæorum traditiones, univerſalem traditionem Rectorum florentis olim Synagogæ circa orthodoxiam Biblicorum textuum in rebus religionis, dum adhuc Spiritu Dei regebatur, & veræ Jeſu Chriſti Eccleſiæ, quæ hac ſolâ citra Scripturam primitus fundata eſt, incertam, infidam, aut falſam eſſe pernego. Nec ulla fuit neceſſitas punctorum, aut aliorum pro denotandis vocalibus ſignorum, de quibus orbis antiquus illius climatis ne ſomniavit quidem, Deus vero legem ſuam traditurus normam ſcribendi receptam ut quid immutaſſet? agnoſcendum potius in toto hocce negotio Divinum conſilium, ut omnes ſe Synagogæ, ac tanto magis Eccleſiæ judicio ſubmitterent; neque enim a Moyſe, & Prophetis (idem eſto de Apoſtolis) ea intentione datum eſt ſcripto verbum Divinum, ut privatus quisque juxta ſuum ingenium legat, & interpretetur, (ſecus ob naſcituras infinitas varietates ſenſuum melius fuiſſet nullam extare Scripturam,) ſed ut exemplar, ſenſum, ac genuinum intelle-

ctum

ſtum ex ore Sacerdotum, ac Synagogæ accipiant, quemadmodum ipſis etiam Regibus diſerte ita eſt a Deo præceptum Deut. 17. 18. Vera hæc lectio etiam ſine punctis, quoniam fere de memoria textus Scripturarum reddebantur, & ex parte quotidie recitabantur, non ſecus ac olim Pſalmi a piis etiam Laicis, conſervari non admodum difficulter potuit protegente Deo.

Veritatis hujus de neceſſitate reſpiciendæ Traditionis publicum, univerſale, ac perpetuum documentum poſteritati reliquerunt celeberrimi illi Doctores Judæorum, qui puncta, accentus; & interpunctiones, ut mox dictum, libris ſacris adjecerunt, laborum namque ſuum *Maſoram* h. e. *Traditionem*,& quia, ne ſecus Bibliorum ſenſus huc, atque illuc difflueret, lectionem quaſi quodam vallo muniverunt, *ſejag lethora* h. e. *ſepimentum legis:* ſe ipſos vero *Maſorethas* h. e. *Traditionarios*, appellaverunt; quo ipſo ſuo nomine univerſis, ad quos Bibliorum lectio pertinet, teſtatum, perſpectumque voluere, veram eorum lectionem, ſenſumque orthodoxum, quem Sancti Dei homines verbis ſuis olim tribuerunt, *quoad nos* a Traditione pendere, & ex ea eſſe repetendam. Utinam iſta ſerio expendant, ſi qui adhuc ſunt punctorum patroni, & hoſtes traditionum, Proteſtantes! qui dum Catholicorum traditiones ſe rejicere profitentur, Eccleſiæ antiquiſſimæ veras equidem non ſuſcipiunt, ſed Judæorum ſequioris ævi antiquis frequenter contrarias, aut diſſimiles de punctatione, atque accentibus illis monſtroſis veluti de cælo lapſas amplexantur, quod vere inconſultum eſt, ne dicam ridiculum.

Num igitur poſterioribus Maſorethis credendum? Ut plurimum, & communiter credendum eſſe ſtatuo, cum textus Hebraicus originarie eorum ſit peculium, & de Biblici operis lectione quæſtio moveatur, quæ inter ipſos ſervari duntaxat potuit, & uſu continuo frequentabatur; præſumi debet, quod affirmat Abenezra (pag 500. in not.) id omne, & ſolum eos ſtabilire voluiſſe, quod diuturna traditione multo ante receptum erat, nihil ultra præſtitiſſe, quam ut horum omnium præſidio id fixum, ratumque maneret, quod uſu ab avis, & proavis manante temporibus ipſorum invaluerat, ita puncta ſua libris ſacris affixiſſe, prout per ea tempora in Synagogis legebantur.

Quia tamen Synagoga in ſenſum reprobum tradita, & cæleſti, ſine quo in Scripturis cæcutimus, lumine deſtituta jam inde a primis Æræ Chr. ſeculis lectiones Chriſtianis minus faventes adoptare, & ceteris anteferre cœpit, (quod paſſim affiirmant PP. & hodie omnes confitentur) in ejusmodi locis punctatio Maſorethica mihi ſæpe eſt ſuſpecta, neque videtur acceptanda. Nemo a me jure poſtulaverit, ut poſtetioris ævi Maſorethis velificaturus Iſai. 9. 6. contra Veterum fidem legam: *jikra*, ut ſenſus ſit: Deus fortis eum vocabit Principem pacis: loco: ille (Meſſias) vocabitur Deus fortis, Princeps pacis. (pag. 287.) Non legam Pſ. 8. 3. *Ex ore infantium, & lactentium fundaſti tibi robur.* Non legam Pſ. 15. 10. *Non dabis Sanctum tuum* (Chriſtum in ſepulcro) *videre foveam.* Non legam Pſ. 18. 5. *In omnem terram exivit linea eorum.* (Apoſtolorum prædicantium) ſed legam: - - *perfeciſti tibi laudem* Matth. 21. - - *videre corru-*

ptio-

ptionem Act. 2. 27. - - - *ſonus eorum* Rom. 10. quia Chriſtum, & Apoſtolos ſequor in lectione Scripturarum, non Rabbinos.

Etiam in locis ab omni ſuſpicione liberis ſæpe humano more falluntur Doctores iſti. 3 Reg. 12. 2. Jeroboam audita morte Salomonis reverſus eſt de Ægypto. Dubitabit ne quiſquam hunc eſſe verum, & naturalem textus ſenſum? profecto qui antea timore correptus ad vicinum Ægypti Regem Seſac ſe recepit, deliteſcens uſque obitum Salomonis, dein reverſus eſt affectati imperii habenas capeſſiturus, ut contextus docet, & antiquæ conſentiunt verſiones, puncta nihilominus ferunt: *vajjeſchæbh bemitzraim*, *&* ſedit, *permanſit*, moratus eſt *in Ægypto.* Loco: *vajjaſchob mimmitzraim*, ſenſu contrario. Beth loco mem poſitum fortaſſe ideo, ne videatur abſurdè dictum: & permanſit ab Ægypto. Mox autem ſe erroris, ac imprudentis punctationis reos peragunt, dum non ſolum eandem hiſtoriam, ſed ipſa planè verba repetentes 2. Paral. 10. 2. accuratius punctant, leguntque: *vajjaſchobh mimmitzraim*, *& reverſus eſt ex Ægypto.* Calmetus ſubjicit, credibile eſſe ætate S. Hieronymi libros Regum, & paralipomenon hac in re inter ſe conveniſſe.

Pſal. 32. 7. Deus virtute ſua „congregans ſicut in utre aquas maris, ponens in *theſauris* abditis terræ hydrophylaciis *abyſſos* immenſam aquarum profunditatem; *uter* ex pelle animalis liquorum receptaculum, quo vinum, & oleum in regionibus illis deferri ſolet, per medianum aleph, *nod; cumulus*, acervus, quæ vox de aridis uſurpatur, *ned* vocali tzere profertur; Hebræus Maſoretharum habet per tzere, ut verti

de-

Digitized by Google

debeat: *congregans ſicut cumulum aquas maris.* In parallelo loco Pſ. 77. 16. ſtatuit aquas quaſi in utre. Exod. 16. 22. Syrus, 70. *askos*, Thargum *ʒika*, Symmachus pariter, omnes demum veteres *nod*, ſeu *utrem* legerunt, punctaruntque, & rectè: quia moris erat liquida utribus continere, ut apud nos vaſis ligneis, atque ſic de loco in locum transferre. 2° Quia aquis fluidæ materiæ congruit magis uter, ut Pſ. 56. pone lacrymas meas *benodæcha: in utre tuo: ned* vero ſine Aleph cumulus, aut acervus aridorum cum aquis nihil commune habet; miraculi vis æquè perennat, & locutio aqueæ naturæ accomodata manet. Sufficit punctationem hanc 70. Thargum. & Symmachum non agnoviſſe, quæ proin novitia, & a Veterum traditione aliena eſt. Hinc ait Bellarminus: In Hebræo pro utre habetur *ned*, quod acervum ſignificat, ſed 70. & Hieronymus legerunt *nod*, quod utrem ſignificat, & hæc eſt verior lectio, & melius explicat congregationem aquarum in cavernas terræ, quam Pſalmiſta ſignificare volebat. Loca male punctata refert Lud. Capellus edit. Vogelii Halæ Magdebur. 1775, & paſſim interpretes ſuis locis, tu pauliſper refer oculos ad ea, quæ Sect. I. pag. 4. & ſeqq. ediſſertavi. In eum Pſ. 4. v. 7. locum Genebrardus obſervat, *neſah* h. e. *eleva* minus eſſe ad analogiam, quia ſic *ſcin* cum *ſameh*, *aleph* cum *he* permutatur, & verbum *pe nun* in Imperativo *Nun* retinet, ut proin *nüſſah*, verbo a *nes* formato, aut *noſes* melius legatur; ponitur quidem *naſcä* in Grammaticis per exceptionem *neſca*, ſed iſtud rem non conficit.

Ec-

Ecce tibi exempla alia, ſatis obvia primum, dein ab uſu vulgari aliquantum etiam remotiora! Pſ. 14. 6. *Qui jurat proximo ſuo, & non decipit*, ſed ſervat fideliter juramentum, ille habitabit in tabernaculo Dei. *Proximo ſuo* Hebr. eſt *lehareay*, reay enim paſtor, amicus, ſocius, proximus: ſi aliis punctis legatur *leharay*, valet *ad malum*, vel *ad malefaciendum*, vel *in malum*, ſive rem malam. Hieronymus vertit. *Qui jurat ut ſe affligat*, (v. gr. jejunio, vitæ aſperitate corpus edomando ſibi malum inferat) & *non mutabit*: conſentit Chaldæus, magna pars Rabbinorum, Muis, & Grotius. Alii ſic cum Junio, Tremel. Vatablo, Tigur. Hammon. Knappio: *qui quod juraverit, etiamſi damno ſibi fuerit*, (puta promiſiſſe jurato 100. florenos) *non mutat*. Ainſvortius ſic: *qui jurat fore, ut male faciat, ſed promiſſa* v. gr. de occiſione) non *ſervat. lo jamir, lo* ſumpto pro pronomine *ei* ei mutat, adeoque non ſervat; verſio e diametro oppoſita. Nobiſcum punctat Symmachus, & Syrus. 70. & Vulgatæ ſenſus certe melior, & huic loco convenientior eſt (ajunt Calmetus, & Bellarminus) quam quæ a recentioribus juxta hodiernum Hebræum traditur. Pſ. 119. in Samech v. 119. *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: confige timore tuo carnes meas, a judiciis enim tuis timui.* Hodie legit Hebræus: *quaſi ſcoriam quieſcere feciſti*, ſeu deleviſti, exterminaſti, *omnes improbos terræ*, hiſchbattha chol riſchey aretz. (tu o Deus!) *horripilavit a timore tui caro mea*, ſamar mippachhdecha beſcari: Germ. mir ſchaudert die Haut aus furcht vor dir. Hung. felborzódik. Ita legit, & vertit etiam Hierony-

mus,

mus, nam *ſamar* hoc valet; ſed valet etiam configere clavis, & in imperativo *ſemor*, erit confige, ita occurrit in Bibliis Arabicis Pſ. 38. & alias, atque in Hebraico *masmer* ab eodem verbo eſt clavus, quo aliquid figitur Iſai. 41. 7. Eccle. 12. 11. Pendet ergo ſenſus a punctis. Alterum Hier. vertit: quaſi ſcoriam reputaſti, ita & Aquila, ac Symmachus, quia in ſuo Hebraico codice viderunt *chheht*, *chhaſchatha* reputaſti, 70. *chhaſchabthi* cum jod vel exiſtente, vel mente ſubintellecto, reputavi; loco *sigim* quaſi *ſcorias* legerunt *ſogim*, uti etiam hodie quidam codices habent, h. e. *recedentes* a lege, ſeu prævaricantes. Quod attinet illud: *quieſcere feciſti*, in toto orbe notum, *ſchabath*, unde ſabbati nomen, ſignificare quietem, hinc in Hiphil *hiſchbith*, quieſcere juſſit, *hiſchbattha*, quieſcere feciſti, he ſimillima litera alterius videlicet chheth loco ſubrepſit, punctis ad exigentiam præconcepti ſenſûs mutatis.

Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Pſ. 67. 31. Hieronymus vertit: *præcepit Deus tuus de fortitudine tua*, quia in Hebræo ex punctorum hodiernorum ratione, quam & Hieronymus ab Hebræis illius temporis adoptavit, ita legitur, *tzivvah* h. e. præcepit, non *tzavvæh* h. e. præcipe, manda, dein voci *Deus* additur pronomen *tuus*, quod Bellarminus ſubleſtum, & recentiori manu appoſitum putat. Putant alii *tzivvah*, ſicut apud Arabes, atque etiam in Hebraico in quibusdam locis, iſthic valere, *firmavit*, *roboravit*, *ſtabilivit* Deus tuus tuam o David potentiam. Nihil innovandum, lectio imperativi ex conſequenti, quod etiam juxta hodierna puncta eſt in impe-

pe-

perativo, multum illuſtratur: *confirma hoc Deus* &c. Jube o Deus omnipotentiam tuam nobis ſuppetias venire, cum omnipotentia valeas, eam pro nobis adhibe! *(l)* Iſai. 6. 10. *Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava!* h. e. denuncia iis conſequenter ad præviſa actu eorum peccata gratiam, qua cor eorum emolliendum erat,

(*l*) Uno hoc loco ad totam iſtam ſectionem notiora e lingua Latina exempla profero, quibus Lector in re ſibi aliunde cognita extemplo convincatur, quam facilis, quamve magnus, & multiplex ex literarum permutatione, aut transpoſitione, præcipue vero ex abſentia vocalium error contingat. Pravus homo parvus homo: altitudo latitudo: ſcalpo ſculpo: luculentus Autor, non lutulentus, Tabulæ Eugubinæ, non Fabulæ, ſabuloſum mare, non fabuloſum; ſapientia graditur cum electis *ſeminis* Græce ſpermatos, non fœminis Eccli. 1. 16. præviſio proviſio: commemoratio, commoratio: fragilitas humana, frugalitas humana: ſalix ſilex: fœnus animæ funus animæ: Auguſta domus anguſta domus: non tanget eos tormentum malitiæ. Sap. 3. militiæ. Iſai. 40. 2. completa eſt malitia ejus, judice Calmeto debet eſſe militia, cum in Hebræo ſit tzebaoth. Semper amans ſemper amens: mane levabo manus meas, lavabo. Annunciate inter gentes ſtudia ejus, ſtadia ejus. Vinolentus homo, nec tamen violentus. Ita in Græco *melathron* domus, melethron, pedica, funis. Eccli. 11. 73. thérentes venator, théreutheis venatione captus. Gen. 3. 15. conteret ipſe tibi caput, *teiréſei*, tréſei perforabit, téréſei obſervabit. 1. Theſſ. 5. 22. ab omni ſpecie *mali*, vel malâ in Græco anceps eſt. Pſ. 16. 16. *ſaturati ſunt filiis*, h. e. ſufficienter, & ad ſatietatem nati ſunt iis filii, & opes ſatis multas etiam nepotibus reliquerunt (mei hoſtes: ait David) Græce *filiis* eſt *hyión*, quia vero porcinis carnibus eſſet *hyeión* ob hanc utriusque vocis conſonantiam 70. editio multiplex, & Patrum complurium lectio habet non in Græco tantum, ſed & in Latinis Pſalteriis

erat, negari, futurumque certiſſime, ut excæcentur, denuncia futuram excæcationem. Hæc eſt verſio ex punctatione hodierna, qualis cogitatione apponebatur etiam ævo Hieronymi, nem-

riis vetuſtiſſimis: ſaturati ſunt *porcina:* Apollinaris canit in metaphraſi ſua Pſalmorum *pleſthentes ſialón* impleti ſuibus ſaginatis. Antiqui Canones illi ſub nomine *Apoſtolicorum* æque ſic habent, & Arabum verſio: *e carne porcorum ſaturati ſunt filii eorum*, utrumque jungit: *min al lachhmi - l chhanázíri benune* Bochart. Hieroz. L. 2. pag. 701. Cantharus (ſcarabæus) eſt in cantaro: liberos edit, libros odit: apud vetulam (vitulam) morabatur, arcum (arcam) manu tenebat: oravit, non aravit: vere pie vixit, fere, ſed emiſſo voto (omiſſo) profugit ad ſeculum, Fiant aures tuæ intendentes, inter dentes: in exaltatione ſua mortuus eſt, exultatione, quod ſub Iſocrate, Socrate contigit, ſed Diis invitis, iis invitis, ingratiis, in gratiis re probavit reprobavit ea, quæ prius verbis palam aſſeruit, nec examinavit, & tamen exanimavit, nec potuit ſuſpicere, quem voluit ſuſcipere, diligendo eum, non tamen deligendo, ob terrores, errores, ſevocavit, evocavit, indiciis judiciis: aliquanto aliquando melius, ſed nihil eſt effectum, effictum.

Per abſentiam vocalium parum abeſt, quin omnis in omnem ſenſum eum in modum licentia concedatur, quo literas S. P. Q. R. Ven. Bedam Romæ a Pontifice feſtive, quid denotarent, interrogatum ferunt expoſuiſſe: *ſtultus populus quærit Romam:* quod dum Pontifex non ſine riſu, & oblectatione excepiſſet, adjecit, etiam deſignari: *Sancte Pater quid rides?* cui ille retrograde: *rideo*, *quia Papa ſum.* Commentatus eſt alter: *ſublato Papa quietum regnum*, qui rurſus non difficulter refutabatur, quia *ſalus Papæ quies Romæ.* Æſopus ille morum per fabulas emendator, quando herus ſuus Xanthus inſculptas monumentis literas *a*, *b*, *d*, *o*, *e*, *th*, *ch*. eidem oſtendit, repoſuit, occultam ingentis theſauri depoſitionem hiſce notari, cui herus: & libertate, &

nempe *haſchmen*, *impinguà*, & craſſum fac eorum intellectum, & voluntatem, ſeu declara fore craſſum, & ineptum, *chabbed*, *aggrava*. Seniores vero legerunt *huſchman* in *Hophal*,

S s *epa-*

& dimidio ejus te impertiar, arcanum ubi detexeris; aperit igitur omne myſterium: apobas bémata *d*. h. e. 4. orykſas eurέſeis theſauron Chryſiu: ſeu: recedens 4. paſſus, fodiens invenies theſaurum auri; Xantho promiſſa negante adjecit e veſtigio, legem de hoc theſauro verbis illis indicari. apodos Baſili D. hon eures theſauron chryſiu: redde Regi Dionyſio, quod inveniſti, aurum. Vel itaque Regi theſaurum eſſe reddendum, vel alteram conditionis partem, quæ pariter literis illis traditur, implendam: anelomeni badiſantes dielesthe, hon eurete, theſauron Chryſiu: ſublatum vadentes dividite, quem inveniſtis, theſaurum auri. Verum hæc prophana ſunt, nos de juris Biblici apicibus diſputamus. Itaque

In Hebræo *libnah : filio ejus* libnoh, ſeu *libnoth : ad ædificandum*, *filiabus*, *lebanah* luna, *lebonah* thus, *lebénah* tegulæ ex argilla coctæ, *libnæ* populus alba, quantum diſtant! hæc tamen diſtantia unius puncti ſuperna, vel inferna poſitione definitur, & quia certo definiri nequit, verſores committuntr Iſa. 24. 23. Eccle. 2. 8. *ſadoth*, *ſiddoth* ne? Salomon ſibi curavit, en ſenſa variorum! (1.) agros, & latifundia (2.) ſymphoniam omnimodam. (3.) Pocillatores, & pocillatrices. (4.) captivam, & captivas. Vel puellam, & puellas. (5.) Canales, vel muſica inſtrumenta. Jer. 11. 18. *jimtzeu* invenient, *jimmaatzeu* invenientur. Jer. 12. 9. avis diſcolor *tzebuay*, 70. *tzeboav* hyæna. *Chippah* ramus, chophæh incurvans. Exod. 4. 25. Sephora tetigit pedes ſui filii h. e. verenda (Iſai. 7. 29.) in circumciſione. Litigant, an ſic bene, h. e. *vattiggay* vel *vatthagay*, h. e. projecit, abſciſſum præputium ad pedes ipſius Moyſis. Malach. 1. 13. methelaah de labore, matelaah, ecce laborem, naſcthem fugiſtis, niſctham clauſum, & obturatum eſt. Botzra munitio, batzarah in anguſto ovili. Miche. 2. 12. chælub corbis, chæbæl compes. Pſ. 70. 18. non co-

gno-

epachynthé h. e. incraſſatum eſt cor eorum, quod ſequitur Doctor Gentium Act. 28. 27.

Non alia de cauſa Veteres ex Hebræo textu ſenſus ab hodierno tam diverſos protulerunt, ni-

gnovi literaturam, ſiphrath, numeros tuorum beneficiorum, ſephiroth. Choremah vinitores ejus Oſe. 2. 15. cheramæha vineas ejus. Iſa. 53. 9. tzar tribulatus, tzír legatus. Prov. 25. termini æterni *yolam*, puerorum *yælæm*, tiphla, tephilah, ſtultitia, oratio. *Ted* vel *yad* vapor, ſons, usque, æternitas, ultra, hinc dum ponitur *le yolam*, *vayed* in æternum, & æternum h. e. totam æternitatem, Hier. nobis reliquit in æternum, & ultra. Gen. 26. 12. percepitne Iſaach ſeminans centuplum hordei, *ſceyorim*, vel centuplum æſtimatum *ſcheyarim*? Abraham ſeditne cum avibus ad cadavera ſacrificio deſtinata advolantibus, *vajjéſchébh iththam*, vel, ut nos habemus: *vajjaſchſchebh otham*, & abigebat eas? Gen. 18. 13. riſitne Sara *in ſemetipſa usque nunc?* yadænnah, aut dixit? num in ſenio mihi voluptas? yædnah. Iſai. 4. 5. miſcra imperium, meſcura, menſura. Iſa. 14. 11. hæmjath nebalæcha, ſonitus nabliorum tuorum. Hieron. concídit, cadaver tuum, legit hemith niblæcha. Gen. 31. 7. decem vicibus yaſcæræth *monim*, decem *mnis*, nempe argenti; alii: *amnis* h. e. agnis. ſuf alga, ſof finis. Eccle. IX. 1. ubi de juſtificatione agi non male dicitur, quia homo neſcit, an odio, vel amore dignus ſit, quia *juſtorum opera* in manu Dei ſunt, loco *opera* Hebr. *yabhadehem*, Lutherus cito puncta ſubjecit *yabdehem*, *ſubditorum*, quaſi de ſubditis, & jobbágyonibus ageretur: *ibre unterthanen ſind in Gottes hand.* In titulo Pſ. 44. *pro iis*, *qui commutantur:* ſchæ ſconim, hodie *ſchoſcannim:* & creditur genus eſſe inſtrumenti muſici al. ſchuſchannim h. e. lilia, pro liliis. Pſ. 47. tit. yal muth, pro morte, *yalamoth* virgines, *yolamoth* in ſecula. Pſ. 55. 4. ab altitudine diei h. e. a die plena, a meridie, dum ſol eſt altiſſimus, timebo, quia noctu inimicos facilius effugio; alii valde multi: *non timebo:* Hebræus: non merom, ſed marom legit & *jom* avellit, interpun-

niſi quod ille, etiam ubi integer perſeveravit, punctis vocalibus carens, variis modis legi, inflectique potuerit, ut certa lectio, quæ ſenſum a Spiritu Dei intentum exprimat, citra traditio-

S s 2

nem,

---

pungit aliter: alii mem non pro præpoſitione, ſed vocis conſtitutivo habent, *amarè*; al. *marom* vice *Dei* cum Chaldæo, & Aquila putant poſitum: multi bellantes contra me (ex alto loco, vel) o altiſſime! (Deus!) ab altiſſimo etiam die timebo? non ego. Pſ. 5. *yal nechhiloth* h. e. cantandus ad ſonum tibiarum, nos legimus *yal nechhaloth* pro hæreditatibus. Pſ. 47. 10. *Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham*, Bellarminus dicit, cum hæc ſit vera lectio, patere, puncta ſæpe male eſſe a Rabbinis collocata, hodie *yam* populus loco *yim* h. e. præpoſitio *cum*: Principes populorum congregati ſunt, populus Dei Abraham.

Non tantum verum eſt ſuo loco illud Rabbinorum: *non eſſe in lege literam, a qua magni montes non pendeant*; addi inſuper debet, non eſſe punctum unum, a quo unico maximi interdum ſenſus non dependeant. Prov. 30. 15 hirudini, ſive ut ſub ætatem Plinii cœpit appellari, ſanguiſugæ duas eſſe filias, quæ inceſſanter clamant: affer affer, Regum ſapientiſſimus enunciat. Interpretes ad allegoriam, & metaphoricam aliquam ſignificationem velut ad ſacram anchoram confugiunt, quia hirudinis nec duas novimus filias, neque, ut illæ eſſent, quomodo huic loco congruant, perſpicimus; mala cupiditas (inquiunt) ſanguiſuga eſt, cui duæ ſunt filiæ, ambitio honorum, & propriæ excellentiæ ex parte intellectus: opum immoderata appetentia ex parte corporis, ſive inferioris ſenſitivæ facultatis: quarum neutra unquam ſatiatur. Sublimius aliquid Salomon innuit, quid illud? dicit: *la yaldkah ſchethe banoth hab hab*. Non dicit *yalaka*, quod eſſet ſanguiſuga, ſed *yaluka*, poſt *l u* non *a*; porro per *a* vilis illa paludum incola intelligitur, unde ſine *vav* tum ſcribi debere etiam Buxtorfius in Lexico Thalm. voce *yalak* pag. 1621. monet, ſi vero inſerto *vav*, ut ſacer textus habet, ſcribatur, adeo-

nem, aut directionem Dei, ubique conſtitui nequiverit, & non infrequenter etiam plures ſenſus uno, eodemque textu fuerint deſignati. (pag. 26.)

Por-

adeoque *yaluka* pronuncietur, omnes fere Orientales conſonant valere fatum, non utique ſtolidum illud Stoicum, ſed quod a Deo cuilibet eſt *appenſum*: eſt ordo, & terminus vitæ, qui unicuique noſtrum decreto Dei omnia in menſura, & numero, & pondere* Sap. 11. 21. diſponentis eſt appoſitus. Aliter *menija* Arab. nempe, ut Regi Daniel expoſuit, *mane* quod eſt idem cum *menija*, & *thekel*, quod eſt Synonymum *tó: yalak*. Nos diceremus: Prædeſtinationis Dei (hoc eſt enim fatum Chriſtianorum) duæ ſunt ſequelæ: ſalus, & perditio, Paradiſus, & infernus. Immutabile hoc decretum, (utique ex meritis, & demeritis mortalium conceptum) duo hæc parit: ſalutem, & interitum; neque tamen cœlum ita replebitur, ut plures non deſideret, cum antecedente Dei voluntate, quæ merita nec invenit, nec reſpicit, omnes eo deſtinentur, neque reproborum numerus inferno nimius erit, qui improbos omnes manet, & jure ſuo depoſcit, unde *a petendo* in Hebræo nomen ſortitur. Ecce quo diſtat intervallo ſanguiſuga a decreto Dei æterno, hoc diſtat *yalaka* ab *yaluka*, & hoc unius puncti mutatio, aut unius unci (vav) adpoſitio diſterminat!

Monente Buxtorfio Lexic. Thalm. pag. 631. ad vocem *Herodes* doctiſſimus, & perſpicaciſſimus vir Joan. Druſius, (pag. 208.) dum *jone* (columbæ) legere debuiſſet, aliis punctis *jevane* (Græci) legi oportere ratus, ex columbis fecit Græcos quosdam homines, qui certam Herodianorum, quorum in Evangelio Mat. 22. 16. mentio eſt, ſectam conſtituerent, quos conſequenter (una Chimæra trahit alteram) inter gallinas, palumbes, & anſeres collocavit. Idem Buxtorf. pag. 322. Lexic. Thalm. ad vocem *banja* h. e. balneum notat, Guidonem, etſi doctiſſimum, putaſſe Eccle. 2. 8. *banja* eſſe puellas, ſive filias, hic igitur ob pravam punctationem ex balneis commen-

tus

Porro inter plures lectiones diſſimiles, licet veritati reali aliæ quoque congruant, textuali tamen veritati una tantum poteſt eſſe conſentanea juxta heterodoxos, qui unicum ſolummodo admittunt ſenſum, literalem, ita ut plures doceant repugnare. (pag. 24.) Si ita: nullo jam jure quiſpiam inficiari poterit, veram illam aſſequi lectionem, tot, ac tantis viris errantibus, paucis, nec certum, quibus, eſſe conceſſum.

Patet igitur Scripturam V. Tti eo ipſo, quia punctis vocalibus originarie caret, quoad nos incertam, & obſcuriſſimam eſſe, atque in-

tus eſt puellas. Matth. 10. 24. urgent aliqui apud Bochartum Hieroz. par. 1. L. 2. C. 5. pag. 91. ſed absque cauſſa, per camelum funem nauticum, quo videlicet utuntur nautæ ad jaciendas anchoras, craſſiorem, & tortuoſum intelligi, maxime quod loco *eta* jota ſcribendo apud Suidam *Camilos* ita ſumatur. Matth. 3. 4. Joannes Bapt. locuſtisne veſcebatur? quidni? vox *akrides* hoc ipſum ſonat; ſed *akrades* ajunt legi debere h. e. pyra ſilveſtria. Hallenſes Judic. 15. 15. decernunt, Samſonem non 300. vulpes illigata conjunctis caudis ardente face in Philiſtæorum ſegetes immiſiſſe, nec maxillâ aſini mille viros interfeciſſe; quid ergo? loco *ſchuyalim*, quod eſſet *vulpium*, *ſchovalim*, quod valet manipulos, legi, & *chhamor* non aſini, ut vulgo, ſed acervi ſignificatione ſumi oportere: itaque rei efficiendæ robur catervæ militaris, & maturis ſegetibus exurendis peniculos, ſeu incenſos faſciculos ſtramineos admovit, ſi ipſos audias. *Simſchon hat die Philiſter geſchlagen mit der Kraft, Stärcke, und Tapferkeit eines muntern, oder friſchen trups Soldaten. Simſchon gieng hin, und nahm 300. ſtrohwiſche, und kehret ein ende gegen das andere (das ſtertze-ende gegen das ähren-ende) ung legte einen brand zwiſchen zwey enden, und zündete die an mit feuer, und warf ſie unter das Korn der Philiſter.*

ſtar materiæ primæ omnibus formis recipiendis idoneam, quod facile etiam aliarum linguarum exemplo oſtenditur. Si enim quiſpiam Latine ſcripturus ſolas adhiberet conſonantes, Ariadnæo filo opus foret, quo in difficillimæ hujus ſcripturæ labyrintho ad certum ambiguæ lectionis ſenſum ducamur. Ponamus ſcriptas eſſe in Latino literas: prcs. Lps. fms. fcs. Nx. pscs. leges, prout voles: porcus, parcus, procus, preces. Lupus, lepus, lippus, lappus. Fomes, fumus, fames, fimus. Ficus, fæces, faces, fauces, focus. Nix, nex, nox, nux. Piſcis, poſcis, paſcis. piſces, poſces. Solæ nimirum vocales ſunt, quæ ſenſum figunt, moderantur, & non ſinunt evagari; ut non jam legatur: vietor, orator amandavit, ſed viator, arator emendavit, initis conſiliis, non unitis, melle ſaporatum, non ſoporatum: aut illud: malitia eſt vita hominis ſuper terram, vel: ſufficit diei militia ſua. Solis tribus literis *crs* plures, quam 20. attribui poſſunt ſignificationes: cares, curras, curris, curas, ceres, cyrus, creas currus &c.

Idem in Hebræo textu evenire prorſus eſt naturale. *DBR* cum *a* brevi altero, locutus eſt *dabhar*, cum *a* utroque longo, *dabhar*, verbum, res, negotium, aliquid. *dæbhær* peſtis, mors, exitium, perditio. *dibber* ſerio locutus eſt, *debhir* oraculum, adytum templi. *dabhur* dictum, *dober* loquens, *dobær* ductus, caula ovium, *debor* loqui, *dabber* loquere. *MSPR*. *miſpar* numerus, *meſapper* numerans, *miſſepher* ex libro. *Chhomer* lutum, *chhamar* bitumen, *chhomar* acervus, aut certa menſura liquidorum, & aridorum, Lat. corus. *Chhæmær* rubrum illud, & generoſum Orientis vinum, *chhamor* aſinus,

quam-

quamvis hodie etiam vinum loco *jain* ita vocitent perfidi Judæi, unde dicunt proverbio: ubi chhamor eſt, inde ejus ſignificationem determinari, ſi enim in ſtabulo fuerit, eſſe aſinum, ſi in cellario vinum. (Wo der *chhamor* ſtehet, da iſt er: ſtehet er im Keller, iſt er Wein; ſtehet er im Stall, ſo iſt er ein Eſel.) *berecha* piſcina, *berachah* benedictio; *meyir* excitans, vigilans, Angelus, ex urbe, *meyar*, ab hoſte, *meayjar*, a pullo aſini, *meyor* à denudatione, *mayor* nuditas. *Chhochmah* ſapientia, chhachemah illa fœm. fuit ſapiens; imrath, ſermo, amartha dixiſti, *yæzæræth juvamen*, yazartha juviſti, *yabhedu* ſerviverunt, *yibhdu* ſervite, yabhdo ſervus ejus. Oſe. 13. 2. immolantes, al. zibhchhu immolate. Hinc Lev. 15. cum lex defective loquatur, & legi tam active, quam paſſive poſſit, *jitthen maim* dabit aquam, vel dabitur *jütthan*, ſi adjectio fiat volente proprietario, diſcernunt Rabbini Tom. 6. Thalm. L. purif. & quia Lev. 12. 5. legi poteſt *ſchibhyîm* h. e. 70. diebus, mulierem poſt puerperium immundam eſſe debere, ſed etiam legi poteſt *ſchebüyaim* h. e. tantum duabus hebdomadibus, ſeu 14. diebus, committuntur inter ſe Rabbini, utraque parte contradicentium pro ſe Maſoram, ſive traditionem aſſignante. (Joan. Buxtor. comment. Maſoret. pag. 37. C. 8.) Zach. 11. 7. & 14. quia *chhobelim* corruptores, proditores, & *chhabalim* ſunt funes, mavult Calvinus funes interpretari mutatis punctis, addens: *ſcio, quanta induſtria veteres ſcribæ puncta excogitarint, cum jam linguæ non eſſet tam communis, & familiaris uſus.* Act. 2. 24. *ſolutis doloribus inferni*: ita Apoſtolus poſt 70. prope eſt, ut redarguant Apo-

ſtolum, cum Pſ. 17. 5. non *dolores* ſed funes mortis *chhable ſcheol*, *chhable mavæth* ponantur; quaſi *chhabal* non ſignificaret (1) colligavit, conſtrinxit funibus. (2) Oppignoravit (3) contrarie: diſſolvit, diſſipavit, corrupit. (4) vehementer doluit, in ſpecie: mulier partum cum dolore enixa eſt.

Ubi Propheta dixiſſet Iſai. 54. 13. futurum ſub Meſſia, ut omnes a Deo (ipſo videlicet Chriſto) myſteria fidei perfectius, quam in V. T. edoceantur, & filii novæ Jeruſalem h. e. Eccleſiæ Chriſtianæ multa pace fruantur, Joan. 6, 45. ponam univerſos filios tuos doctos a Domino, & multitudinem pacis filiis tuis, h. e. *banaich*, diſputant Traditiorum Magiſtri adponentes ſuum: *äl thikrä chach*, *ällä chach*: h. e. non legas ſic, (banaich) ſed ſic: nempe *bonaich* h. e. legas non filiis, ſed ædificatoribus tuis. Ita in omnem partem ſe vertunt ambigui. Iſa. 49. 17. Si autem quæras, *vajjeſchebh*; *& ſedit*, quoniam duci ab hac, aut illa radice poteſt, remotis punctis quot dabit ſenſus? Reſpondeo, aut infinitos, aut nullos, ut declarat Danzius in Rabbiniſmo enucleato. Tentemus & nos aliquid!

SDI. *ſchaddaj* unum ex nominibus Dei, *omnipotens:* cui ad omnia præſtanda ineſt ſufficientia, vel *uberrimus copia rerum*, aut *vaſtator. Scade* ager, *ſchadi* ager meus, *ſcede* ubera, *ſchuddi* devaſtatio mea, *ſchoddi* vaſtum redde, deſolare. *Schuddaj* deſolationes meæ, *ſchede* diaboli. *Chharaſch* aravit, (unde Græcum *charaſſo*, ex quo character) *chhoreſch* fabricator, *chhereſch* ſurdus, *chharaſch* cum dupplici kametz, artifex, *chhoreſch* cum tzere ſilva, *chhæreſch* ſilentium *MTH; mattæh* virga,

mit-

mittah lectus, *mütte* perverſus, *mutta* perverſa, *matta* infra. Adplicemus! Gen. 47. 31. *Adoravit* Iſrael (h e. Jacob) *Deum, converſus ad lectuli caput*, inclinationem pro adoratione ſumens Hieronymus *Deum* conſequenter inſeruit. Hebr. *inclinavit ſe verſus lectuli caput*, h. e. præ debilitate ſenii ad cervical. Quam hæc duo diſtincta! rurſus 70. viralis, &, qui eos ſequitur, B. Pauli ad Hebr. 11. 21. verſio habet: fide Jacob moriens ſingulos filiorum Joſeph benedixit, *& adoravit faſtigium virgæ ejus*. Utraque verſio, ut ego quidem cenſeo, vera, & ab ipſo Dei Spiritu intenta: & ea, quam in V. & hæc, quam in N. T. duce S. Paulo uſurpamus; nec inconvenienter dicitur, verſus cervical ſe inclinantem, & molem corporis ſui baculo ſuſtinentem, unâ etiam ſceptro Joſephi, ſigno quippe ſummæ dignitatis, reverentiam exhibuiſſe; *roſch* Hebr. æque ſummitatem, & faſtigium valet; ſic in Joſepho *Ægypti* liberatore Chriſtum antitypum Mundi liberatorem perinde adoravit.

Generaliter activum a paſſivo, *piyel* â *püyal*, item *piyel* â *kal*, imperativus â perfecto, in futuris, quorum tamen in hac lingua, utpote *aoriſtorum* h. e. indefinitæ ſignificationis temporum, præcipuus eſt uſus, una conjugatio ab altera, remotis punctis necquidquam differunt; interdum ſingularis pronomine affectus a plurali conſtructo, verbum â ſubſtantivo nihil diſtat, non dageſch gravans, aut compenſativum, non ſedes toni, non vocalis brevis in analogam (h. e. correſpondentem) longam mutatio, prout fit in libris punctatis, latentes prodet literas, adeoque & radicem, & ſignificationem. Hebraice doctis loquor. Sed brevitati ſtudendum in apertis. Ma-

Major ſane remota paradoſi (traditione) futura eſt confuſio unius hujus linguæ Biblicæ, quam fuerit illa Babylonis, cujus eadem Biblia meminerunt.

Matres lectionis *''immoth hakkeriah* tres potiſſimum conſonantes, inventis jam vocalibus ſignis propterea ſæpiſſime quieſcentes, *Alep*, *Vav*, *Jod*, quibus *He* finale junxerim, quod, ut mater incertos, infirmosque, ac quaquaverſum flexibiles teneræ prolis greſſus, ita ipſæ lectionem Biblicam adjuvent, ac moderentur, ſic appellatas, olim lectioni dirigendæ vocalium inſtar reipſa ſerviviſſe, ſi non ubique, in plerisque tamen locis ambiguis, multi exiſtimant, ratio pariter, & Arabicæ linguæ analogia ſvadet. Literæ iſtæ talem videlicet deſignabant vocalem, quæ ipſorum ſono eſt cognata, *Aleph a*, Vav, ſeu Vau *u* aut *o* Jod *i* vel *e*. Sed poſteaquam nova vocalium ſigna apponi cœperunt, ipſæ loco motæ ſunt, (damno vere magno) niſi indicio producendæ vocalis in puncto homogeneo quieſcentes perſeverent, unde hodie non jam adeo juvare poſſunt.

Joan. Andr. Danzius in ſuo Rabbinismo enucleato Jenæ in 8. an 1714. Genebrardus in Iſagoge Rabbinica ad legenda, & intelligenda Hebræorum, & Orientatium ſine punctis ſcripta in 4. Pariſ. 1563. Cneus Corn. Wythagen in Revelatione punctationis, ſeu diſſertatione de Antiquorum ſine punctis legendi ratione. Franc. Maſclevius Præco heterod. Reincheval. Hebr. Chald. Syriace, & Arab. doctus, qui in rejiciendis generatim hodiernis punctis juſtæ moderationis limites egreſſus, edidit Grammaticam Hebraicam a punctis, aliisque inventis Maſorethicis liberam Pari-

riſiis an. 1716. in 8. & an. 1728. mortem oppetiit, (Geor. Kalmár in ſuo Prodromo, ſive Mercurio Idiomatis Hung. edit. Poſon. an. 1770. in Præf. memorat, ſe edidiſſe an. 1760. Genevæ Veterem ſine Maſoretharum punctis Hebraiſandi viam, & Halis an 1768. in illam methodum introductionem) alii quoque eruditi ſuas obſervationes propoſuerunt ad Hebraicos libros, potiſſimum Rabbinicos, ſine punctis legendos. Verum ſeu matres lectionis, ſeu partus eruditorum conſulas, exemplis conſtat manifeſtis, lectionem talem manſuram ſemper & valde impeditam, & multis, miſeriſque modis flexibilem. *(m)*

Illud

(*m*) Obſcura igitur eſt Scriptura S. in compluribus locis, *veritates ſcitu neceſſarias complectentibus*, idque liquet adeo, ut, quamvis hæretici multa ſint omni tempore ſtulte, atque impudenter commenti, illo tamen de claritate Scripturarum commento nihil ſit ſtultius, nihil impudentius; itaque ad ſenſum Scripturarum determinandum Traditionem jungi debere, præclariſſimi Heterodoxorum Theologi ingenue confitentur (e. gr. apud Ludov. Cſapodi Tr. de Relig. Tom. II. pag. 55.) Lutherum audiamus, & Calvinum!

Prior in explicatione Pſalmorum, quibus Catholici, & Heterodoxi pariter, & potiſſimum in Officio Divino utuntur. *Nolim ab ullo id de me præſumi, quod nullus adhuc præſtare potuit, ſanctiſſimorum, & doctiſſimorum, id eſt, Pſalterium in omnibus ſuo legitimo ſenſu intelligere, & docere. Sat eſt aliquos* (Pſalmos) *& eosdem ex parte intellexiſſe. Multa ſibi reſervavit Spiritus S. quo nos ſemper diſcipulos habeat: multa ſolum oſtendit, ut alliciat: multa tradit ut afficiat. - - Scio eſſe impudentiſſimæ temeritatis eum, qui audeat profiteri, unum Scripturæ librum a ſe in omnibus partibus intellectum.* Calvinus L. 3. C. 2. n. 3. *Equidem non inficior (qua ſumus ignorantia circumſepti) quin plurima nobis impli-*

Illud quidem vulgo reſponderi ſolet: ex contextu, diligenti videlicet antecedentium, & conſequentium collatione ſenſum determinari, ut e. gr. in Latino, quamlibet *cancer*, & *canis* plura,

plicita nunc ſint, & etiam ſunt futura; donec depoſita carnis mole propius ad Dei præſentiam acceſſerimus; in quibus ipſis nihil magis expedit, quam judicium ſuſpendere, animum autem obſirmare ad tenendam cum Eccleſia unitatem. - - Experientia docet, nos quotidie legendo in multos obſcuros locos incidere, qui nos ignorantiæ coarguunt. Atque hoc (inquit) *fræno in modeſtia nos Deus retinet, ut optimus etiam quisque Doctor ad diſcendum paratus ſit.* Si Joannem Erneſt. Grabe audias, *traditio veterum Patrum Lydius lapis eſt.* Cum enim gentes innumeræ, antequam Scripturas haberent; plenitudinem fidei Apoſtolicorum virorum prædicatione accepiſſent, & Evangelium Matthæi, ordine temporis primum, nonniſi VIII. circiter poſt Chriſti aſcenſionem anno prodiret, alia tria autem ſerius vulgarentur, nec illico in linguas omnium fuerint converſa, Irenæus, Tert. & alii Patres in ſuis adverſus hæreticos diſputationibus non tam ad verbum Dei ſacris literis comprehenſum, quam ad idem verbum non ſcriptum, ſed traditum, & in Apoſtolicis Eccleſiis conſervatum neceſſario confugerunt, ut Richardus Simonius (pag. 206.) Præf. Hiſt. Crit. V. T. obſervat. Verbo Dei, prout in corda hominum ex ejus intentione plantandum venit, nativum, & eſſentiale illud eſt, ut ore tradatur, externum vero, quod tardius ſuperadditum eſt, accidens, ut ſummarium ejus per Scripturam ſub directione Spiritus S. compendio quodam vulgetur.

Porro Scriptura S. aut hiſtoriam continet, aut dogmata, & morum regulas proponit. (1) *Hiſtoria* maxime V. T. lingua a tot ſeculis emortua tam ſuccincte ſcripta, populi alterius climatis, educatione, moribus, omnique ſuo inſtituto a nobis diverſiſſimi, temporis 4000. annos complectentis, proinde longiſſimi, a nobis autem longe remotiſſimi, neceſſario obſcu-

ra, puta: prius morbum, ſignum Zodiaci, & animal: poſterius pariter ſtellam quoque ſignificet, aut verbum *edere* manducare, & in lucem emittere valeat, tamen ſi dicam: eruditus iſte Au-

ſcura manet, ſicut clare dicit Gottf. Leſſius in ſua Dogmatica. (ſeu Chriſtliche Religions Theorie Schaffhauſen an. 1781.) (2) *Dogmata* intellectum noſtrum excedunt, ut nequeant concipi, eo minus verbis perfecte exprimi, ex quo pronum eſt, in enunciationibus ea deſignantibus multiformem naſci obſcuritatem. Neque juvat dicere, hoc evenire tantum in verſionibus, non autem in fonte, nam ratio eadem pugnat immediate pro ipſo fonte, uti etiam ipſa cujusvis, fontis notitiam habentis, conſcientia evidentiſſime convincit. Deinde: ſi in verſionibus Scriptura quoad dogmata obſcura eſt, ergo obſcura eſt Hungaris, Germanis, Gallis, Italis &c. h. e. orbi toti; quod ſufficit, quia de eo quæritur, quod eſt in uſu communi apud nationes. Satis clara ſunt verba: *hoc eſt corpus meum*: quale? non figuratum, non ſymbolicum, ſed *quod pro vobis datur.*Luc. 22. 19. Sed ipſa Scriptura habet alibi, quo inquieta hominum ingenia præconcepto errori ſuo colorem inducunt veritatis, cum enim Joan. 6. 52. & 56. dixiſſet Chriſtus: *panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro Mundi vita, caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus:* multis iſta locutione turbatis v. 94. ſubjecit: *Spiritus eſt, qui vivificat: caro non prodeſt quidquam: verba, quæ ego locutus ſum, Spiritus, & vita ſunt.* (h. e. quoad modum, & effectum manducationis a cibo communi diſtinctus eſt iſte cibus, ordinatus ad vitæ ſpiritualis alimoniam, non ſub propria ſpecie more prophanæ carnis, cum diſſectione partium ſumendus, etſi quoad veritatem carnis omnino realiter.) Catholicorum ne, an aliorum, horumne, aut illorum ſenſus ſuper his verbis usque adeo clarus eſt, ut omni legenti ſe illico offrat? Rurſus dicit quidem Chriſtus ad ſtatuendam ſuam Divinitatem ſatis convincenter Joan. 10. 30. *Ego, & Pater unum ſumus*: ſed dicit etiam Joan. 14.

Author modo librum *edit*, in convivio *cancrum* comedimus, *cane* pro foribus latrante, ſignificatio vocum allatarum definitur, & conſtricta ſatis intelligitur.

Sed

---

14. 28. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia *Pater major me eſt*, ut cogitari poſſit priorem textum ad unitatem conſenſionis, conſilii, & voluntatis, ipſamque doctrinæ communionem referri. (3) *Morum regulæ* clarius propoſitæ fuiſſe videntur; ſed nec has ſua carere obſcuritate, & reſtrictionem, aut extenſionem ipſarum ex orali declaratione optime intelligi, inde palam fit, quia generale principium eſt, legem brevem eſſe oportere, paucis conceptam verbis, quo facilius ab imperitis, quales ſunt plerique, teneatur, *ut velut emiſſa Divinitus vox jubeat, non diſputet.* (Seneca epl. 94.) ex quo conſequitur, multa orali declarationi relinqui. e. gr. Univerſalis, & humano generi ſumme neceſſaria res eſt, viri, & mulieris conjunctio; dum itaque Gen. 1. 27. Deus *maſculum, & feminam creavit eos*, & arctiſſimo conjugii vinculo copulavit, v. 24. hanc legem ſtatuit: *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* (h. e. morali, & civili cenſu unus homo, tendens in unum finem ſocietas) Sed quot hic obſcuritates, & dubia? adhærebitne uxori præ parentibus etiam in extrema neceſſitate, ut uxoris potius, quam parentum vitæ opituletur? adhæræbitne ita, ut nec quidem quoad thorum, & menſam queat ſeparari? vel ut etiam quoad vinculum queat, dum illa perpetuo ſterilis, leproſa, aut ætatem morbida, vel amens fuerit? aut dubii pudoris effecta fidem fregerit? an ita erunt duo in carne una, ut præter ipſam etiam alias ſacro conjugii fœdere ſibi adſtringendi nulla unquam ratio ſit honeſta? ut nihil dicam de uxorum pluralitate apud ſanctiſſimos Patriarchas, poſt 4000. annos (pag. 357.) Chriſtus dimiſſionem uxoris in caſu adulterii probavit Matth. 5. 32. an dimiſſionem ſtricte talem, prout libello repudii concedebatur, quoad vinculum intel-

le-

Sed ut demus iſtud aliquando obtinere, ſæpiſſimè tamen aliter evenire, ſexcentis dum opus eſſet, docerem exemplis: alioquin ut quid authores de ſenſu textuum in diverſa feruntur, ſi

lexerit, vel (quod utique recte tenet Eccleſia, quia Chriſtus mœchari dicit eum, qui talem dimiſſam duxerit) tantum quoad thorum, & habitationem, adeo obſcurum cenſetur, ut nequidem vigore Trid. Canonis in certum dogma tranſiverit, verbis Canonis ita modificatis, ut *errare* Eccleſiam, dum ſic ſtatuit, citra anathema dici non poſſit; Græci porro, ex quo ſolvunt ejusmodi matrimonia, oppoſitam ſuæ praxi Eccleſiæ Romanæ doctrinam erroris non damnant. Nempe *error* manifeſtæ veritati opponitur, unde canon eos ſolum ferire cenſendus eſt, qui docerent, doctrinam Eccleſiæ Romanæ manifeſtæ veritati repugnare. &c. Hinc Joan. Dav. Michaëlis in Dogmat. ſua Tubing. 1785. aſſerit, & declarat, ex textibus Scripturæ pernicioſiſſimorum errorum centonem, ſive Catechismum conflari poſſe, (uti omnes conflant hæretici). E. gr. *Eſtne Chriſtus Deus?* ℟. Non, quia tantum eſt verbum Dei, quod fuit in initio, *In initio erat Verbum. Quodnam erat initium ejus?* ℟. *Initium* Evangelii Jeſu Chriſti &c. Marc. 1. 1. & ſequ. *Semperne manſit Chriſtus Filius Dei dilectus?* ℟. Non quia *Verbum caro factum eſt. Pro ſuisne vel alienis peccatis eſt mortuus?* ℟. Pro ſuis, quia ipſe dicit: *comprehenderunt me iniquitates meæ.* Pſ. 39. 13. *Debemusne verbis ejus obſequi?* ℟. Non, quia *ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini.* O immanem, & execrandam blaſphemiam pariter, & ſtultitiam hominum verbo Dei abutentium! Nos vidimus nec de ſenſu Angelicæ ſalutationis: *Ave gratia plena!* omnes examuſſim conſpirare, (pag. 599.) in oratione autem Dominica panem illum *epiuſion* ægre definiri. (pag. 391.) Explicamus & illa: *Adveniat regnum tuum*, quale, cum Deus ſemper regnet (*fiat voluntas tua*, (omnipotentis non poteſt non fieri voluntas) *& ne nos inducas in tentationem*, (ergone Deus aliquando inducit? cogitare poſſet quiſpiam e vulgo ru-

ſi contextus ambiguitatem omnem auferre potis eſt? quin imo non raro videas duos interpretes, rara eruditione, inſignique judicio præditos, eundem textum contrario ſenſu explicare, quorum uter-

rudior) *ſed libera nos a malo.* (corporis, vel animæ? neutro ne genere malum, vel malus ille h. e. Diabolus intelligitur? quod ſane in græco tanto minus clarum eſt.)

Symbolum Apoſtolorum, vulgo *Credo* communis, & vulgariſſima omnium Chriſtianorum fidei teſſera XII. articulis conſtat, quorum nullus adeo clarus, & determinatus eſt, ut ſimpliciores, & privati homines, ſibi relicti, erronee non poſſint intelligere. Art. I. poſſet intelligi de Patre, qui ſolus ſit Deus omnipotens, cæli, & terræ creator, non tantum per appropriationem quamdam, ſed reipſa, ita ut Filius, & Spiritus S. a Divinitate, & actu creationis excludantur; cum tamen opera ad extra communia ſint toti SSmæ. Triadi. Perverſa itaque intelligentia ipſam hanc fidei teſſeram, quæ ad confitendam unam, ac individuam trium Perſonarum Divinitatem ab Apoſtolis eſt tradita, everteret. Art. II. ſi intelligeretur de Filio adoptivo, etiamſi cum reſpectu ad naturam humanam, aut qui Dominus noſter ſit cum excluſione Patris, & Spiritûs S. naſceretur error fidei. Art. III. ſi quis crederet conceptum de ſubſtantia Spiritûs S. ut Spiritus S. ſit Pater ejus, vel, ut ante conceptionem nec fuerit. Art. IV. Si intelligeretur, ut paſſio ſit propria ſuppoſiti in natura Divina. Art. V. Quaſi etiam Divinitas deſcenderit ad pœnas inferni ſuſtinendas. Circa hunc articulum immane quantum a vero diſcedunt Helveticæ confeſſioni addicti, Hungaris ſufficit legere, quæ habet Petrus Pazmanus in ſuo Hodego, ſive Kalauz L. 5. a pag. 457. usque 518, edit. Poſon. 1623. ubi ordine articulorum oſtendit, Calvinum de hoc fidei compendio non rectam, ſed erroneam fidem ſibi effinxiſſe. Articulum *deſcendit ad Inferos* non credunt, nam quod ad Ephe IV. Chriſtus *in inferiora terræ* deſcendiſſe dicitur, ex Pſ. 139. 15. nonniſi deſcenſum in uterum virgineæ matris

uterque pro explicationis ſuæ fundamento contextum adducit; præterea applicata ad Hebræum textum ſe ipſam conficit iſta reſponſio vitio, quod petitio principii dici in ſcholis conſvevit;

tris ſignificari contendunt, illorum ad tuendum errorem non parum intereſt Pſ. 15. 10. Act. 2. 27. & 13. 35. in locum *animæ* (quia Hebr. *næphæſch* interdum ſic ſumitur) *cadaver*, in locum *inferni ſepulcrum* ſubſtituere; ajunt *deſcendit ad Inferos* nihil, niſi prioris explicativum, ac veluti Synonymum eſſe, nam ſepeliri, eſt deſcendere in infernum, h. e. in ſepulcrum recondi, Hebr. *ſchëol*, & Gr. *hadés* ita accipi, vel certe ſtatum mortuorum ſignificare; ſeparatim olim jam *ſepultus eſt*, jam *deſcendit ad Inferos* ſtetiſſe, quæ ſerius conjuncta fuerint, tamquam idem ſignificantia; verbo: nihil aliud verbis illis, alioquin tardius inſertis innui, quam Chriſtum usque ad mortuorum ſtatum reipſa humiliatum, triduo in eodem ſtatu permanſiſſe. Hæc non aſſerunt tantum, præterea inſultant Catholicæ ſententiæ, veluti deliræ, ac ridiculæ narrationi, quaſi ageretur de Hercule Inferorum clauſtra effringente. Bochartus in Diſſ. part. 2. Phaleg ſubnexa pag. 983. ex Rufino oſervat, hunc articulum nec Romanam, nec Græcam legiſſe Eccleſiam, annis 400. neque ullam ſynodum ante IV. Toletanam ejus meminiſſe, quæ anno 624. coacta aſſerit Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, ut inde Patres erueret. Sed nempe aliud dicit Auguſtinus epl. 99. ad Evodium, *credi ab univerſa Eccleſia Chriſtum ad inferos deſcendiſſe. Illuc deſcendit* (inquit Hieronymus) *ut electos ſuos exinde ejiceret, & Diabolum ligaret.*

Art. VI. *ſedet* h. e. cum autoritate regnat, ſi proprie de dextera intelligeretur, aut ſedere ſemper, cum Act. 7. 55. Stephanus ſtantem viderit, & virgines huc, illuc euntem ſequantur Apoc. 14. 4. Art. VII. An Pater, & Spir. S. a judicio excludendi? *vivos*, an ergo non omnes morituri? an ante mortem ſuam aliqui judicandi? Art. VIII. & ſeqq. Eccleſia ſolis ne conſtat *Sanctis*, & prædeſtinatis? &c. quæ hæc

negatur enim exiſtere contextum, nondum conſtitutis vocalibus, qui talis demum futurus eſt, qualis vocalium affectione formabitur. Suboluit iſtud Auguſto Pfeiffer in Critica S. edit. Dres-

Sanctorum communio? An *vitam æternam* etiam impiorum? aut ſolorum piorum animæ vivent in æternum?

Ergo rudibus omnia, ipſa adeo fidei vulgariſſima formularia ſunt obſcura, rudibus, quales in rebus religionis ſaltem ante inſtitutionem longioris temporis, quæ non multis ſolet obtingere, pleroſque, etſi in rebus ſeculi acutiores, ſi examini accurato ſubjicias, certo deprehendes. Quanto ergo magis obſcuræ ſunt communi hominum ſtatui Scripturæ S.? ut adeo ad vitandum fidei periculum Eccleſiæ magiſterio, & vivæ vocis oraculo omnes indigeant. Diſcite mortales, quotquot Chriſtum recepiſtis, Eccleſiam audire, hanc enim qui non audierit, non ſicut Chriſtianus, ſed ex lege Chriſti ſicut ethnicus, & publicanus eſt habendus: diſcite non ſoli ſapere, ſed Eccleſiæ, & quidem Catholicæ ſubeſſe judicio, quia non alia, ſed hæc ſola eſt magiſtra veritatis a Chriſto conſtituta, adverſus quam portæ inferi non prævalebunt Matth. 16. 18.

Æquum poſtulo: Heterodoxi dogma unum, in quo ſtatuendo a Catholica Eccleſia diſceſſerunt, proferant, quod in corpore Biblico clare contineatur. An in Bibliis clare continetur (1) Traditiones non eſſe recipiendas? contrarium a Paulo 2. Theſ. 2. præcipi, efficaci ratione probant Catholici, quoniam lector evidenter cognoſcit, in duabus illis epiſtolis Paulum Theſſalonicenſibus non omnia dogmata propoſuiſſe, ut plura alia ſermone ſolo tradidiſſe cenſeatur. An clare in Bibliis continetur, (2) nullum in Eccleſia conſtitutum caput viſibile, (pag. 619.) nec Epiſcopos poſitos eſſe regere Eccleſiam Dei, (Act. 20.) nec dari liberum arbitrium, nec bona opera ad ſalutem requiri? e contra mandata Dei eſſe impoſſibilia, hominem *ſola* fide juſtificari, ut neque pœnitentia, & qui hanc comitantur, actus, aut ſatisfactio,

Dreſdæ, & Lipſ. an. 1721. pag. 73. dicenti „neque ſatis pio homini facit exceptiuncula, de ſenſu ex connexione antecedentium, & conſequentium demonſtrabili; nam ubi ex ſynapheia ſenſus in-

 ve-

ctio, requirantur? cujus oppoſitum graviſſimis verbis Jacobus C. 2. inculcat: *ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantum.* Et ſic porro de aliis.

Ex adverſo profitentur, parvulos eſſe baptizandos, recte quidem: ſed, cum Scriptura neceſſitati recipiendi baptiſmi inſtitutionis neceſſitatem præmittat, (Matth. 28. 19.) ex quo Scripturæ loco probabunt clare, baptiſmo ante ipſam recipiendæ inſtitutionis capacitatem initiandos? Rurſus: perpetuam Dei matris virginitatem, quam credunt, contra Helvidianos unde demonſtrabunt? Non me fugit, quantum demutaverint, qui baptiſmum jam pro puro, putoque habent præcepto, nec agnoſcunt neceſſarium eſſe neceſſitate medii ad ſalutem, dum parvulis ſine baptiſmo decedentibus liberaliter cœlum promittunt. Feror extra terminos! tamen antequam deſiſtam, liceat hoc unum addere! hominis heterodoxi, rem pro gravitate ſua penſantis, veritatis, & æternæ ſuæ ſalutis ſincere ſtudioſi animus non poteſt non pulſari, & ſaltem fundata dubietate percelli de falſitate profeſſionis ſuæ, prout ea Catholicæ Eccleſiæ in his, & aliis maximi momenti quæſtionibus opponitur, dum eam fundamento usque adeo incerto, debili, lubrico, imo ſatis aperte falſo inniti videt.

Eo tandem multi heterodoxorum pervenerunt, ut obſcuritatem Scripturis, non tantum aliis de cauſis *agnatam*, ſed etiam *ex Divina intentione inſperſam* agnoſcant. Jacobus Rambachius, illuſtris, ſiquis, inter Proteſtantes rerum Hermeneuticarum explanator, Deum etiam locis dogmaticis aliquam obſcuritatem admiſcuiſſe dicit Inſt. Herm. Sac. L. 1. C. 2. §. 13. & *ſolam Scripturæ S. obſcuritatem totalem, ita, ut omnia Cimmeriis tenebris involuta ſint, inficiatur.* Jo. Chriſtoph. Doederlein aſſerit, lectionem Scripturæ tantum ſub ductu, & vigilantia Paſtorum olim, nec omnibus in genere permiſſam fuiſſe, ſed Præpoſi-

veſtigari debet, opus eſt, ut de ſenſu antecedentium, & conſequentium prius certo conſtet, alias obſcurum declarandum eſſet per æquè obſcurum; ubi vero nulla in univerſo textu vox pun-

ſitorum Eccleſiæ arbitrio, ac prudentia pro ratione circumſtantiarum temperatam, (vide Inſtit. Hiſtor. Literariæ L. III. pag. 243. Rmi. D. Franc. Krammer) immo Semlerus Biblia legendi privatis raro ſeu occaſionem, ſeu facultatem (Erlaubniſs) fuiſſe ſciſcit, (utique falſo) addit mox ea, quæ inutilem eorum, apud vulgus præſertim, uſum ſatis plene oſtendant. Heu ſi vulgus ſciret, ſuos ita a Majoribus ſuis in extremum deſciviſſe magiſtros!

Collegio Paſtorum Eccleſiæ, jus interpretandi, & in iis, quæ fidei, ac morum doctrinam reſpiciunt, Spiritûs S. aſſiſtentiam competere Catholici ſtatuunt. Nimium iſtud eſſe clamant heterodoxi. Sed mox jus, quod a corpore collegii Eccleſiaſtici avellunt, in privatum quemlibet transferunt, & Spiritus S. aſſiſtentiam ſutoribus, & ſartoribus largiuntur. *Normativam* (ut vocant) *authoritatem ſolis fontibus tribuunt:* inventum litibus componendis medium, ſed quod reipſa eſt iisdem augendis, & ſine fine multiplicandis accomodatiſſimum. Ergo omnes ii, qui Hebraice, & Græce non ſciunt, Verbo Dei normativæ authoritatis deſtituuntur. Ergo fidei, morumque promptuarium ſolis Hebræis, & Græcis relinquitur, lectio verſionum populo commendatur, cujus fides ſola ad fontes comparatione ſtare decernitur, comparationem hanc quis, & qua certitudine conſtitnet? Hermeneuticas h. e. regulas artis, Scripturæ obſcuros textus vero ſenſu exponendi, ſine numero, & menſura multiplicant, juxta quas, ſi fiat applicatio, e. gr. textus: *hoc eſt corpus meum* Mat. 26. 28. Luc. 22. 19. Lutherano reale, Calviniſtis ſymbolicum corpus videbitur, & ſic porrò de aliis. Fundamentales articulos memorant; quis illos definiet? ajunt enim, quod uni eſt fundamentale, alteri poſſe apparere etiam falſum, locum uni clarum, alteri eſſe obſcurum, neminem itaque cogendum, ſed ſibi permittendum, ut ſentiat quis-

punctata eſt, nonne omnes æquè ſunt ambiguæ? „Si dixeris vidi cancrum ſerpentem, & Petrum aliquid edentem, canem ſiti areſcentem, non alter certo cognoſcet, an morbum, an animal, aut

 ſtel-

quisque prout vult, externe tamen propter meliorem ordinem adſtringendum eſſe populum libris ſymbolicis; Hnc devenitur: Non audienda Eccleſia antiqua, non moderna Catholica, ſed nec ulla alia: quis ergo audiendus? Spiritus privatus, id eſt: ſine ambagibus loquendo: placitum proprium, ego ipſe. Jo. David Heilmann in compendio Theologiæ ſuæ Dogm. edit. III. Goetting. 1780. ubi dixiſſet, in tot verſionibus apud diverſiſſimas nationes citra miraculum obſcuras naturaliter evaſiſſe Scripturas, ipſas ſtricte judices non eſſe, veritatem autem continere, quam *ratio inſpicit, ſic verum determinatur*, ſubjicit: *claſſica loca demum ſuo quisque videre debet ingenio.* An onus hoc rudibus ſupportabile? quanto ſvavius, tutius, & compendioſius erat, autoritatem ſequi, & magiſterium Eccleſiæ a Chriſto tam impenſe commendatum!

Tandem inventum eſt certum principium (ſed cui adplicando populus Chriſtianus non minus eſt ineptus, quam ego aciei militari inſtruendæ) *Analogia fidei* ad Rom. 12. 6. h. e. obſcura loca eo ſenſu exponenda ſunt, ut ſummæ credendorum non repugnent: utique recte, & ſancte: ſed quis ſummam illam conficiet? quis jam conſtitutam certam eſſe convincet, dum alterius antiquiſſimæ Rom. Catholicæ Eccleſiæ contrariam videt? hos articulos ad ſummam credendorum ſpectare urget Lutheranus, negabit Socinianus: qua ſecuritate definient his determinate articulis ſummam illam conflari, alios vero ab ea excludi debere? verbo: Non eſt locus *analogiæ fidei* extra unitatem Eccleſiæ Catholicæ, quæ ſola Traditionem, & legitimorum paſtorum inſtitutionem, ac Spiritus S. aſſiſtentiam & conſecuta eſt, & profitetur. Apud heterodoxos enim *hanc* ſibi quisque facit, prout vult, nam eſt *ſumma doctrinæ e Scripturæ locis, quæ plana, apertaque privatus interpres judicet, collecta:* Apud Catho-

ſtellam, an hominem manducantem, vel opus aliquod producentem, conſpexeris. De hac inevitabili ex abſentia punctorum etiam intra con-tex-

tholicos eſt *ſumma doctrinæ e ſcripturæ locis per legitimos interpretes explicatis*, *atque e legitimorum Doctorum prædicatione ſumpta*. Seu: Quidquid per univerſam Eccleſiam fidelibus hucdum ad credendum propoſitum eſt, & non aliud, ſummam illam conſtituit, cui textus obſcuri ſensûs adverſari nequit, quia verum vero nunquam eſt contrarium. Analogiam fidei ſi ita intelligas, ſecurus regulam conſtitues.

Ceterum ſi veritas hæc: *Scripturæ textus explicandi ſunt ad analogiam fidei* ex Scriptura deberet oſtendi, ex verſu VI. C. XII. epl. ad Rom. *efficacitur* me judice nunquam oſtenderetur; ſpeciali Diſſert. Exeget. ſub Laurent. Moshemio an. 1732. §. 11. demonſtratur voces illas hoc ſenſu intelligendas: *ſecundum proportionem*, *rationem*, *& menſuram immediate a Deo accepti*, *traditi*, *& concrediti doni*, *commiſſæque cognitionis*, *& ſapientiæ*, *ad ſuam*, *& aliorum fidem augendam*, *confirmandamque Divinitus inſpiratæ*. In notis porro ſubjicitur, regulam hanc de facienda juxta analogiam fidei interpretatione potius ex ſana ratione, & aliis argumentis, quam ex his Pauli verbis adſtrui debere; ubi adduxiſſet autor Grotium, Clericum, Bezam, Pfaffium, addit: *regulam Hermeneuticam ſalvam eſſe volumus*, *verum in hiſce Pauli verbis eam contineri negamus*. Productis locis e 70. virali verſione, & variis Pauli Apoſtoli textibus ſvadetur *piſtin* h. e. *fidem* ibi deſignare *concreditam doctrinam*, acceptam nempe prædicatione, non collatione locorum parallelorum comparatam &c. E recentioribus conſentit Michaëlis. Vide. Rm. D. Fran. Krammer Inſt. Hiſt. Liter. L. III. pag. 248. 374. quem jam pro meritis I. Coll. Eccleſiæ Poſon. Canonicum, ejusdem L. R. Cittis. Parochum, & S. Sapientiæ de Titel Præpoſitum, Profeſſorem in Hiſtoria Eccl. me habuiſſe, fortunæ, & honori mihi tribuo, virum zelo fidei orthodoxæ, gravitate judicii, & ſalubritate ſententiarum conſpicuum.

textum obſcuritate, & incertitudine non opus eſt textus adferre e longinquo petitos, & vulgari cognitioni ſubductos. *In principio creavit Deus cœlum, & terram:* legi poteſt: in principio creare Deum, ſeu: in principio creationis cæli, & terræ, terra erat inanis, & vacua. Ita Emmanuel Sa, & Grotius: (pag 361.) *melius: in principio creare Deum.* Pſ. 1. 6. *novit*, (approbat) notitiâ approbationis *Dominus viam* (vitæ inſtitutum) *juſtorum*, & *iter impiorum peribit*, *thobhed* forte ſonantius: theabbed, *perdet* eos, eſt enim hæc via ducens in interitum Matth. 7. 13. Pſ. 2. 9. reges eos in virga ferrea, *thiryem*, alii, quia additur: & tamquam vas figuli confringes eos, *theroyem: conteres eos*, legunt. Pſ. 9. 7. periit memoria eorum *cum ſonitu* yim, aut be homah, vel *homæh ſonans*, hodie punctatur hemah, *ipſi*, & omnis memoria ipſorum. Placet hîc Schultenſius (pag. 114.) ex Arabiſmo to: *ipſi* pleonaſticè ſuperadditum illuſtrans; quia vero vocis *memoria* nunc memini, Hebræis *zæchær*, ſcribitur, de qua Hieronymus in C. 26. Iſ. 14 „ Nec nos terrere debet, quod 70. maſculum, & ceteri interpretes memoriam tranſtulerint, cum iisdem tribus literis *zcr* utrumque ſcribatur apud Hebræos, & hac verbi *ambiguitate* deceptum arbitrantur Judæi Saulem, cum pugnavit contra Amalecitas. Tradunt, Judæi, cum Deut. 25. 19. præceptum ſit, delebis *zcr* Amalech: a Joabo occiſum fuiſſe magiſtrum ſuum, eo quod docuerit legendum eſſe, delebis *zachar: marem*, maſculum omnem, cum David dixerit, legendum *zæchær* memoriam. Exod. 17. 14. 1. Reg. 15. 3. ſolis maribus ſub-

 la-

latis non omnis aufertur memoria gentis, an igitur & mulieres e medio tollendæ?

1 Cor. 15 54. abſorpta eſt mors in victoria, ubi aut Iſa, 25. 8us verſus laudatur, ſed punctis aliis, non *billay* abſorpſit, ſed *büllay* abſorpta eſt, devorata eſt mors, cum perfecto ſuperata triumpho, ſeu *in æternum*, ut nunquam amplius in nos dominetur: aut potius ad Oſeæ 13. 14. alludit Apoſtolus. *Ero mors tua o mors! morſus tuus* (conficiens te, & perdens) *o inferne!* Chriſtus morte ſua mortem mori, ne nobis amplius dominetur, fecit, ne morſus, aut pungens ejus ſtimulus, ultra nobis foret exitio: 70, quos Paulus ſequitur, *ajje ubi?* literæ transpoſitione legerunt, utraque lectio Canonica, vera, & in idem reducibilis; poſtquam enim impletum eſt in Chriſto: *ero mors tua o mors:* jam dicimus gaudentes in Salvatore, *ubi eſt mors victoria tua?* interrogatione negationem involvente: evanuit, tu ipſa quoque abſorpta es, & victa. *Diké* judicio, & cauſâ inferior diſcedas. Aquila, & quinta editio: *ubi ſermones tui?* (quibus humano generi inſultaſti) *dabhar* non *dæbhær* legerunt: quia vero hanc voculam in Exemplum ambiguitatis primo loco (pag. 646.) poſui, en verba Hieronymi in Jer. 9. 22. h. e. Caput 9. v, 21. ubi lego in vulgata Judæos morte crudeli afficiendos, *quia aſcendit mors per feneſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdens parvulos de foris, juvenes de plateis.* Hic Vulgata ponit punctum, ac inchoans verſum 22um effert: *loquere* (ſeu vaticinare!) hæc dicit Dominus: *& cadet morticinum hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis.* „Verbum Hebraicum, quod tribus literis ſcribitur, *dbr*, (vocales enim

in

in medio non habent, ſed pro conſequentia, & legentis arbitrio legunt) ſi legatur *dabar* ſermonem ſignificat, ſi *deber* mortem, ſi *daber* loquere: unde 70. & Theodotion junxerunt idem capitulo præterito (verſiculo) ut dicerent: *diſperdens parvulos de foris, juvenes de plateis morte.* Aquila vero, & Symmachus transtulerunt: *laléſon: loquere.*„ Nos pariter in completorio recitamus: *& a verbo aſpero* ex 70. a negotio perambulante in tenebris (non timebis) ubique *dbr*, 70, contenti erant dicere, a re, negotio exitiali, quod occultè, & in tenebris vadit, nocetque; explicatius punctatur hodie: a peſte exitioſa, a peſte in ambulante in tenebris. (pag. 408.)

Deut. 5. 18. Hebr. Exod. 20. 14. in Decalogo: non concupiſces uxorem proximi tui. *Lo thachhmod: lo thachhmed* legi oportere ille beniguiorum ſententiarum notiſſimus Patronus Caramuel, OO, linguarum notitiâ præditus, urget, *lo thachhmed æſchæth reyæcha*: non facies concupiſcere, non induces in peccatum, non ſcandalizabis: ut præcepto nono, per *hiphil* explicato, externa in uxorem alterius peccata, decimo, ubi Deut. 6. 18. *thithavvæh* h. e. *concupiſces*, ponitur, interna cogitationis, & voluntatis peccata, quæ magis ſunt univerſalia, vetari intelligantur.

Egregie ſe adverſus Catholicos cauſam ſuam acturos primi Proteſtantes judicarunt, ſi adferrent illud Deut. 4. 2. *non addetis ad verbum*, (h. e. ex Hebr. contra verbum, aliquid verbo huic contrarium) *quod vobis loquor*, Hebr. *præcipio*, *nec auferetis ab eo.* Qua quidem Dei ſententia Traditiones N. Ti impugnare, erat

 ex-

extra oleas evagari, neque enim Catholicis in mentem venit unquam, Divinæ Traditionis nomine aliquid venditare, quod aut non præceperit, aut non ſit locutus Dominus; dicimus enim, non omnia, quæ Chriſtus, & Apoſtoli ejus credi, aut fieri in Eccleſia oportere docuerunt, eſſe in Scripturam relata, cum Chriſtus quidem quod ad univerſam ſpectaret Eccesiam (pag. 143. l. 15.) nihil, Apoſtoli vero nonnulli quæpiam, ſed tantum ex accidenti, & pro re nata ſub directione S. Spiritus ſcripſerint, quibus nulla ſcribendi, graviſſima autem impoſita eſt provincia prædicandi. Sed ne & nos ultra metas feramur, ad propoſitum redeamus!

Senſus ante allatus Hebraice legitur: *lo thoſiphu yal haddabhar, aſchær anochi metzavvæh æthchæm, velo thigreyu mimmænnu*, h. e. non addetis ſuper hoc verbum, quod ego jubens, (ſum vos facere) & non tolletis (quidquam) ab eo. Illud *thoſiphu* mutatis punctis legi poterit *thaſuphu*: cum vero in R. cenſura Budenſi nata de compendio ſermonis obſcuritas mihi expoſita fuerit, & commendata clarior evolutio, ſciendum, duo eſſe verba Hebraica *jaſaph* unum, quod ſignificat *addidit*, unde nomen *Joſeph* h. e. addens, quia hoc filio nato Rachel Gen. 30. 24. dixit: addat mihi Dominus filium alterum, loco *addat* Hebraice eſt, *Joſeph* h. e. ſit addens: *lo* eſt particula negativa *non*, itaque *lo thoſiphu* valet *non addetis*. Alterum verbum eſt *ſuph*, quod ſignificat ceſſare, finire, deſinere, unde quod in linguis noſtris eſt *pauſa* Hebr. eſt *ſoph* e. gr. *ſoph paſuk* eſt finis, ceſſatio verſûs. Sed ſi ab hoc verbo fiat futurum aliter punctabitur, (ut gnari linguæ non ignorant,

rant,

rant, aliis verò etiam poſt longiorem explicationem perinde manebit obſcurum) nempe *thaſuphu*, atque ita *lo thaſuphu* valebit: non ceſſabitis, non diſinetis ſuper verbo, quod vobis loquor, (ſed nempe quædam ſuperaddere poteritis etiam alia, quæ non loquor) accedit augendæ ambiguitati, verba *pe jod*, & *yain vav* interdum etiam ſignificationem alternis permutare. Verbo autem ſequenti *garay* in Lexicis 5. ſignificata tribuuntur, ſpec. præter abſtulit, diminuit, etiam *vilipendit*, *contempſit*, ſaltem apud Rabbinos, unde cervicoſus aliquis urgere poſſet, vertendum eſſe: *nec quidquam contemnetis*, vel vilipendetis *ex eo* nimirum, quod eis, quæ locutus ſum, ſuperaddidiſtis; atque hac ratione ſenſus prodiret omnino contrarius, quaſi Deus juſſiſſet populum in iis, quæ locutus eſt, non conquieſcere, ſed multa alia præterea ſuperaddere, quorum nihil tamen ſit vilipendendum. Significatio iſta *non ceſſabitis* confirmari poſſet textu verbaliter parallelo Num. 11. 25. Viri 70. ſeniores Iſraël a Moyſe in partem ſolicitudinis vocati, poſtquam de Moyſis Spiritu Divina largitate participaverunt, *prophetarunt*, in Hebræo ſequitur totidem literis *lo jaſephu: & non addiderunt*, ſi ſic punctari debet: vel *jaſuphu*, ſi prior punctatio vitioſa; an igitur prima die prophetaverunt, & deinceps *non addiderunt* prophetare h. e. ceſſarunt: ita certe 70. verterunt *kæ uk eti proſethento*, & non amplius addiderunt prophetare. Aſt Vulgatus noſter vertit ex punctatione *lo jaſuphu: nec ultra ceſſaverunt*, ſed porro quoque ſuas continuarunt prophetias. Si hic ita ſapientes colliduntur, ut quid textus Deut. 4. 2. ad evertendam traditionem

con-

convertitur? ſed ad locum Cit. Num. 11. 25. addamus verba Calmeti! „duobus plane contrariis ſenſibus redditur Hebræus, primus eſt, quem verbis Vulgatæ expreſſimus, aſſertoresque habet Paraphaſtas Chaldæos, Gemaram Babylonicam, pluresque e Scriptoribus commentariorum. Alter vero ſenſus adſtruitur fide 70. Syriaci, Rabbinorum, ac plerorumque e recentioribus Scriptoribus commentariorum.„

Diſputatio eſt hucdum indeciſa, an Gen. 49. 6. Simeon, & Levi murum urbis Sichem, ſive mœnia ſuffoderint, ut Vulgata, Chaldæus, Arabs, Syrus vertunt, aut potius taurum, ſeu bovem, ut multi cum 70. cenſent, ſubnervaverint, (verbum ſpeciale Lat. nervos ſuccidere, ut uſibus noſtris reddantur inepti Joſue. 11. 9.) quia ſi legatur *ſchor* bovem, ſi *ſchur* murum valet, nec contextus quidquam determinat, (*n*) quod felicius præſtat v. 22. ubi *muro* certa circumſtantia ſuffragatur: *filiæ* Ægyptiorum, ut formoſum juvenem Joſephum viderent, diſcurrerunt ſuper murum h. e. mœnia civitatis. Verſ. 6. Sichemitas occiderunt, & boves eorum enervarunt, vel ſuffoderunt muros; aliqui per bovem ip-

(*n*) Hinc a *ſchur* murus, ſtrues ordinata lapidum, quia Arabes ſchin, & ſcin contrario, & permutato ſono efferre amant, *ſcura* Arabice linea, ſtruesve una lapidum in muro, & in genere ſeries; ordo, prorſus, ut Hung. *ſor*, & ideo *ſura*, ſeu cum articulo aſſura, juxta literatos ſuraton, vel aſſurato, vulgo corrupte *azoara*, vocatur unum caput, vel una quævis ſectio Corani; Hebræis ſcurah, vel meſcurah eſt menſura; Chaldæi ex ſchin faciunt thav, & ita loco *ſchor* dicunt *thor*. Syr. thaur, hinc Latinum, & Græcum taurus, ut & multa alia.

ipſum Joſephum intelligunt, nam in vexillo tribûs Ephraim inſigne tauri fulgebat, & ob agriculturæ uſum ſub Apis ſymbolo Joſeph latebat in Ægypto. Gen. 49. 11. certum non eſt, an Judas ligaturus prædicatur ad vitem *yajiro* h. e. *pullum ſuum*, h. e. pecorum fœcunditatem, & vinearum copiam in tribu ſua experturus; Allegor. Chriſtus diſcipulos ſuos ſibi alligans, vel juxta Calmet. ſe cruci velut palo palmitem. Aut *civitatem ſuam* Hebr. *yiroh* ad vineam, ut habet textus Samaritanus (pag. 311.) ſic namque vini, & rei pecuariæ par creditur notari abundantia juxta lectionem noſtram, vini ſolius, civibus tribûs iſtius affutura, juxta Samar. V. 21. loco Nephtali *cervus emiſſus* dans eloquia pulcritudinis, non *äjalah*, ſed *ëlah*, non cervus, ſed quercus, terebinthus patulos emittens ramos verti debet juxta 70. & pleroſque recentiores (pag. 619.) In tribus apud Jeremiam locis C. 25. 38. & 46. 16. demumque 50. 16. ira, facies, gladiusve columbæ memoratur, per quam terra facta ſit in deſolationem, & a qua ſit fugiendum. Quid hoc? tantumne imbellis, & ſimplex columba potuit? non igitur (inquiunt) *jonah* h. e. columbæ, ſed *jonæh* h. e. tyranni, & oppreſſoris gladius legi debet, ut Lutherus hodiernis punctis nuncium remittens vertit: *für den zorn des tyrannen.* Reponunt alii *columbam* hic non eſſe dimittendam, poſtquam ex Cteſia, Diodoro Siculo L. 2. Luciano in Dea Syria, & Rabbinis, conſtat vulgi ſermone percrebuiſſe, Semiramidem (*zemir* avium cantum, *ſchemi ram, nomen meum excelſum eſt*, Hebr. ſignificat) in columbam a morte ſua fuiſſe converſam, ad perpetuandam Heroinæ iſtius gloriam Aſſyrios, ſeu Chaldæos,

&

& Babylonios in vexillis ſuis columbæ effigiem pro inſignibus prætuliſſe; columba enim ex hoc facto exercitum deſignat Aſſyriorum.

Non præteribo tacitus, quod communi ſuffragatione pro vero ſumi ſolet, & poſt Eliam Levitam (natum an. 1469. mortuum 1549. Rabb. Germanum Neoſtadienſem, ſed qui in Italia Paduæ, Venetiis, Romæ, Hebraicam linguam illuſtres viros docuit, & compluribus editis utilibus libris inclaruit) a plerisque traditur, fuiſſe antiquis ſeculis decurſu temporis longiſſimi (*chol haththorah hi che paſuk æchhad* h. e.) legem totam veluti unicum verſum, ſine relictis ſententiæ a ſententia, vocis a voce diſcriminandæ, ſpatiis, absque omnibus notis diacriticis deſcriptam; e. gr. loco: In principio creavit Deus cælum, & terram: inprincipiocreavitdeuscælumetteram: decumana in immenſum augebitur difficultas, & data vocales, ut libuerit, ſubjiciendi poteſtate, naſcentur ſenſus a receptis, & approbatis toto cælo diverſi, de quibus hactenus nullus mortalium vel eminus cogitaverat. Prima, & vulgatiſſima Pſalteri verba: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit:* Hebr. Aſchre ha iſch, aſchær lo halach bayatzath reſchayim, ubhdæræch chhattaim lo yamad, ubhmoſchabh letzim lo jaſchabh: voculam *chi* h. e. *ſed* ex immediate ſequenti verſu priori jungendo, nulla facta literarum transpoſitione, aut mutatione, modo verum ſit, verba continua ſerie, nulla vocum ſeparatione, absque vocalibus primitus ſcripta fuiſſe, licereque prout quis rectum, ac conveniens judicaverit, literas jungere, & interpunctiones ponere, ſenſus

ſus dabitur: *canam Deum hominem* (Chriſtum) *qui paſſus eſt* (prophetice, ut alias in Pſalmis loco patietur) *pro te in ligno, pauper fortitudo facta eſt, & pro generatione tua expiavit, conſecravit ſtaturam ſuam* (hypoſtaſin, ſubſtantiam, corpus) *in conſeſſum illudentium* (deriſorum) *pro viro fietûs* (h. e. pro unoquoque ex viris dolorum, pro omni individuo humano, pro homine damnato) Hebr. *Aſchir jah iſch, aſchær laäh lecha bayetz, tharoſch yajam, ubhdorecha chhittä, jemalle yamudo bemoſchabh letzim le iſch bæchi.*

Non itaque cum umbris, larvisque pugnamus, dum hanc Hebrææ lectionis ſine punctis incertitudinem ſtatuimus, ut Proteſtantes tandem omnes practice agnoſcant Traditionis in uſu Scripturarum ſummam, & inevitabilem neceſſitatem. Videmus, & ex coacervatis tot exemplis apertiſſime videmus, realem eſſe punctorum, a quibus totus dependet ſenſus, in veritates, in omnes ſententias Bibliis contentas, influxum. Finit Daniel Huetius hac interpretatione, finiam & ego; ita ille Demonſt. Evang. Prop. IX. in fine Cap. 127. edit. Neapol. 1730. pag. 634. loquitur. „Claudam hoc caput in obſervatione quadam, quæ etſi tota Grammatica eſt, mihi tamen ſumma videtur admiratione digna. Pſalmi primi (initialibus) verbis ſi aliam adhibueris diſtinctionem, & ita interpunxeris - - - horum iſta erit ſignificatio: canam Deum hominem, qui afflictus eſt pro te in cruce; illud *thav*, quod clauſulam terminat, ipſam continet figuram crucis.„

Cauſ-

Cauſſa ſecunda

Similitudo Literarum: namque ex viginti duabus literis, quibus univerſa Biblia conſcripta ſunt, ſi inter ſe compararentur, facile octo, & decem ſibi quoad figuram, & ductum admodum ſimiles, & exiguo apice ſolum inter ſe differentes deprehenduntur. Ita *Beth* habet cum *Chaph*, *Gimel* cum *Nun*, *Daleth* cum *Reſch*, *He* cum *Cheth*, & *Thav; Vav* cum *Zain*, & rurſum *Zain* cum *Nun* finali; *Tet* cum *Mem* mediano, *Samech* cum *Mem* finali convenientiam, & ſimilitudinem; atque ſic porro.

Characteres iſti ſeu illi ipſi ſint, quibus Moyſes, & Prophetæ uſi fuerunt (o) ſeu, quod multo veriſimilius eſt, & poſt Origenem, ac Hieronymum a plerisque hodie docetur: poſtquam populus in civilibus negotiis Chaldæorum literis aſſvevit, ex Alphabeto Hebraico in Biblia ſint illati, odio etiam Samaritanorum non parum conferente, ut nulla in poſterum vel literarum Alphabeti communio intercederet: illud liquet, jam ipſum Esdram, dum Biblia, ad meliores codices emendando, a compluribus mendis illapſis repurgavit, editionem, qua omnes omnes deinceps uſi ſunt, his caracteribus adornaſſe, & propo-

(o) Calmetus Diſſ. Libro Esdræ præf. & Diſſert. edit. Vienn. 1755. Tom. IV. rationes utrinque more ſuo proponit, *adverſus mutationem* gentis conſtantiam in retinendis, quæ a Moyſe accepiſſe ſe credit, etiam hodie tot inter ærumnas usque ad ſuperſtitionem conſpicuam, & vetuſtiſſimorum Rabbinorum, uti ſancti illius Juda paternarum Traditionum primi ſec. II. collectoris, *pro mutatione* autem, quam diſerte aſſerit, & docet, adducit, literas Samaritanorum hodiernas (exhibet Tom. III. pag. æri inciſas, & Joſ. Maria

poſuiſſe, anno ante Chr. circiter 450° ſecutam poſt 170. annos 70. viralem (ſect. II.) verſionem, adeoque Alexandrinos verſores adhibuiſſe Biblia Chaldaicis hiſce, ſeu quadratis, characteribus, quibus hodie Hebræus codex imprimitur, conſcripta. Ad Chriſti, & quod hinc conſequitur, etiam noſtra usque tempora eosdem characteres perſeveraſſe; nam Matth. 5. nequidem *Jota unum*, aut apicem præteriturum Salvator aſſeverat, donec omnia fiant: quo patet, ævo illo *Jod*, ut eſt hodie, minimam fuiſſe literarum, quod in Samaritanorum Alphabeto locum non habet, cum

Uu *Jod*

ria Pulci-Doria Neapoli 1785. Antiq. Hebr. Tom. II. pag. 145. Bochartus Geograph. L. 1. C. 21. pag. 451.) Phœnicibus, & Paleſtinis ante tempora Joſue fuiſſe communes, Moyſen dubio procul his uſum eſſe, veluti apud gentem ſuam tum uſitatis, Samaritanos nunquam mutaſſe, Judæos e contra tam facile variaſſe, ut apud nos Gothicis literis nitidior forma hodierna, & Gallico ætatis Caroli V. obſoleto ſermoni recentior ſucceſſit. P. Tirſch Diſſ. 1760. pro antiquitate hodiernorum characterum variis argumentis pugnat, & Jacob. Rhenferdius Diſſert. pag. 225. ex eo potiſſimum evincere contendit, quia hæc nomina literarum *Aleph*, *Beth*, *gimel* &c. ante Cadmum, ſeu ante ætatem Joſue certo obtinebant, atqui cum hac figura ſua hodierna ſignificant rem naturalem ſuæ figuræ, e. gr. *beth* domum planam Orientalium, *gimel* tortuoſum, gibboque inſignem camelum, *daleth* valvam, ſeu portam, *Caph* volam, ſeu curvaturam manus, *vav* clavum, vel uncum incurvum. Argumento huic, quippe e figura rerum talibus vocibus appellatarum deſumpto, ſuum ineſt pondus; ſed quia hæc appellatio multum incerta eſt, nec ad omnes XXII. literas accomodari poteſt, antiqui autem Origenes, Hieronymus, atque ipſi quoque Judæorum Doctores non pauci characterum novitatem agnoſcunt, iis videtur eſſe conſentiendum.

Jod Samaritanorum non minima, ſed tripes cum proboſcide litera ſit.

Hac conſtituta literarum ſimilitudine, ſive exemplaria deſcribenda, & multiplicanda, ſive verſiones fuerint parandæ, etſi operi præfectos ponas viros perſpicaciſſimos, maxime gnaros, & attentiſſimos (quod tamen manifeſtum eſt, haud obtinuiſſe) citra miraculum, cujus fingendi nulla eſt ratio, fieri omnino non potuit, ut ſaltem quandoque non erraverint: ad eum porro modum, quo verſores fallente oculo literam pro alia ſimillima acceperunt, vel ii, qui fortaſſe aliis deſcribendos codices dictaverunt, *(p)* etiam deſcriptores errare, ac decipi potuêre.

(*p*) Sine cauſa accuratiſſimam Hebræorum in deſcribendis exemplaribus induſtriam ſibi quidam imaginantur, nam etiam illis contigit, quod Majoribus noſtris, qui hoc negotium juvenibus monachis plerumque commiſerunt, ad laborem ferendum aptis, ſed judicii, doctrinæ, & experientiæ defectu maxime ineptis, ut demum conſtitutione Aquisgranenſis Capituli præceptum fuerit, *ut ſi opus eſſet Evangelium, aut Pſalterium, aut Miſſale ſcribere, perfectæ ætatis homines ſcriberent cum diligentia.* Etiam Judæi aliquando ſcribas habebant accuratos, interdum vero rudes, & incurios. Amanuenſes tam imperfecti (1) quædam falſo legerunt. (2) Quædam erronee, quæ putarunt ſuperflua, omiſerunt. (3) Quibusdam vocibus alias cognatas ſubſtituerunt, formâ, aut ſono vicinas literas confundentes, aut textum vitioſe diſtinguentes, juxta illud Tertulliani L. 5. contra Marcion. T. 1. pag. 515. *ſcimus quosdam ſenſus ambiguitatem pati poſſe de ſono pronunciationis, aut de modo diſtinctionis, cum duplicitas earum intercedit.* (4) Aut quædam ex ore dictantium minus perceperunt. (5) Gloſſas marginales, ut erant de meliori bono perſvaſi, pio, ſed imprudenti zelo ipſi ſacro tex-

re. Nihil hîc dicitur, niſi quod in vaſtiori opere, ſpectata humana fragilitate, & defectibili induſtria, non poteſt non evenire: etiam bonus quandoque dormitat Homerus. Contigit iſtud in linguis aliis, in quibus manifeſtior eſt differentia characterum, & magis conſpicua ab ſe invicem diſtinctio: in Arabica lingua, quoniam pleræque literæ ſolis punctis, ſuperne, vel inferne poſitis, differunt, viri ſummi in errores non parvos ſunt lapſi. Quis Hebræorum codicum tractatores a communi hoc fato fecit immunes? Nemo, ut conſtat certitudine facti, qua major in rebus iſtis quæri non debet; nimirum perſæpe Hieronymus, 70. Chaldæus; Syrus, Arabs, ipſe Hebraicus Samaritanorum codex Pentateuchi, ſimillimam, aliam tamen literam ejus loco exprimunt, quam offert nobis hodiernus Hebræ-

textui intulerunt. (6) Alia ſibi viſa certiſſime vitioſa mutaverunt. (7) quædam ex approbatis apud ſe lectionibus, aut 70. virali lectione, vel e locis parallelis addiderunt, correxeruntque. Sed hæc Rmus. D. Vizer ſolerter, & erudite perſequitur pag. 124. par. III. Origeni, qnum ſuos in Divinas Scripturas commentarios ſcripſit, teſte Euſebio Hiſt. L. 6. C. 23. pag. 249. edit. Græco-Lat. Auguſtæ Taurin. 1746. *ſeptem, & amplius Notarii dictanti* (Græc. tachygraphi hypagorevonti) *præſto aderant, qui præſtituto tempore ſibi per vices ſuccedebant: nec pauciores antiquarii* (Gr. Bibliographi hama kæ koræs epi to kalligraphein éskomenæs) *ſimul cum puellis elegantius ſcribere aſſuetis.* Putamusne hoc genus hominum ſemper fuiſſe ſolertiſſimum? Origenes Tom. 15. in Matth. negligentiæ, & audaciæ eos damnat, velut qui occaſionem dederint vitioſis ſcriptionibus multitudini variantium lectionum &c. Perinde Hieronymus alumnorum artis Antiquariæ culpat ſocordiam. (pag. 444. & 445.)

orum codex; unde ſequitur aut illos, aut codicem Hebræorum hodiernum, a primitivo exemplari, quod multiplex eſſe non potuit, deflexiſſe; neque mirum iſtud videbitur cogitanti, olim codices ſæpiſſime deſcriptos fuiſſe literis minutiſſimis, ut lynceis plane oculis opus fuerit ad diſcernendum eas literas, quæ etiam majusculæ exiguo tantum apice, parvove ductu a ſe ipſis diſcedunt; teſtis nobis eſt Hieronymus, ſiquis unquam, maxime idoneus, Tom. V. edit. Vallars. pag. 239. L. 7. Comment. in Ez. *Caligantibus oculis ſenectute, ad nocturnum lumen nequaquam valemus Hebræorum volumina relegere, quæ etiam ad ſolis, dieique fulgorem literarum nobis parvitate cœcantur.*

Exempla rem in aperto ponunt, ut nemo jam dubius eſſe queat, quandoque ex hoc ſolo inſuperabilem naſci ambiguitatem, & obſcuritatem, contrarios, aut diverſos ſenſus, & ſententias plurimum diſcrepantes, ut nequeat determinate cognoſci, hocne, aut illud ſit nativum, originarium, & conſequenter verum. Ezech. 34. 16. dicit Dominus, ſe ovium ſuarum curam habere, *quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, conſolidabo, & quod forte, & pingue,* (eſt) *cuſtodiam.* Hebræus hodie habet contrarium: *forte, & pingue perdam*, exitioſè delebo: legitur enim *aſchmid*, veteres legerunt *æſchmcr*, h. e. cuſtodiam: *reſch*, & *daleth* ſimiles literæ ſunt, & parvo tantum apice diſtinguuntur. Innumera occurrunt loca, in quibus hæc literæ *reſch*, & *daleth* convenientia ſenſus in verſionibus peperit diverſiſſimos, 70. frequenter *reſch* viderunt in Hebræo, ubi hodie eſt *daleth*, & e converſo: lectio *cuſto-*

ſtodiam eſt retinenda velut nativa Prophetæ: (1°) quia contextui congruit magis: *liberabo* oves meas v. 12. *inducam eas in terram ſuam, & paſcam eas* (Hebr. *reyithim*, quod tantum hoc valet) *in montibus Iſrael, in paſcuis uberrimis paſcam eas, ibi requieſcent in herbis virentibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael.* Quæ omnia non pœnam, ſed gratioſam viſitationem indicant, *ſic viſitabo oves meas & liberabo eas.* (2°) 70. aperte habent *phylaxo*, ſic habet Hieronymus etiam in commentario. (3°) Ex heterodoxis ſic vertunt Lutherus: und was fett, und ſtark iſt, will ich behüten. Grotius: *ſervabo.* Ita Corn. a Lap. & Calmetus. Itaque ab antiqua originali lectione Hebræus textus deflexit, quem tamen defendunt Glaſſius, Starckius, Waltherus, eo quod Chaldæus ferat *perdam*, & quod ſenſum pœnæ contextus exigat, (en ex eodem contextu contraria educunt interpretes!) ſiquidem *paſcam in judicio* condemnationem videtur innuere, & verti potius debet *conteram*, ſicut Pſ. 2. 9. loco *reges* vertitur *conteres eos in virga ferrea.* Ajunt pingue, & forte pecus poni pro refractariis, petulcis, & malis, (v. 20. 16. 17.) proin perdendis. Majores noſtri certo definire non potuerunt, ergo nec nos, quibus ſufficit retinere, quod 70. & Hieronymus tradiderunt, Hebræo codice ſibi relicto.

Pſ. 80. Iſraëlitis præceptum fuiſſe narratur, ut in memoriam miraculoſæ liberationis ex Ægypto feſtos dies agerent, v. 6. *divertit* (Deus) *ab oneribus dorſum ejus* (Joſephi h. e. totius Iſraelis, qui tum Joſephi providentia ſubſiſtebat) *manus ejus in cophino ſervierunt.* Legerunt

thayabhodna per *daleth*, Hebræus habet: *manus ejus ab olla* (cophino) *receſſerunt* h. e. *thayabhorna* per *reſch.* noſtra, & 70. viralis lectio vera eſt in ſe, & quod prius factum eſt, exprimit; nam antea in cophinis, & ollis ſervierunt Ægypto, quia humum, lateres, tegulas convectare, ollas, cacabos, aliaque fictilia vaſa conficere (juxta quosdam etiam Pyramides) cogebantur: his oneribus dorſum eorum levavit Deus. Puto tamen, Hebræum textum retinere germanam, & originariam Pſalmiſtæ literam, quia paſſim in Pſalmis hemiſtichium unum alterius eſt explicativum: ad præcedens: *divertit ab oneribus dorſum ejus:* magis quadrat: *manus ejus ab olla receſſerunt.* Dein Hebræa ſyntaxis *middud* h. e. ab olla: exigit *receſſerunt*, *mi* enim valet *a*, vel *ab*, non autem recte dixeris *ab olla* ſervierunt.

Pſ. 18. 13. *Delicta* Hebr. ſchegïoth h. e. ignorantiæ peccata, errores quotidianos, *quis intelligit?* (nemo ignota tenetur confiteri, ſed ea ſolum, quorum poſt ſedulam anteactæ vitæ diſcuſſionem ſibi conſcius eſt, Trid. ſeſſ. 14. C. 5. unde abutuntur hoc textu contra Cathol. hæretici) *ab occultis meis munda me*, quæ potius non cogitantibus imbecillitate humana ſubrepunt, & quandoque nec plene advertuntur. *Et ab alienis parce ſervo tuo. to alienis* poſſet cogitari poſitum genere neutro, *ab alienis*, ut in Theologia morali vocantur, *peccatis*, & ſic Auguſtinus ſemel exponit, alias autem per *occulta*, peccata concupiſcentiæ, per to: *alienis* eos, qui a lege Dei alieni ſunt, & nos a Deo avocant, ac in mala pertrahunt, intelligit. Etiam 70. viralis lectio *apo allotrión* ambigua eſt, an neu-

neutro, quod ex contextu ſvaderi poteſt, vel maſculino genere, ab iis, qui alieni ſunt a Deo, a lege tua o Deus! intelligendum veniat. Ab iis præſerva ſervum tuum! Si mei non fuerint dominati. *Mei* in Græco eſt genitivus ſing. quem poſcit verbum *katakyrievsóſi*, ſi in me dominata non fuerint illa peccata: Vulgatæ ſenſus eſſe videtur: ſi alieni a lege tua in me non fuerint dominati. Nempe 70. legerunt *Zarim* per *reſch*, quod alienos, ſive extraneos homines ſignificat, quamvis ex ambiguitate vocis etiam aliena neutro genere, uti peccata intelligi poſſint: Hebræus habet per *daleth Zedim*, quod valet ſuperbos: *& a ſuperbis præſerva, cohibe ſervum tuum*, ne eorum contagione corrumpatur: melius tamen in Hebræo ſuperbiæ, & contumaciæ peccata intelliguntur, ut ſit gradatio: a peccatis ignorantiæ, quæ latent me, & ſunt fragilitatis, & ab iis quoque, quæ deſtinato, certove conſilio admiſi, quæ malitiæ peccata ſunt, uti occiſio Uriæ; hæc enim ſi mihi non prævaleant, præſervative emundabor ab omni delicto, etiam maximo apoſtaſiæ, vel defectionis, aut mortali alio. Forte Hebræa lectio melior eſt, ſed una facile ad aliam reducitur. Monet Bellarminus, non exprimi hoc textu, ut Deus nobis *aliena* parcat peccata, ſed ut nos cuſtodiat a ſodalitate perverſorum, qui & alieni ſunt a lege Dei, & *ſuperbi* h. e. deſtinata malitia, & cum cognitione peccantes: humilitas ſæpe eſt virtus, & timor Dei in Bibliis, ſuperbia vero morum perverſitas. (pag. 565. lin. 23.)

Jer. 2. 20. *non ſerviam* dixiſti o popule refractarie! ſerviviſti falſis Diis, non mihi, ſcito, & vide, quia malum, & amarum eſt, reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te. Chaldæus habet per *reſch* ſenſu contrario: *non transgrediar* legem tuam: ſic habet & *keri* (pag. 8.) Hanc Literæ *reſch* cum *daleth* ſimilitudinem multam confuſionem afferre nec Kimchhius (pag. 501.) diffitetur, Hieronymus vero e. gr. in C. 20. 46. Ez. dicit non *ſcare* Principem, ſed ſcade h. e. agrum eſſe oportere, verum tamen „propter literarum ſimilitudinem error inolevit„ Ita quæ avis Lev. 11. 14. *däa*, alibi *räa* Deut. 7. ſcribitur, & *Rhodanim*, *Dodanim*, *Rophcha*, *Dophcha*, *Duma*, *Roma*, ſi Judæis credas: Aram h. e. Syria, *Æ*dom h. e. Idumæa. Iſa. 40. 15. ſicut tenuis pulvis, *dak*, 70. ſicut ſaliva, h. e. *rok* ſputum, (rakay tu conſpuende!) Pſ. 29. 9. ſalire faciet *rakad* 70. comminuet eos, ut vitulum Libani, h. e. *dakak* Pſ. 131. 2. & domui animam meam: 70. exaltavi; nempe prout legeris: *domamthi*, aut *romamthi*. Judic. 7. 21. Jer. 15. Iſa. 8. 9. confringimini *reyu* 70. *deyu* h. e. ſcitote. *Barur* electus, *bedor* in generationem. Jer. 2. 16. Esd. 8. 14. Prov. 19. 19. qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum. Hebr. textus Reineccii habet: *geral chhemach*, ſeu *goral* h. e. ſors iræ. Aliqui ex Arabico volunt: *aſper ira*, ſed ipſimet Rabbini ſubmonent in *keri* legendum eſſe per *daleth* gadol h. e. magnus irâ, ſeu *valde iracundus feret malum*: ut omnes veteres legerunt. Oſe. 9. 6. Hieronymus: *Machhmas* 70. *zain* pro *daleth* legiſſe *machhmad* deſiderabile. Calmetus in C. 30. Gen. ubi de man-

mandragoris ſeu (q) Hebr. *dudäim* multum diſputat, & citrina mala vel aurea, nobis Euro-

peis

(q) Ruben matri ſuæ Liæ, tempore meſſis triticeæ h. e. ad Pentecoſten *dudäim*, velut ſpeciale inventum, rure attulit, Rachel a Lia emit avidiſſime, ea conditione, ut Jacob inſequente nocte, quæ Racheli debebatur, Liæ concumberet; quare natum filium *Iſachar* h. e. *ichſcachar*, *virum mercedis*, ſeu mercede mandragorarum comparatum, Lia appellavit. Rachel ſterilis ideo eas tam avide videtur expetiiſſe, quia ipſis mulieres fœcundandi, & venerem augendi vis ineſſe omni tempore credebatur, & mandragora ipſa quidem *amoris*, aut cupidinis *pomum*, Venus autem *mandragoritis* dicebatur, Julianus Imp. de ſe ipſo narrat, ſuccum bibiſſe mandragoræ, ut in venerem magis excitaretur, mulieribus hoc pharmaco fœcunditatem donari, auctor eſt Ariſtoteles; bene ergo vertit Vulgatus poſt 70. cum & Onkelos *jabruchhin*, h. e. ut etiam Arabice vocantur, *mandragoras*, transferat, & etymon *dod* h. e. *amor*, pariter conſentiat. Lilia, violæ, flores elegantes, tubera mihi non placent. Vox tantum hic, & Cant. 7. 13. ab odore commemoratur, *dudäim nathenu reachh* h. e. dudaim dederunt odorem. Mandragoræ, uti & Mauzi, ſeu Muzæ Arabum inciſam æri figuram exhibet Calmetus in Dict. Biblico Tom. 2. pag. 18. voce eadem; velut erectum corpus hominis, ventre, & binis pedibus inſtructum, refert, unde *anthropomorphos* humanæ formæ dicitur, in virtutibus ejus deſcribendis fabuloſa veris vetuſtas miſcuit, Scriptura odorem ejus, non autem commemorat odoris qualitatem, ſvavisne ſit, vel inſvavis. Citrea ſua mala nobis alia inter ex eo commendat Calmetus, quod vox Heb. *kitter* h. e. odoratis ſuffire, in Latino, in Hebræo autem mamillæ mulierum Hebr. *daddim* ob interveniententem formæ utriusque ſimilitudinem hoc nomen dederint, alioquin noti in Iſraël fructus, & tam excellentes nomine apud Hebræos caruiſſent. (quaſi quia non memorantur, etiam carerent nomine, aut ca-

peis notiſſima, intelligi variis argumentis conatur evincere, ſubjicit „vero propius accedit, ve-

carere diſtincto nomine etiam notiſſimas plantas fuerit inſolitum!)

Mauz, ſeu muzam h. e. quaſi ficum Indicam Plinii L. 12. C. 6. in Hiſt. Æthio. L. 1. 9. & comment. pag. 140. melioribus rationibus propugnat Ludolph. Jobus (pag. 154.) figuram plantæ æri inciſam exhibet; complures, etiam 50. ficus, formâ, & magnitudine noſtri cucumeris de uno caule pendent, ſvaviſſimi odoris, & ſaporis, menſe Junio, adeoque meſſis triticeæ tempore apud Paleſtinos labente, maturitatem aſſequuntur. 1. Dicit poſt multos alios, mandragoras gravem, & inſvavem habere odorem, & ideo â *beruchh*, vel *barchha* hircus fœtidus, nomine *jabruchh* a Chaldæis, & Arabibus vocari, Dioſcoridem vulgo male laudari pro bono odore, *ev* non bonum, ſed gravem, amplum, nimium in textu ſonare: *evódé meta barys tinos* h. e. valde quidem, ſed graviter, & injucunde olere; Auguſtinum, dum ex propria experientia de ſvavi odore teſtatus eſt, in ſpecie plantæ fuiſſe deceptum, cui etiam ab omnibus peritioribus medicis fœcundandi, aut Veneris augendæ virtus negatur, cum e contra inſigniter refrigeret. 2. Mauzæ cum ab uno caule, velut patrueles a ſtipite tot dependeant, optime (inquit) *dodim* ſeu pro ævi illius dialecto *dudaim* h. e. vulgariſſimo Hebræorum vocabulo *patrueles* vocantur (vides ex Hebrææ vocis polyſemia tam diverſas ſententias ex ipſo Hebræo defendi!) fructus obvios, aut flores naſci in campis ſolitos, Rachhel ipſa facile legiſſet, aut miſſa ancilla habere poterat, ut tam inſolenti cura noctes vendere opus non fuerit, puer etiam de virtute fœcundandi nihil ſciverit, etſi ea herbæ ineſſet; ſola itaque raritas, & amœnitas, manus ejus ad decerpendum, & domum ferendum videtur invitaſſe. Mauz in Syria ad Damaſcum naſci, prout Lud. Jobus deſcribit, relatione itinerantium conſtat, ſed per *dudaim* illud intelligi non perinde poteſt oſtendi. Lutherus retinuit in verſione *dudaim*. In gloſſa addi-

veteres Judæos Lev. 23. 40. legiſſe fructum arboris *haddod* h. e. pulcherrimæ pro *haddar*, ut eſt hodie in Hebræo; non enim ſemel mendum irrepſit in Scripturam Hebraïcam ſimilitudine literarum *Daleth*, & *Reſch*. (r)

Cauſ-

ditur Tom. XI. Witteb. fol. 187. *Dudaim: es ſollen lilien, es ſollen beere ſeyn, und niemand weiſs, was es ſeyn ſoll.* Optime! ergo in Vulgata nihil immutetur. Conſultiſſime. Ejusdem *dod*, & *dad* h. e. amoris, & mammæ differentia in diverſa trahit interpretes Cant. 1. 1. meliora ſunt *ubera tua vino* h. e. *daddim*, hodie legitur *dodim* h. e. *amores:* amores tui præ vino boni ſunt, & exhilarant, afficiuntque; pro amoribus certant, qui animadvertunt, hæc eſſe verba ſponſæ ad ſponſum, quem ab uberum præſtantia commendare non convenit. (ſed ſi ubera ſpirituali metaphorico ſenſu intelligas, ut mox, ea ſponſo non diſconveniunt, inſolitas hic adhiberi comparationes novimus) Sponſi verba eſſe urgent alii, ſponſæ ubera a ſimilitudine *lagunculæ* vini commendantis. Dum altius, ut fieri iſthic oportet, mente aſſurgimus, duo ubera Vetus, & N. T. interpretamur, de quorum utroque fidelibus lac Verbi Divini eſt præbitum. (pag. 18. lin. 27. ex daleth diverſum ſenſum habes.)

(*r*) Vide, ſi lubet Gen. 3. 17. ubi forſitan *daleth* melius, quam hodiernum *reſch* poneretur cum Hieronymo, & 70. ut ſit: maledicta terra *beyabhodecha: in* operari, vel *opere tuo*, loco *beyabhurecha:* in transgreſſione tua, ſeu ob peccatum tuum (pag. 474. lin. 26. & 475. l. 2.) Gen. 49. 14. Iſachar aſinus fortis, portandis oneribus idoneus, *chhamor garam* h. e. aſinus bene oſſatus. 70. legerunt *chhamud garas*, h. e. deſiderabile, ſeu bonum concupivit, *kalon epethymeſe*, nam accubare voluit intra ſuos terminos, *ana meſon ton kleron* Hebr. *robetz ben hammiſchpethaim*, *vidit* enim *requiem*, *quod eſſet bona* v. 15. (ex hoc *chhamad* Ar. laudavit participium paſ-

Cauſſa Tertia.

Literas ejusdem organi facile inter ſe alternare, non errore, ſed uſu, nec tamen ſignificationem tum immutari, canon eſt Grammati-

---

paſſivum *muchhammed* natus ille anno Ch. 593. Mauritio Imp. & Gregorio M. Pont. impoſtor, quaſi laudabilis, glorioſi, ſeu *Illuſtriſſimi* titulum ſumpſit Mahomet) porro loco gæræm, *garas* 70. *ſamech* loco *mem* finalis conſpexerunt, h. e. deſideravit, Sic ubi legimus Pſ. 118. 20. *concupivit* anima mea deſiderare juſtificationes (leges) tuas, h. e. concupivit concupiſcendo, ſeu valde concupivit, Hebr. habet *garas*, quamvis quæ linguæ hujus eſt polyſemia, idem *garas* valeat etiam confregit, comminuit; quod tamen *garæm* contrarie invalidum, viribus fractum aſinum, (aut vix oſſibus hærentem) qui nec loco moveri queat, Rabbi Jonas interpretatur, nihil moror, valet *garam* etiam exoſſare, comminuere, viribus privare Ez. 23. 34. Num. 24. 8. nec inſolitum, Hebraica verba contraria ſignificatione ſumi interdum, ſatis eſt *garæm* communiſſime oſſeum, fortem ita denotare, ut apud Arabes robuſti, validique pecoris ſit epitheton. Jon. 1. 9. *yibri* Hebræus ſum 70. *yæbedja*, ſeu *yabdija* ſervus Dei ſum. Ez. 21. 17. fœmur tuum *jarecha* 70. *jadecha* manus tua. Job. 35. v. ult. *jachbar* multiplicabit, 70. *jachbed*, h. e. *barynei*, ſive gravabit.

Amos. 4. 5. *thodah* confeſſio, 70. thorah lex. Pſ. 73. 19. Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi. Hebræus hodie habet *r* loco *d*, *turturem* loco *confitentem*, *ne tradas beſtiæ animam turturis tuæ*, h. e. vitam tuæ turturis *cœtui impiorum* ne exponas: Calmetus ſubjicit: „70. vetuſtique interpretes Græci, S. Hieronymus, & forte etiam Chaldæus legebant in Hebræo *thodecha*, pro *thorecha*: animam confitentem tibi, ſeu eruditam in lege tua: pro turturis tuæ. Lectio, quæ 70. ſenibus placuit, mihi magis arridet.„ Et merito: ut quid enim turturem huc inferamus, ut plebs Chriſtiana lectionis novitate turbetur? Iſai. 28. 9. ait Hier. Quod autem verbum Hebrai-

ticorum. Ejusdem Organi ſunt (1) IV. gutturales *Ahráchhay*. (2) V. linguales *Datlænæth*. (3) IV. palatinales *Gichak*. (4) V. dentales

zast

braicum *deyah*, quod omnes verterunt ſcientiam, ſoli 70. *kaka* id eſt: mala interpretati ſunt: error perſpicuus eſt, prima enim litera reſch, & dalet parvo apice diſtinguuntur.„ (raya malum eſt) Ez. 21. 2. Quod dixere ducem Nageb, melius habet in Hebræo agri, vel regionis meridianæ: non enim ſar, ſed ſadeh (legitur) & propter daleth, & reſch literarum ſimilitudinem error inolevit.„ Ez. 27. 15. radan pro dadan. v. 16. Aram pro Adam. C. 47. *thamaroth* palmetum, *thamodu* metiemini.

Iſai. 29. 3. Circumdabo Jeruſalem, *ſicut ſphæram* vel forte *be*, non *che: in circulum*. 70. *reſch* in *daleth* verſo, & alia punctatione transponunt: *ſicut David* nempe olim Jebuſæos, & ſic de pila luſoria, aut ſphæra levi mutatione facta eſt perſona Regia *David*, cum prius eſſet *dur*. Pſ. 57. 9. *Supercecidit ignis* iræ Dei ſuper impios, *& non viderunt ſolem* h. e. lucem hanc intueri non ultra eſt eis conceſſum, e vivis ſublati ſunt, aliis punctis, vel *thav* addito, vel *he* in *thav* converſo hodie legitur: facti ſunt *tamquam abortivum mulieris* h. e. næphæl æſchæth loco *naphal eſch*, vel eſchah, ignis (hinc *eſchtha* Syris *ignis*, unde Vulcanus Græc. Héphæſtus h. e. *ab eſchtha* inventor ignis, & ignis cuſtodes virgines *Veſtales*) Thargum (pag. 131.) non *eſchæth*, ſed *aſchuth* legit, & ſic de muliere facta eſt talpa, ſicut abortivum mulieris, & talpa. Gen. 22. 13. Abraham Iſaacum immolaturus vidit *poſt tergum* arietem: ita Hebræus, Onkelos, Symmachus, legerunt enim *achhor* poſterius, poſt tergum, deeſt tamen vav, ex quo videri poteſt, rectius daleth vidiſſe 70. Jonathan, prout actu habet Syrus, & codex Samaritanorum (pag. 311.) *achhad: unum, quempiam arietem*, non vero *a tergo*, ratione ex Hebræo ſuffragante, ubi ſublatis oculis illico viſum fuiſſe arietem indicatur, ſi *a tergo* conſpiciendus fuiſſet, reflexis in poſteriora oculis viſus diceretur.

Gen.

zastzaraſch, vulgo ſaſzaraſch. (5) IV. labiales *bumaph*: ita dictæ, quod ad rectam harum pronunciationem lingua, ad illarum guttur, ad aliarum palatum, aut dentes, vel labium præcipue ad-

Gen. 49. 10. *& dux de fœmore ejus*: h. e. *mibben raglav* de medio pedum ejus, vel *de inter pedes*, quod varie explicatur. (Tom. 26. Ugoll. MCLVI.) Semel obtentum ſceptrum adeo fortiter, ut leo prædam ante pedes, retinebit (Petav. ex Iſai 5. 29.) ſed Theologicæ explanationi nec pagina vacat; nec hora; Samaritanus habet: & dux de vexillis ejus, ſeu *mibben daglav* h. e. de medio vexillorum ejus. *ragal* pes, *dagal* vexillum. Gazzaniga dicit, non eſſe tantam codicis Samaritani autoritatem, ut ei aſſurgamus præ Hebræo, Houbigantius multis contendit, depravatum eſſe *daleth* in *reſch* in Hebræis codd. quod in Samaritano non tam facile poterat contingere; cito hanc reſponſionem arripit Autor Inſtit. Theolog. ad uſum ſcholarum Venet. 1785. (Valla) Tom. 2. Diſſ. 1. pag. 317. ſecus enim de Jacobæi vaticinii veritate actum eſſe putat, quia certum eſt, ante Chriſtum defuiſſe duces e tribu Juda prognatos: e contra juxta textum Samaritanum nihil aliud dici, quam duces tribui Juda non defuturos, ex quacunque dein tribu fuerint. Houbigantius ex contextu, & adjunctis ſic arguit: certo quælibet tribus ſuum habuit vexillum Num. 22. leonis figuram tribus Juda prætulit, quadrat igitur loco vexilli mentio, vix autem *interpedum* h. e. *ſemnos* ſeu verecunde loquendo, membrorum genitalium, alioquin de fœmina Deut. 28. 57. nunquam de viro ita dici; præterea non ſiſtitur Judas, ut puer a nativitate, vel ſtirpe laudetur, ſed ut adultus, heros fortiſſimus, qui hoſtium ſuorum cervicibus victor manus imponat, qui ſpolia reportet, accubetque poſt victoriam, ut leo, ſecurus, & quaſi leæna, quem ſuſcitare nemo audeat: ad quid hic mentio *interpedum?* in medio vexillorum heros noſter verſatur, ut gentis Sceptrum auferri non patiatur. Nihil ego definio, penes lectorem ſit judicium. (pag. 313.) Deut. 18. 10. tranſire

adhibeatur. Sed hic ipſe canon multiplicis obſcuritatis, & confuſionis mater eſt, dum an hîc in textu determinato talis permutatio locum habeat, vel potius ipſa etiam ſignificatio alia eſſe de-

ſire faciens *ſemen* h. e. prolem per ignem, 70. *mayabid* loco *mayabir* faciens ſervire. Jer. 15. 14. *hæyæbarthi* ſervire faciam 70. & Chaldæus. Jer. 2. 16. *jaday* novit, *jaray* male affectus fuit: Ægyptii *conſtupraverunt te* o Jeruſalem *usque ad verticem*, 70. *epæſan* illuſerunt tibi. al. egnóſan. Arabs. *yaraſuchi* legerunt daleth; Chaldæus: *jiktelun gibbarach:* occident fortes tuos: Syr. capita quæque ſua contundent; non difficulter creditur pæderaſtas infando ſcelere etiam maſculis abuſos. Oſee 13. 15. ipſe inter fratres dividet *japhrid* ita Chald. jaſtzul: hodie Hebr. japriachh creſcet, florebit. Filii *Duyel* Samar. Arabs, Hier. Hebr. hodier. 70. Chald. Syr. *Rayuel.*

Alias literas ex ſimilitudine figuræ inter ſe confuſas breviter expendamus. *He*, & *Chheth* vel in 70. vel in hod. Hebræo permutatæ Dan. 9. 24. Meſſiam venturum ad obſignandum peccatum *le chhaththem*, ut ſic omnis ei via claudatur; cum *he lehathem* ad conſummandum peccatum, ſeu ut vertit Hier. ut finem accipiat peccatum: Job. 30. 2. chhælachh ſenium, ſuper illis periit ſenium: 70. & Symmachus conſumatio, perfectio *chalah*, Hottingero vigor ætatis, Thargumiſtæ fovea. Iſai. 16. 7. Vulgata: non frangent inter eos panem *læchhem*, 70. loco panem *lahem* iis. Pſ. 29. 2. be hadrath kodeſch in decore ſanctitatis h. e. in templo 70. in aula, ſeu domo bechhædra. Ez. 24. 23. *venehamthem* & rugietis. 70. conſolabimini *nachham:* obſervabitis azyma Heb. *matzoth* Samar. & 70. *mitzvoth*, entolen, præcepta: utique melius. Judic. 19. 2. uxor reliquit maritum: alii vertunt: ante matrimonium ſcortata eſt cum eo; Vulgata deſeruit maritum: legit *tiznachh* 70. *eporeuthé ap' autu* diſceſſit ab eo, vix credam *eporneuthé* ſcortata eſt, quia non ſolet dici ſcortata eſt ab eo: Hebræus hodie fert: fornicata eſt ſuper eum pellex ejus *tiznah*: Calmetus hic: *conſtat uti-*

debeat, quæritur, affirmantibus his, illis vero negantibus, nihil certi poteſt definiri. Canoni huic innititur lectio Gen. 49. 10. donec veniat, *qui mittendus eſt* (pag. 84.) ſed *chheth* altera *he* ſibi

utique 70. *& Vulgatum*, *& facile etiam Chaldæum paullo aliter*, *ac nos Hebræum legiſſe*, *& melius quidem*, *ut vera fateamur*. An behham in certo quodam loco *chham* vel chhom, vel *behem* in eis legi debeat, diſputat ipſe Hieronymus. Gen. 14. 5. Iſai. 16. *non feſtinabit* Hebr. ſed *jabiſch* vel *jaboſch non erubeſcet* eſſe debet, ut ut magni repugnent viri, ex autoritate Petri 1. 2. 6. & Pauli ad Rom. 9. 32. feſtinare eum, qui pudefit, ut conſpectui hominum ſe protinus eripiat, dicere ſolent, quibus ab hodierno Hebraico recedere religio eſt, ego violentas, & e longinquo petitas explicationes feſtinus declino.

Facile etiam error contingit ex ſimilitudine ſoni, puta: ſi Latinum *dilecti fontes infecerunt* ex errore audias, ſcribasque: *directi ſontes interfecerunt:* aut ignarus Latine ſcriberet azinus, z loco s; Græce *ſcolion* h. e. pravum, tortuoſum, *ſcholion* h. e. gloſſema. *tekeón* filiorum, *tokeón* parentum, *epæzomen* luſimus, *epæſſomen* irruimus. Prov. 16. 11. lapides non ſeculi, ſed *ſacculi*, h. e. pondera vendentium diverſa, quibus libræ loco utebantur. Ad Hebr. 11. 36. *peirasthéſan* tentati ſunt, *pristhéſan* ſecti ſunt; effugaverunt melius *effugerunt* ait Calmetus Gr. *ephygon*; idem verba Chriſti: Eli Eli lamma *Sabachthani* (pag. 191.) putat eſſe oportere *Zabachhthani: ut quid me ſacrificaſti?* Ez. 40. 43. *labia* ſcephathaim, *tripodes*, quibus ollæ imponuntur, (ut volunt) ſchephathaim. 2. Sam. 3. 16. bachhurim electi, vel juvenes 70. *bukolia* ſeu armenta *bakarim* bucera. Iſai. 3. 17. Deus filias Sionis decalvabit, *ſippachh* per *ſin*, 70. *ſchippachh* faciet ancillas, humiliabit quoad conditionem. Nah. 2. 7. *malâchecha* nuncii tui, 70. *melachecha* opera tua 2. Reg. 23. 13. har hammiſchchhith, mons corruptionis, *hammiſchchath* unctionis. Prov. 30. 18. *en neotéti* in adoleſcentia, *neotidi* in adoleſcentula. 1. Reg. 12. 2. ego conſenui *veſcabthi*, al. & ſe-

ſibi quoad figuram ſimillima litera permutari non ſolet, ſi *mittendus* nativa eſt lectio, *he* hodiernum vitio librariorum debetur; præſtat docere, Hieronymum vocem *ſchællo*, aut ſi forte legit

Xx ho-

ſedebo *jaſchabthi*. Pſ. 68. 26. Principes *ſcarim* conjuncti pſallentibus, Hebr. *ſcharim* cantores cantatricibus, ſeu yalamoth thophephoth h. e. virginibus tympaniſtriis. Prov. 5. in amore uxoris multus eris *tiſcgæh*, errabis *tiſchgæh: tzirim* Amos 8. 2. Iſai. 18. 2. legati, imagines *ſchirim* cantus. Pſ. 39. *ſcam* poſuit, al. *ſcham: ibi* v. 23. *illic iter*, *quo oſtendam ei ſalutare Dei* h. e. Deus ad ſalutem viam oſtendit per ſacrificia, dum ea offerimus pro peccatis ex præſcripto Divino. Hier. *qui ordinat* (ponit) *viam*, quia legit cum Symmacho *ſcam*, contra Syrum, 70. & Codd. MSS. plures, addit Reineccius in *Janua: ſcam:* poſuit, *ſed verſiones antiquæ*, *Lutherus*, *& multi Codd. Hebr. habent ſcham* per *ſchin*, non per *ſin illic*. lebaz in prædam, *lebag* in cibum Ez. 25. 7. Prov. 4. 3. Unigenitus fui coram matre mea, ait Salomon *mippene*, aliter *mibbene* præ filiis aliis matris delectus, ac ſi unicus fuiſſem. Ex. 21. 8. 70. & Hier. *quæ ſibi deſponſata fuerat* hod. Hebr. *qui non deſponſavit eam. Iſrael ei* (Chriſto) *aggregabitur* Hebr. nos cum Vulgata: Iſrael ei non congregabitur. (pag. 9.) Ez. 3. 6. *Si ad illos mittereris* (ô Propheta ad prædicandum) *ipſi audirent te*, Pagninus juxta Hebr. hod. *ſi non ad eos miſero te*, *ipſi audient ad te*. Joſue 9. 12. *hitztajjadu* viatico ſe munierunt, v. 4. per *reſch* legatos ſe finxerunt, utique corrupte legitur. 2. Sam. 16. 2. ad pugnandum: lehilchhama læchhæm: panibus. Mich. 7. & 6. 9. item v. 10. Mich. 5. 13. litera tranſpoſita Zach. 12. 10. Pſ. 18. 27. *thithpatthel* 2. Sam. 22. 27. 2. Chron. 23. 14. 2. Reg. 11. 15. unica litera addita, vel dempta mutat Coloſ. 2. 14. Iſai. 60. de latere ſurgent, ſugent. decretis, decreti Iſai. 56. 10. hozim, hhozim.

Gen. 4. v. ult. *az* tunc, *za* iſte cœpit invocare nomen Domini 70. & Hier. Pſ. 89. 9. *anni noſtri ſicut aranea meditabuntur* paſſive h. e. expenduntur, ita

hodiernum *ſchiloh*, cum extra dubium eſſet Meſſiam ſignificare, notiori termino Latinis reddere voluiſſe, *qui mittendus eſt*. Sophon. 2. 14. vaſtitas, deſolatio eſt in ſuperliminari. 70. & Vul-

ita conſiderantur, ſicut labor araneæ & tela futilis. *hægah* eſt muſſitatio, colloquium, cogitatio. 70. iſthic verbum cum *jod* præformante futuri viderunt: hod. Hebr. *anni noſtri* (ſunt) *ſicut muſſitatio*, ſeu colloquium: cito tranſeunt, ſicuti colloquentibus abit tempus, quin advertant. Poteſt verti *conſumimus annos noſtros ſicut ſermonem*, qui utique irrevocabilis cito præterit; araneæ tela levis, fragilis, & infirma res eſt, ita & anni noſtri. Calmetus in h. l. *cum araneam priſci* 70. *Syrus*, *Arabs*, *aliique legerint*, *credimus illam vocem ex Hebræorum exemplaribus excidiſſe*, *non ſecus*, *ac alias voces*, *integrosque verſiculos*, *quos veteres novêre*, *nos deſideramus*. Addit dilucidum magis ſenſum fundi ex 70. conſumpti ſunt anni noſtri inutili hujus ſeculi occupatione, ſicut aranea meditans, ſive occupans ſe futilis telæ ſuæ confectione, ita nos in ducendo filo vitæ. Ego vero puto, 70. in codice Hebræo loco hodiernæ particulæ *chemo* h. e. *ſicut* legiſſe addito *Lamed* chemul, *mul* porro licet in Bibliis non occurrat, apud Arabes tamen ſupereſt, araneamque ſignificat, quæ aliter *yachabiſch*, vel *tevia* h. e. netrix vocatur.

Chaph & *Beth* permutata Job. 3. 5. juxta quosdam *Chimrire jom* atrores diei, ſi *mem* radicale, Vulgata: involvatur amaritudine dies meus. *bemerir* 2. Sam. 21. 19. Eccle. 5. 16. *jochel* edet, 70. abel luctus. *Beth cum gimel* commutatum forte Jer. 31. 32. non ſervaverunt fœdus meum, *& ego dominatus ſum eis*, bayalthi, gayalthi faſtidivi eos; volunt alii *gayal* Arabica notione faſtidium valere. *Cheth* cum *thav* Pſ. 92. 11. Mich. 5. 5. *Samech* cum mem finali Iſa. 30. 4. chhanes urbis nomen, 70. ebhinnam h. e. gratis. *Vav cum zain* Pſ. 30. 11. *veziz* & fera agri mecum eſt, h. e. meæ eſt poteſtatis, non eſt extra meam ditionem. 70. Oræotés pulchritudo *ziv*; *vav & nun finale* Pſ. 144. 13. min zan el zan a cibo ad ci-

Vulgata habent: corvus h. e. yorebh in ſuperliminari; de beſtiis, & avibus ad feneſtram cantantibus agit. 1. Sam. 23. 21. & 1. Reg. 12. 16.

cibum 70. ex hoc in hoc, mizzo el zo: *promptuaria eorum plena*, h. e. cellaria vino, & cella penuaria eorum frugibus, *eructantia ex hoc in hoc*, ſi unum genus frugis deficit, alterum uberrime ſuccedit. Chaldæus: eructantia ex hoc anno in alterum. Omnia hæc Hebræus hod. aptat piis: oves *noſtræ*, cellaria *noſtra* &c. veteres legerunt contrarie *eorum*, nempe impiorum, uti 70. quod ex v. 17. (inquit Calmetus) colligitur. Pſ. 71. 17. *ante ſolem permanet nomen ejus*, donec ſol orbem illuſtrabit, Meſſiæ quoque nomen erit in gloria. Loco *permanet* Hebr. *jinnon*, vel *jinnin* quaſi filiabitur per ſucceſſiones temporum, ſoboleſcet, ſeu veluti familia per proles, ita gloria, & nomen Meſſiæ propagabitur; Chaldæus, 70 & Hier. *jichchon* h. e. perdurabit, ut Knappius exiſtimat, vel *jalun* ut putat Calmetus. Iſai. 28. 13. mandatum ad mandatum *tzav le tzav* manda, remanda: 70. tribulatio ad tribulationem *tzar le tzar*, vav cum reſch confuſum. *chajjam* ſicut mare Thren. 2. 13. O Jeruſalem magna eſt velut mare contritio tua: ob copiam lacrymarum: valde deſtructa, & contrita es mœrore. 70. valde magnum factum eſt poculum contritionis tuæ *chechos* poculum chos, *vav* loco *jod* & *ſamech* loco *mem* finalis. Pſ. 139. 15. *vekomati* & erectio, ſtatura, ſubſtantia mea Hebr. loco *vav reſch*, *rukkamthi*, acu pictus ſum, variegatus in utero; Calmetus 70. viralem lectionem hic optimam dicit. Zach. 14. 6. *jekaroth* ſplendores, res caræ, 70. *vekaroth* & frigora. Gen. 49. 5. *Simeon*, & *Levi vaſa* ſunt *iniquitatis* (h. e. inſtrumenta) quia indignis modis Sichemitas occiderunt. Samaritanus, 70. & hodie plerique non *jod*, ſed *vav* legunt, (non: *cheli* h. e. vas, ſed *chillu* h. e. perfecerunt.) vertuntque: *perpetrarunt iniquitatem.* De hac literarum alternatione fuſe, & utiliter diſſeritur in clave Dialectorum Grammaticæ Arabicæ Erpenii edit. Lugd. Batav. an. 1770. ſubnexa.

yain ſæpe ignoratur, an non ſit ortum ex *tza-de* ſignificatu Chaldaico e. gr. Pſ. 2. 9. a *ratzatz* ſeu *rayay* erit non *reges* eos in virga ferrea, *thiryem*, ſed *conteres* eos, *theroyem.*

Huc inſuper non male refertur literarum ejusdem in pronunciatione ſoni confuſio, vitium, quo nec in vivis Europæorum linguis facile caremus: puta: ſi Germanus Germano, in orthographia non ſatis verſato, quidpiam dictaret, quam ille frequenter pro *d t*, pro *b p* pro *v f* & ſic porro ſcriberet, ſæpe non absque variatione ſignificati! In confeſſo eſt apud omnes, hac de cauſa verſores non raro a vero deerraſſe, & Amanuenſes Hebræos fato huic non ſubfuiſſe putabimus? Huic errori multi attribuunt Eccli. 1. 16. ſapientia graditur cum electis *fæminis*, h. e. practica virtutum notitia eligi dignas, ſeu probas mulieres comitatur; in Græco eſt *ſpermatos* h. e. *ſeminis* cum electis generationis, familiæ h. e. cum probis hominibus; *ſ* igitur ex *s* factum, velut ſi loco: *falſa eſſe dixit*, ſcriberes *ſalſa eſſe dixit*, ac ſi autor coquinariam feciſſet. Pariter Iſai. 60. 4. Gaude Jeruſalem in adventum Meſſiæ, omnigena felicitate cumulaberis, multiplicabitur populus tuus, filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere (uberibus tuis) ſurgent: poteſt ſenſus eſſe: juxta te erunt, latus tuum ſtipantes ſurgent in honorem tuum, naſcentur. MSS. & nonnullæ editiones oſtendunt de manibus Hieronymi fluxiſſe *ſugent*, fert Hebræus: filiæ tuæ ad latus (yal tzad) nutrientur; *tzad* autem, quod latus ſignificat, hic pro *ſchad*: *ubera* poſitum fuiſſe multa ſvadent. Quid ſi Pſ. 2. 12. *apprehendite diſciplinam*, quod recentiores (ſed nemo veterum) vertunt: oſculemini filium: *apprehen-*

hendite verſum eſt, quia lectum, aut pronunciatum non *naſchſcheku*, ſed *naſcſcegu* à *naſcag* apprehendit. Gen. 36. 33. quia puteo deficiente deficit pecus, omnis proin œconomia Patriarcharum, Iſaaco læti nunciant ſervi: *invenimus aquam:* unde appellavit eum locum, ſeu fontem *abundantiam*, & nomen urbi impoſitum eſt Beerſabeey. (70. apud Chryſoſt. & Ambroſ. *non invenimus*, intelligi poteſt illico non inveniſſe, quod ſolicitius ſcrutantes deinde invenerunt) *beer* puteus, ſed *ſcabay*, & *ſchabay* duo diverſa valent, hinc alii vertunt: fons *juramenti*, quod emitti percuſſo fœdere ſolebat; alii *ſeptem*, quaſi 7. agnos dederit; alii *abundantiæ:* Hieronymus in h. l. „Iſaac declinavit paululum literam, & pro ſtridulo Hebræorum *Schin*, a quo Sabee incipitur, Græcorum ſigma, id eſt: Hebræorum *Samech* poſuit„ (vel ex hoc puto *Schin* olim ſcin non denotaſſe, ad cujus ſonum *ſamech* ſufficeret. (*s*)

Judic. 12. 6. Cum Ephrathæi adverſus Jephthe inſurrexiſſent injuſte, quod factam ſibi inju-

 riam

(*s*) Pſ. 103. 11. dicitur intra montes aquas copioſas Dei largitate fluere, & ita *potabunt omnes beſtiæ agri: expectabunt onagri in ſiti ſua.* 70. legerunt per *ſcin ſcribberu*, quod eſt *expectaverunt*, ſed indubie oportet legi per *ſchin ſchibberu* fregerunt, ſeu frangunt, extinguunt ſitim ſuam; vel ex Arabico, ubi *tsabar*, per thav tribus ſuperne punctis notatum, valet depellere, depellunt ſitim ſuam. 3. Reg. 9. 12. *chabul* 70. *gebul.* Job. 35. 11. Zemiroth ſoni, cantiones, 70. cuſtodias h. e. Schemiroth. Pſ. 60. 6. dediſti metuentibus ſignificationem, (ſignum) ut fugiant a facie arcus: dat nempe Deus ipſum reverentibus indicia, & ſigna, ut mala animæ incurſantia ſciant effugere. Hebræa vox *nes* ſignum, (ut Hungaris e. gr. neſzt hall) in ſpecie vero vexillum ſonat: de-

riam judicarent, quia ipſe pergens contra Ammonitas non vocavit eos, Jephthe collectis Galaditis Ephrathæos bello eſt aggreſſus; per vada Jordanis revertendum erat Ephrathæis; itaque Ga-

---

dediſti o Deus; vexillum, ſub quo collecti pii jacula evadent hoſtium, ut liberentur amici tui a facie arcûs: *kæſchæth* per *thav* eſt arcus, per *tet koſcht* (kæſchæt) eſt firmitas, veritas, Hebr. habet *tet*, vertiturque: dediſti metuentibus te vexillum, quod intuentes ſub illo ſe colligant, velut milites in campo Martio ab hoſte cincti, certamque inveniant viam ſagittas hoſtium declinandi, ut fugiant *propter veritatem* (*á facie* hìc idem eſt, quod *propter*) ſed melius dicitur *thav*, non *tet* eſſe literam originalem, nam 70. Syrus, Symmachus, Hieronymus *thav* viderunt in ſuis exemplaribus. Inveteratus error, Chaldæus enim, & Aquila *tet* legunt. Calmetus in h. l. „lectionem 70. Syri, S. Hieronymi, veterumque interpretum ſequor, quibus fertur, uti a Vulgata.„ 2. Sam. 1. 19. *hatzebi* o decus Iſraëlis! Hier. conſidera! legit *tzepha p* loco *b*. 1. Sam. 13. 21. petzira 70. betzira h. e. vindemiæ. Deut. 1. 13. leſchibhtechem h. e. tribubus veſtris; 70. le ſchophtechem h. e. judicibus veſtris. Pſ. 100. 3. & Iſa. 9. 4. (pag. 4.) Iſa. 9. 6. erit regnum Meſſiæ ad dilatandum, multiplicationi, augmento ejus non erit finis *lemarbæh*, 70. cum *aleph*, & *phe*, *le marphä*: *in ſanitatem*, ſeu in ſalutem erit populis. Gen. 41. 43. *abrech* pro *habrech*, in *hiphil* enim Chaldæi & Arabes loco *he aleph*, ſeu loco *hiphil aphel* habent; clamabat præco in exaltatione Joſephi *flecte genu*, ſeu ut habet Vulgata: *ut omnes coram eo genuflecterent*: alii *ab* pater, *rech*, vel *rich* Syr. Rex; alii: pater protectione, *rech* ſeu tener, ætate, quippe adhuc junior; ſed Hebræus ſermo, reſpuit talem compoſitionem, ſaltem plerumque. Veteres Ægyptiaci monachi dicto *abrech* benedictionem poſcebant. *lo* ambiguum Job. 13. 15. uti in aliis XV. aut. XVIII. locis. *aleph* pro *yain* ſtat locis 36. pro *he* 41. *he* pro *jod* in XXII. textibus poſitum creditur.

Lev.

Galaditæ, vada hæc occupantes, bene gnari Ephrathæos loco *ſchin* ſonum *ſcin* ſeu *ſamech* efferre (ſicut fere ita hodie alternant relate ad Hebræos Arabes, adhibendo ſchin loco ſcin, & viciſſim)

 quem-

Lev. 11. 21. manifeſte errarunt Maſorethæ, & textus ſenſum vitiarunt *lo* cum *aleph* in textum illato, *lo* cum *vav* ad marginem rejecto. Nimirum ex more ceteris etiam gentibus uſitato 4. ſpecies locuſtarum tamquam mundas edi a Judæis Moyſes permittit, *modo crura habeant ad ſaliendum illis in terra: modo non habeant crura ad ſaliendum* legi debere in textu decernunt Patres traditionis Hebraicæ, quos Ludolphus Jobus commentario ad Hiſtoriam ſuam Æthiopicam edit. Francof. ad Mœn. an. 1691. pag. 185. hiſce flagellat. „ Exemplum habemus ſuperſtitionis Maſorethicæ; conſtructio, ſenſus, grammatica, & ſana ratio docent pro *non* ſcribendum eſſe (affirmative) *ei*, (in Dativo) illi tamen exemplar ſuum mendoſum, quod ſciebant a nullo Propheta eſſe profectum, emendare non fuerunt auſi, ſed in margine ſcripſerunt per ſuum *keri*; (pag. 8.) Samaritanus codex manifeſte habet iſtud Maſoretharum *ei*. Et tamen viri docti nullas a Samaritanis petere volunt varias lectiones. „ In diſſertatione ſua multum famigerata de coturnicibus a Deo Judaico populo ſuppeditatis, quas reipſa locuſtas fuiſſe prolixius diſputat, aſſerit *lo* in vulgatis Hebræorum codicibus mendoſe poſitum, Verſores, Germanicum, Junium, Tremellium, & Caſtalionem in errorem induxiſſe, contra omnem ſenſum, ipſamque ſacri Scriptoris mentem, prorſus abſurde, contra ipſam locuſtarum cruribus, quibus ſaliant, præditarum phyſicam conſtitutionem. Itaque 70. & Vulgatus cum Samaritano hic retinent veritatem, ita tamen, ut eam etiam Hebræus conſervet ſaltem in margine, unde deberet in nativum ſuum locum in textum, ejecta inepta altera lectione inferri. Tantum unius literulæ mutatio valere poteſt ad errorem!

Jer. 11. 16. hammulah loquela a *hamal* al. circumciſio à *mul*. Jer. 12. 13. nachhalu hæreditatem acce-

pe-

quemlibet tranſire volentem interrogabant, num Ephrathæus, eſſet? & negantem cogebant proferre obviam, & loco convenientem vocem: *Schibbolæth* h. e. ſpica, vel potius: lenis decurren-

perunt. al. a chhol, aut chhalah ægrotarunt. Thr. 1. 14. niſchkad, vigilavit. al. colligatum eſt, deſignatum. Thr. 3. 65. meginnah ſcutum, confractio, mœror; v, 66. *thirdof.* illane perſequetur, vel tu perſequéris? Ezech. 16. 43. non feci juxta ſcelera tua: 70. Hier. *yaſcithi* Hebr. Chald. feciſti yaſcitha. v. 50. avertam al. convertam. 19. 7. occiſis maritis viduas fecit yalmenothav. al. armenothav, palatia. Arabs. arces, & palatia eorum cognovit; Vatablus; libidinem cum viduis exercuit. Ez. 27. 42. ſchæ baim qui veniunt. Scebaim Sabæi, populi. 70. Sphobeim. in *eorum* manibus, 70. Hier. Chald. hod. Hebr. non *hem*, ſed *hen* offert, vel per enallagen, vel potius corrupto textu. Ez. 28. thachhnith ordinabis (tachhan) thabnith ædificii delineatio. v. 13. in die, qua conditus es, *bari* impinguatus. Ez. 29. 7. mayatha diſſolviſti, hodie hayamadtha h. e. ſtare feciſti. Zach. 11. jotzær fictor, figulus otzær per *aleph* theſaurarius; yenam oculi, yavonam iniquitas eorum. *amutzim* per *aleph* roborati, chhamutzim fermentati Zach. 6. Thr. 4. 7. Nazaræi ficut lac coagulati ſunt: ita legitur in Com. Mart. temp. Paſch. Græce etyróthéſan, fors debet eſſe epyróthéſan, rubefacti ſunt. *Adam* ita rubrum ſignificat, ut candore, & nitore inſignem innuat, & Arabibus *Adamo* ſuperlativo gradu de camelo: aut alio jumento, ſi ſummo candore niteat, dici ſolet. Prov. 31. 10. ſtrenuam, virtute præditam mulierem quis inveniet? remotior eſt h. e. comparatu difficilior eſt ipſis pretioſis margaritis; eam, quam margaritas, invenire difficilius. Hebr. *peninim*, ſi per *n* legatur, margaritæ ſunt, fors Hier. legit per *m penimim*, de interioribus, arcanis, intimis, penitioribus, *penima* interius, intro: verſio: *procul, & de ultimis finibus pretium ejus*: vel huic, vel debetur lectioni pinnoth, à pinna Hebr. angulus, extremitas, niſi vox utrumque denotet, nam etiam fœm.

rentis aquæ ſibilus: ille dixit: ſcibbolæth, *s* Latino, non Hungarico, quod poteſt etiam ſignificare *onus:* in Hebræo eſt: *æmor-na ſchibbolæth: dic quæſo ſchibbolæth:* ſequitur: *vajjomær ſibbolæth*, h. e. ille dixit: ſcibbolæth : & ſcribitur per *Samech*, quia olim *ſcin* defuit in Alphabeto. Exigua hæc ſoni, & literæ unius variatio in

 cau-

fœm. genere Græcis, & Romanis ipſa concha margaritifera pinnà dicitur, Eſth. 1. 6. in Græco, Plin. L. 9. C. 33. Prov. 3. 12. Quem diligit Dominus caſtigat, & quaſi pater in filio, complacet ſibi. Legit *che ab* chaph *præfixá*, 70. quos Apoſtolus more ſuo ſequitur, ad Hebr. 12. 6. chaph de radice eſſe rati, punctantes *chieb* h. e. dolere fecit, flagellavit, vertunt: flagellat omnem filium, quem ſuſcipit: ſenſu magis luculento.

Pſ. 22. In textu illo multum controverſo: foderunt manus meas, & pedes meos: (pag. 68. & 124.) *chaph* in *foderunt* Judæi dicunt eſſe *ſervile*, *aleph* eſſe radicale, vertuntque *ſicut leo*, Chriſtiani illi, qui textum hunc, licet evidentiſſime corruptum, volunt tamen a depravatione eſſe immunem, dicere ſolent *chaph* eſſe radicale, *aleph* more Arabum interſeri: quaſi a *chur*, ſive *charah* fodit, *jod* vero loco *vav* in textu poſitum indicio eſſe pluralis conſtructi, vertuntque: *fodientes*, addi *aleph*, ut a *chari*, quod eſt loco *charim m* litera ejecta, h. e. primores 4. Reg. 11. v. 4. & 19. diſtinguatur, obſervante Altingo ſect. V. de nomine pag. 128. Job. 3. 5. *chimrire*, atrores *chaph* radicali, ſeu *Domina:* ſenſus eſt: percellant natalem meum diem atrores ſpiſſiſſimi, *Cimmeriæ* tenebræ: vel *ut amaritudo* ſit, ſeu *bemerore*, *bimri're* amaritudine involvatur, (hinc Lat. mœror) *chaph ſervâ.*Complura iſtiusmodi in medium profert Hieronymus Comment. in Proph. e. gr. *matzor*, ſi *ma* (ait) ſit præpoſitio, *de Tyro*, ſi autem unus ſermo, munitionem ſonat: alibi. *Baſari* caro mea ex eis, *beſuri*, in recedere me, ſeu: cum receſſero ab eis. &c.

cauſa fuit, ut in ipſo Jordanis tranſitu omnes occiderentur, & *ceciderunt in illo tempore de Ephraim* 42. *millia.* Petro quoque ſua, Galilæis propria, & a puriori Jeroſolymitana diverſa dialectus, qua literæ *Aleph*, & *Ain* confundebantur, exitio fuit, ſuffecitque, ut proderetur Matth. 26. 73. Marc. 14. 70. Jam tum prona fuit in deſcriptione exemplarium ex diverſitate dialectorum erroris occaſio. Prolixius iſtud perſequitur Buxtorfius in Lexico Chaldaico Thalmudico Rabb. voce *galil* pag. 434.

Cauſſa Quarta.

Incertitudo ejus, an litera in textu occurrens *radicalis* ſit, vel *ſervilis*, & hæc an *formativa* vocis, aut mere *præfixa*. Norunt, etiam qui Biblicæ linguæ V. Tti vix prima rudimenta perceperunt, e XXII. literis, XI. (proinde dimidium Alphabeti) eſſe ſerviles h. e. jam pertinere ad radicem, jam eo ſolum fine accedere, ut ex radice conjugationes, tempora, perſonas, ſubſtantiva, adjectiva, generaque forment, & efficiant, aut vicem obeant noſtrarum præpoſitionum. Continentur hoc mnemoſyno: *Moſche chathabh elénu.* h. e. Moyſes ſcripſit ad nos. Porro non infrequenter nullum ſuppetit medium cognoſcendi, an hujusmodi litera *ſervilis*, modo ſuo fungatur officio, & ſi ita: num formativa ſit, aut præfixa: vel ad radicem potius pertineat, alio ſenſu, ſi pro radicali, alio, ſi pro ſervili ſumatur, naſcituro. (*t*) Accedit, literas vulgo *quieſcentes*, aut

(*t*) Quædam exempla in ſuperioribus allata huic loco non inepte accomodantur. Gen. 41. 43. illud *abrech* (pag. 694.) prout *Aleph* vel concipitur formativum conjugationis, vel radicale vocis *ab* &c. Hier. in com-

aut *quieſcibiles* æhevi h. e. Aleph, He, Vav, Jod, quandoque hærere in textu ocioſe, merè ornatus cauſâ, (ut ſupra dictum in voce Melchiſedech pag. 582.) aut ſolam productionem ſyllabæ

comment. Pſ. 10. 1. transmigra in montem ſicut paſſer (pag. 125. l. 6.) Hebr. transmigra in montem *veſtrum* (loco *ſicut*) paſſer. Deſcriptores *vav* exile oculo errante prætereuntes *chemo* h. e. ſicut in *chem* h. e. veſtrum male transformarunt, & juncturam fecerunt vitioſam. Semper mihi potior erit 70. virorum lectio, noſtræ mater, ſynaphia (h. e. contextu) poſtulante: Dicunt amici: ecce peccatores, hoſtes noſtri intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. Non eſt medium aliud, in pedibus ſalus, fugâ te, velut avis in montem, locum quippe tutum, proripe! *Jod* ne ſit, aut *vav* codices Hebr. variant, duplex mendum in Hebr. agnoſcit Calmetus, locum, librariorum vitio poſt tempora S. Hieronymi corruptum, dicit Bellarminus. De ave ad avem convertamur! Pſ. 103. 17. *herodii* (h. e. Doctoribus Hebræis, ait Pagninus, milvus albus, vel ſtruthio, vel ardea, vel fulica Germ. al. habicht, al. kibitz, & quid non aliud?) *domus*, ſeu nidus *dux eſt eorum*, nempe nidorum. Dux h. e. maximus: vult Sacer ſcriptor dicere: *nidus ciconiæ*, quæ herodius, ſeu helodius e græca voce dicitur, (ſicut hirudo a ſimili, quaſi paludinoſa) quod *en helodeſi*, h. e. locis irriguis, paludinoſis, pratiſque virentibus paſcitur, *eſt maximus*, & ceteris nidis avium (velut in caput eſt, & in principem) eminentior, grandiorque. Vocem enim fontis *chhaſida* ciconiam valere vir in his maximus, Samuel Bochartus non tantum ſolide, ſed amœne etiam docet, & demonſtrat pag. 327. quamcunque aliam avem divinent alii, Sapientiſſimam, & altiſſimam Omnipotentis providentiam, qua omnia congruenter naturis rerum diſpoſuit, enumeratione partium commendat author; ante ferebat, ſuper cedris Libani aves nidificare, modo ſubjicit, nidis ceterarum eum, qui eſt ciconiæ, magnitudine præcellere. Ita 70. quia *beth*

bæ notare, ſeu, ut vulgo loqui amant: eſſe paragogicas, (productivas ſyllabæ) alias vero ad ſenſum facere. Pſ. 47. v. ult. Ipſe reget nos in ſecula (pag. 127.) diriget nos, ut paſtor ovem pe-

---

beth rati ſunt eſſe ſervile, beroſcham, in caput eorum; at ſi *beth* ponatur radicale, & *beroſch* pro una voce ſumatur, non ducem, ſeu caput, ſed abietem ſonat: *ciconiæ abietes* (beroſchim) *ſunt domus ejus*, h. e. ciconiæ pro nido ſunt abietes, in abietibus illa nidificat. Differentia exigua: ſi poſtulas, quam ego hic lectionem præferam? fontis. Jer. 2. 34. *metzathim* litigant interpretes, an *inveni* eos, ut habet Vulgata, vel *inveniſti* eos cum Rabb. Salomone, Vatablo, & Pagnino verti debeat. Æque ambiguum, an Ex. 2. 10. ſenſus ſit, infantem Moyſen a filia Pharaonis de aquis eductum, vel a matre, *de aqua tuli eum:* meſchithihu, vel *tuliſti*. Ier. 2. 36. in omnibus *his* Hebr. *ellæh*. pro ſubſtantivo habent 70. *elah*, in quercubus. Azal, *thezeli* abibis Vulgata: vilis facta es â *zul*; Gen. 30. 11. *bä gäd* venit fortuna, *begad* in fortuna h. e. feliciter. Verboſior. in h. l. Calmetus, *ardua ſunt in hoc textu multa*, inquit: venit turba, exercitus, miles, proſperitas: cum prolis hujus nativitate venit turma, ego mater ſum turmæ filiorum. *Gad* Jovis aſtrum, cujus felix creditur influxus; ſolem dicit Calmetus; gud bonum ſignificat Arabibus, non ſecus, ac Germanis. Jer. 2. v. ult. *bamah* excelſum, Gr. ypſoma, beth ſervâ *bemæh* in quo? Pſ. 62. 2. Deus, Deus meus ad te de luce vigilo h. e. ſummo mane ſurgo, & illico ad te cogitatio mea: ſitivit in te anima mea h. e. tam ardenter cupio te o Deus frui, velut æſtu areſcens, anhelus petit aquis ſatiari, *quam multipliciter tibi caro mea* nempe adhæreſcit, inhiat, acquieſcit. loco *quam multipliciter* Hebr. *chamah*, ajunt vulgo *chaph* eſſe radicale *chamah* verbum *lamed he*, he puncto in ventre gravari, unde tribus aliis ſic *he* mobili ſcriptis adnumeratur, valetque concupiſcere, *concupivit te corpus meum*: Ita Symmachus, & plerique *chamah* verbum eſſe, & *deſiderare* valere arbitrantur, ſed quia in

perenniter, in æternum. Bene indubie; ita *yain* & *Lamed* ſunt de radice, yolamim, fœm. - - oth ſecula, æternitas; ſignificatio ab yælæm puer, ætas pueritiæ, hinc Chaldæus transfert: ipſe ducet

in unico hoc loco occurrit, alii transferunt, te intuetur. expectat, languidos habet (præ deſiderio) oculos: Aquila *extenſa eſt*, volat, aut intenta eſt. 70. *chemah*, vel chammæh legerunt cum Theodotione, *ſicut quid* ſeu *quam multipliciter* Gr. *poſaplós*, (non póſaplos, quam ſimpliciter) Calmetus ſic: *chamah* pro verbo ſumendo vox Hebræa non eſt, ita igitur hunc verſiculum explico cum ſequenti conjunctum: *ut caro mea ſitit te* (repeto verbum præcedentis verſiculi) *in terra deſerta*, *arida*, *& inaquoſa*, v. 3. *ſic in ſancto* templo tuo *videbo te.* „Prodit alter cum apparatu eruditionis ſuæ non vulgaris, &, quod verum eſt, adducit, *chamah* Arab. valere cæcutivit, & in V. conjugatione *in incertum vagatus eſt*, itaque verti debere: caro, ſeu corpus meum quaquaverſum oberrat, & veſtigat te.

Iſai. 53. 9. *Et dabit* Chriſtus *impios* Judæos pro ſepultura h. e. ad ſepulturam, ſive internecionem per Titum Veſpaſianum, *& divitem* quemlibet Phariſæorum *pro morte ſua* h. e. morti tradi faciet pro illata ſibi nece. Vel: dabit, conſtituet Deus Pater Chriſti ſepulcrum, ſive locum ſupplicii cum impiis duobus latronibus, *& divitem* conſtituet Joſephum ab Arimathæa Matth. 28. 57. pro morte ejus honorifice curanda, ut divitis hujus tumulo ſepeliatur, & recondatur. Vel: Pater *impios* Ethnicos Chriſto dabit ad fidem eos adducendo, pro eo, quod ipſe pro nobis tanta perpeſſus ſit, & morte ſublatus fuerit, *& divites* etiam aggregabit Eccleſiæ Chriſti, ut, quoniam pro peccatis hominum animam poſuit, videat ſemen longævum h. e. poſteritatem per ſecula ſucceſſuram, ut *generationem ejus*, (vox *dor* polyſema) h. e. inter alia, Chriſto generandam per fidem poſteritatem præ multitudine nemo queat numerare. Sed Theologica tango! videſis, quod Philologia, ſed non citra influxum in ſenſum realem ſuppeditat: *bemothav*

cet nos in diebus pueritiæ noſtræ; quia vero *yolam* proprie ſecretum, latens, & occultum notat, vertendum cenſent alii: ipſe (Deus) ducet nós in arcanis providentiæ ſuæ. Eadem vox Pſ. 15. 20. occurrit. *Yal* ſeparant plerique â·

muth,

thav h. e. ut vertitur paſſim, *in mortibus ejus*, non eſſe duas voces, ut *beth* ſit præfixum, ſed unica voce dici, *beth* radicali, *bamah* h. e. excelſum, uti *altare*, *monumentum ſepulcrum*, quemadmodum Græce bómos, béma, ac Syriace, & Arab. eadem vox uſurpatur, *kametz* in *ſchva* correpto, vav quieſcente ejecto, *bemothav* valere *excelſa ejus*, ut *kebher*, & *bamoth* ſynonyma ſint, ſibi de more reſpondentia: *conſtituit* Deus Pater Chriſto *cum impiis ſepulcrum ejus*, & *cum* (yaſchi'r *divite·tumulum ipſius*. Caput hoc Iſaiæ adeo clare Chriſti patientis exhibet imaginem, ut teſte Payva L. 4. defens. Trident. fidei, plures ex Africa Judæi patria, bonisque fortunæ relictis, ad fidem Chr. converſi fuerint, maxime, quod loco: *percuſſum a Deo* v. 5. *vidimus*, legerint *percuſſum Deum*, ut legi poteſt, quidquid obluctentur alii: muchchæh Ælohim, poetice tranſp. Ælohim muchchæh: vel ſubſtantive *machchæh* percuſſio, flagellum Dei, h. e. a Deo percuſſus, vel Deus percuſſus. Propoſitiones non paucæ hoc loco varium ſenſum faciunt in Hebræo, fraudi Judæorum aliquid tribui poteſt. (pag. 100.) v. 7. *oblatus eſt*, *quia ipſe voluit*: al. *acceſſit*, vel accedere factus, oblatus eſt, & reſponſum eſt ei, ſeu *audivit*. al *exigebatur* ab ipſo pœna pro nobis, & *affligebatur*, humiliabatur pro nobis. *propter ſcelus populi mei percuſſi eum*: a me eſt ei plaga. 70. & Theodotion aliter punctarunt. *Lamo* pro *lahem eis*: vel pro *lo* ei ponitur, ut Iſai. 44. 15. & omnes Grammatici notant *lamo* pro ratione ſenſus valere etiam *lo*, ſeu poni ſingulariter, hic vero contextus ſemper de uno percuſſo loquens ita exigit. Vel locus ſecundum quid corruptus eſt, cum 70. legerint: per iniquitates populi *échthé eis thanaton*, ductus eſt ad mortem. h. e. *niggaſc*. Hebr. ut 1. Sam. 13. 6. vel *nüggay lamóth*, uno thau addito.

muth, & vertunt ſuper morte; non vacat meminiſſe, quam diverſis chartas commentis impleant interpretes in h. l. de cantatricibus puellis (yalamoth enim ſunt virgines) cogitat Calmetus, ſtatuitque vocem *yalamoth* loco movendam, jungendamque Pſalmo ſequenti, qui compoſitus fuerit pro choro Virginum. Nulla autoritate, neque ſolido ſatis fundamento.

Cauſſa Quinta.

Incertitudo ſignificationis litterarum, aut vocum, quibus Latini ſermonis præpoſitiones, conjunctiones, aliæque hujusmodi particulæ exprimuntur. Litteræ illæ apud Grammaticos technica voce: *moſche*, *vechaleb ëthan: Moſes & Chaleb fortis*: vel ordine ſuo: *bohu chol maſch: inanitas omnis receſſit*: denotantur, *beth* vulgo exponitur *in*, verum non eſt ulla in Latino præpoſitio, cujus aliquando non fungeretur officio, valet nempe *cum* ſocietatis, auxilii, vel inſtrumenti; *pro*, *propter*, *E*, *vel ex*: *contra*, *inter*: ut benedicta tu in mulieribus: *de*. Eſt etiam nota quaſi nominativi, beth eſſentiæ: Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus ejus: *penes*, *juxta*, non vero ſemper *intus*: *per*. Rom. 3. 24. per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu: h. e. per ipſum. Eph. 5. 32. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia, Corn. a Lap. inter alia dicit, *beth* valere caſum gignendi, vertique poſſe: *ego autem dico Chriſti*, *Eccleſiæ*; vel per hendyadin: in Chriſti Eccleſia: vel: *propter*, *ex*, ex ſignificatione conjunctionis Chriſti cum Eccleſia. Pſ. 67. 19. accepiſti (ſignificat etiam dediſti, ut Apoſtolus reddit, lakachh hebr.) dona *in* hominibus, h. e. beyabhur propter homines, in gratiam homi-

minum, ſeu hominibus. 3. Reg. 8. 9. in arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb. quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Iſrael. Contradicere videtur Paulus Hebr. 9. 4. in arca erat urna habens manna, & virgam Aaron, quæ fronduerat. Varias inter reſponſiones, quartam vulgo aſſummunt cum Corn. a Lap. *in* hîc apud Paulum valere *penes*, *juxta:* intus non erant, erant tamen juxta arcam urna, & virga; & ſic tanta uno ictu tollitur difficultas; ſed manet adhuc incertum, num *in* hoc loco *penes* valeat. Pſ. 150. Laudate Dominum in ſanctis ejus: eſt, qui vertat: propter ſanctitatem ejus: vulgo vertitur: in ſanctuario ejus, h. e. in templo. (pag. 414. & 610. lin. 4.) *In doctrinis* glorificate Dominum, in inſulis maris nomen Domini Dei Iſraël. Hebr. loco in doctrinis habet *bäürim*, bëer in piyel valet explicuit, doctrinam explanavit. Alii vertunt *beth* ſumpto pro *in*, *in ignibus*, ſeu illuminationibus, accenſis facibus. Valde multi: *in cavernis*, etiam troglodytæ, (pag. 493. lin. 29.) & qui ſubterraneos habitant receſſus, laudent Deum, *or* enim per aleph, & vav, etiam valet vallem, ſpeluncam. Iſai. 11. 8. & 18. 4. ac 25 19. alii, *jod* excidiſſe, vel *or* uſurpari pro jëor, *in fluminibus*, qui penes flumina incolitis. Alii *aleph*, alternare cum chheth, bachhurim, *electi populi.* vel cum *he*, behárim, laudate Deum *in montibus.* Quis hanc Iſaiæ voculam C. 24. 15. certo nobis exponet ſenſu?

Deut. 1. 1. Joſue 1. 15. hæc ſunt verba, quæ locutus eſt Moyſes ad omnem Iſraël *trans Jordanem*, ſudat hic Calmetus, Moyſes utique Jordanem nunquam tranſiit, 1° ajunt *yæber*

bær duo contraria valere, *cis*, & *trans*, quod negant alii: verum eſt, totum a ſitu, & ſtatione pendere, quod mihi eſt trans, alteri e regione in adverſa parte fluvii conſiſtenti eſt cis. 2º Hæc verba inſerta fuiſſe ab iis tardius, qui opus Moyſaicum in 5. Libros digeſſerunt, quibus jam trans Jordanem fuere hæc, quæ populo olim ante trajectum Jordanem erant cis; nam Librorum Moyſaicorum diſtributionem penitus ex arbitrio eſſe. 3º *Yeber*, unde Græcorum hyper, Latinorum ſuper, Germanorum über, nec valere trans, nec cis, ſed tantum ad latus, ad partem, e regione. 1. Reg. 14. 40. 4. 24. - 4º Quam facile unico quaſi flatu diſſipaſti omnia, ſi *yæbær* ſubſtantivê capiens, (omnia enim adverbia reipſa ſunt in Hebræo mera ſubſtantiva) attendas eſſe *be: beyæbhær*, *in tranſitu*, ſeu: in procinctu ad tranſeundum Jordanem: dum toti in eo ſumus, ut tranſeamus, omniaque ſtudia noſtra eo convertimus, ſed multis obſtaculis impedimur, dicimus nos eſſe *in tranſitu*; ſic clarius redderetur, & Naturaliſtarum cavilli ſponte conciderent! non tantum ſitus, atque loca in contextibus, ubi beyæbher iſtud occurrit, ſed littera præfixa *be* evincit non trans, ſed in tranſitu, in transgreſſione, h. e. rurſus ex circumſtantiis: in præparatione ad transgreſſionem Jordanis: verti propriê debere. Hac explicatione non Vulgata reprehenditur, quæ vocem *yæbær* preſſe reddit, ſed ſenſus ejus declaratur.

He inter alia eſt interrogativum, *ſi*, *num?* ut Hungaricum *ha:* an autem interrogatio talis affirmet, aut neget, manet ſæpe dubium. Job 5. 1. *voca ergo ſi eſt*, *qui tibi reſpondeat*, nimirum tibi, & ſententiæ tuæ aſſentiendo, & *ad aliquem ſanctorum convertere*, qui tibi conſen-

 tiat,

tiat, & patrocinetur; ait Eliphaz amicus Jobo. Heterodoxi vulgo reddunt: *voca modo, an eſt reſpondens tibi? & ad quem ex ſanctis reſpicies? hajeſch yonæcha, ve æl mi mikkedaſchim thiphnæh? mi, quis*, (ut apud Hungaros quid?) interrogativum eſt, ſed etiam valet *aliquis, quispiam;* nihil facilius foret, quam Vulgatæ verſionem hîc defendere, poſtquam ei 70. Chaldæus, ipſeque Lutherus quoad poſteriorem verſûs partem, ſuffragantur. Sed ajunt, *voca ſi eſt:* item *ad quem ex ſanctis reſpicies?* æquipollere huic propoſitioni: nullus eſt, ad nullum ſanctorum potes reſpicere, qui tibi auxilietur; unde excluditur potius, quam ſvadetur recurſus ad ſanctos, aut invocatio eorum; atque, hinc Bellarminus reprehenditur a Rambachio inſtitut. Hermen. C. 8. §. 10. verti namque oportere *ad neminem de ſanctis reſpicere potes* ad cauſam tuam defendendam: quæ ſi cogitaſſet (ait) Robertus Bellarminus, nunquam ſane ſcripſiſſet de verbo Dei L. 2. C. 12. ebrium fortaſſe fuiſſe Chemnitium noſtrum, quum invocationem Sanctorum hoc dicto probari poſſe negaverit. „Pro certo ponunt iſti: *ha* æquivalere in propoſitione affirmanti negationi: ſed falluntur: e. gr. 1. Reg. 10. 24. & dixit Samuel ad omnem populum *ha reithem* num videtis, quem elegit ipſum Dominus? h. e. *utique ſane* videtis: & clamavit omnis populus, & ait: vivat Rex. ita & Ezech. 8. 6. Jer. 31. 20. Eliphazi ſermo potius ſupponit, iis, qui revera innocentes ſunt, & præter meritum patiuntur, ſanctos aſſiſtere, & patrocinari, ſive dein viventes, ſive mortuos, aut Angelos, quorum unum C. præced. v. 15. dicit ſibi apparuiſſe, dixiſſeque: neminem innocentem a Deo af-

affligi; unde nunc cauſæ ſuæ confiſus urget Jobum, & dicit, nullum ex Angelis reperturum Patronum cauſæ ſuæ, non quod piis, & juſtis calamitate preſſis opitulari nequeant, ſed quod Job talis non ſit, utpote qui propter demerita ſua plectatur. Certum proin manet heterodoxos ex hoc textu Sanctorum interceſſionem impugnare non poſſe, alioquin ſanctorum viventium pro aliis viventibus preces impugnarent, quod eſt contra S. Paulum, & C. 42. 8. Capitis 23. verſum 23. reſpicere debuerant: *ſi fuerit pro eo Angelus loquens, unus de millibus, ut annunciet* (Deo) *hominis æquitatem, miſerebitur ejus.* Hebr. malaach *melitz:* Angelus ſvaviloquus, orator, pro eo intercedens; non *homini* le Adam: ſed hominis æquitatem Deo: lamed enim non tantum Dativi, ſed etiam eſt nota genitivi, ſicut apud Hungaros, rei poſſeſſæ dum ſuffixum additur, poſſeſſor Dativo redditur: az embernek igazságát. Miſerebitur ejus, nempe ſi Angelus oraverit dicens: libera eum.

Vav valet & copulativam particulam, ſed induit pro ratione ſenſûs omnium aliarum particularum jungendi, aut disjungendi ſignificationem, univerſim 20. ſignificata habet uncus iſte. Conſecutivê *atque ideo: aut, vel* disjunctivê Apoc. 1. v. 3. in illo: niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem: Catholici bene reponunt, ſenſum eſſe: *aut*: quamvis non deſint aptiores loco ſolutiones apud Dogmaticos videndæ: Joan. 6. 54. ad mentem auditorum ſuorum, putantium carnem hanc, more communi, diſſectione partium, ut alias carnes, & ad nutrimentum corporis, quale panis modo mirabiliter multiplicatus præſtitit, edendam

 dici,

dici, reponit Chriſtus, ad intelligendam hanc manducationem ſupernaturali gratia opus eſſe, carnem edendam revera ſuam, quæ eſt deſtinata offerri pro vita mundi, ſed non, ut effectus producat vitæ temporalis, ut manna, puta: nutritionem corporis, & robur, ſed illos ſpirituales animæ, qui æternam vitam operantur; dum tamen hac etiam præmiſſa expoſitione, a carnis, & ſanguinis manducatione craſſê acceptâ pariter abhorrerent, ut adeo nec unum, nec aliud vellent credere, & facere, aſſeverat eum, qui ſeu utrumque, ſeu alterutrum facere detrectaverit, (velut indignum, impoſſibile, aut inconveniens) vitâ æternâ cariturum; ex quo prorſus non ſequitur, quemvis utraque ſpecie *actu* ſumere debere corpus Chriſti; lege Salvatoris id unum ratum cenſeo, ut neutrum, non carnem, non ſanguinem ſummere quiſpiam, tamquam indignum, & inconveniens perhorreſcat.

Idem *Vav* ſæpe exegeticum eſt, ſeu declarativum prioris, alias finem, ſive ſcopum, intentionem exprimit: dimitte populum, & (ut) ſacrificabit mihi. Rationem reddit prioris: iratus es nobis, & (quia) peccavimus. Jephthe Dux populi, cum votum vovit Domino dicens: *Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque de foribus domus meæ mihi occurrerit revertenti cum pace* (hoc eſt feliciter, & cum victoria) *eum holocauſtum offeram Domino.* Et victis Ammonitis, occupatiſque 20. civitatibus, victori reverſo unigenita filia cum tympanis jubilationis læta occurrit. Quoniam Judic. 11. v. 30. & 39. fecit ei ſicut voverat. An reipſa filiam offerendo in holocauſtum, vita privaverit, quod juxta 70. Vulgatam, Syrum, Arabem,

bem, ipſamque facti veritatem ſtatuendum videtur, vel tantum perpetuo virginem eſſe juſſerit, eruditiſſimis diſſertationibus agitatur. Heterodoxorum admodum copioſi virginitatem Deo obſtrictam, atque a filia conſentiente ſervatam fuiſſe volunt, quo confiteantur neceſſe eſt, antiquo jam ævo rem iſtam de meliori bono habitam eſſe, & Deo placentem, ad Hebr. 11. 32. factus eſt enim ſpiritus Domini ſuper eum, dum voverat. Hoc ut evincere poſſint, unicum eſt præſidium 1o in *aſchær*, debere verti non *quicunque fuerit egreſſus de foribus domus meæ*, hoc enim hominem determinate notaret, ſed: *quodcunque fuerit egreſſum*, neutro genere: *aſchær* enim eſt omnis, adeoque incerti generis:' *erit Domini Jehovæ*, ejus cultui, & miniſterio tabernaculi perpetuo virgo conſecrabitur, &c, h. e. *aut* offeram illud in holocauſtum, ſi fuerit objectum aptum, quale non eſt homo, qui tamen Deo ſpecialiter offerri, & virginitate ſervata ei mancipari poteſt. v. 39. virginitatem, ideſt mortem ante matrimonium etiam immolanda deflere potuit. Radiculam multijugæ ſignificationis *thinnah* hîc inveniunt, qua ſe tueantur, quaſi non ad lamentandum, ſed ad colloquendum ei aliæ puellæ ſodales poſterioribus annis inducta conſvetudine, convenerint. Verum Thargum, & 70. Vulgatæ conſentiunt, *ad lamentandum* (propter ſublatam e medio ſociam) conveniſſe. Gen. 14. 18. Melchiſedech Rex Salem proferens panem, & vinum (erat *enim* ſacerdos altiſſimi) benedixit (Abrahamo) Lutherus vertit: - - trug Brod, und Wein herfür, in gloſſa marginali addit: nicht daſs es opferte, ſondern daſs er die Gäſt ſpeiſet, und ehret. Quaſi ſpoliis dites, & ſatiati eguiſſent!

& vero: demus etiam refectos per Melchiſedech, moris nonne fuit ex oblatis in ſacrificium partem ſummere? adeo unum non excludit aliud; ſed hoc extra rem præſentem: intentus Lutherus eo, ne ex hoc textu Catholici argumentum forment pro oblatione panis, & vini, quæ ſit ſacrificium, ſeu: pro ſacrificio Miſſæ, 1º aliter interpungit, ſicque ſenſum mutat, protulit panem, & vinum. hic ponit punctum, ne *qua* ſacerdos, adeoque in ſacrificium eduxiſſe credatur. 2º Quia tamen adeſt in textu: erat ſacerdos altiſſimi: hoc caute jungit ſequentibus, *und er war ein Prieſter des höchſten, und ſeegnet ihn.* Et erat ſacerdos, & *qua talis* benedixit Abrahæ; qua vero proferens panem, & vinum non ſacerdotem, ſed opiparæ menſæ ſtructorem egit, & repræſentavit. Omitto interpunctionem eſſe contra ipſum Hebraicum, ubi poſt: ſacerdos altiſſimi: *ſoph paſuk* ſeu duo craſſiora puncta ponuntur. Dico *vav* ſeu *&* hîc valere *enim*, rationem reddi, cur exire fecerit, ſeu produxerit panem, & vinum, nempe, ut ſacrificet, nam fuit ſacerdos altiſſimi, ut antiqui in verſionibus ſuis agnoverunt, ſic enim determinat additum: *ſacerdos:* ſicut alias ex adjunctis definitur hæc ſignificatio ejus etiam juxta Lutherum Gen. 20. 3. Tu Abimelech *morieris propter mulierem*, *quam tuliſti*, habet *enim* virum. Hebr. *&* ipſa eſt maritata. Luth. dann ſie iſt eines Mannes Eheweib. Sic Ex. 13. 15. IV. Reg. 17. 14. II. Paral. 32. 9. *Vav* quandoque inchoat Propheticum librum: *Et* factum eſt verbum Domini ad Ezechielem &c. Aliqui etiam ex Patribus dicunt, ſacris vatibus plura a Deo fuiſſe revelata, quam ſcripto conſignaverint, itaque Prophetam rem quampiam

præ-

prævie mente fuiſſe contemplatum, & cum eadem id, ad quod non tantum contemplandum, ſed etiam deſcribendum impellebatur, conjunxiſſe. Verum, ſicut id Prophetis contingere potuiſſe, non eſt, quod negem; ita pro certo ſtatuere nolim; quod non in Propheticis tantum, ſed hiſtoricis quoque libris idem fieri paſſim obſervamus; reſtat dicendum, *vav* tali loco eſſe partim converſivum temporis, partim, ex more etiam Arabum, mere inchoativum ſermonis, Rabbinis propterea dictum *thechhillath haddebhorim* h. e. principium ſermonis.

Eth, Chaph, Lamed, Mem, Schin.

Eth, præpoſitum nomini (ſicut poſtpoſitum Hungaris) nota eſt accuſativi; ſed ſæpe, ut ſit maxime cum verbis neutris, nominativum indicat: Nehem. 9. 19. Dan. 9. 13. (Reinec. Gram. C. 3. Reg. XIX. de Nomine. Membro VI. Mayer pag. 345.) Gen. 17. 5. Non vocabitur ultra nomen tuum Abram, ſed erit nomen tuum Abraham: Hebr. *lo jikkare yad eth ſchimcha* &c. Gen. 21. 5. 100. annorum erat Abraham, cum ei naſceretur Iſaach. Hebr. *behivvaled lo eth Jitzchhak.* Alias *eth* valet *cum* ſocietatis Gen. 4. 2. Eva dicit: *Kanithi iſch eth Jehovah*, poſſedi, ſeu peperi virum cum Jehova, ſeu auxiliante Deo, per Deum. Lutherus vertit: poſſideo virum, eumque Jehovam: *ich habe den Mann den Herrn:* eſt enim *eth* nota accuſativi; notum eſt, quantum pro defenſione hujus verſionis fuerit diſputatum. *Chaph* ita eſt nota ſimilitudinis, ut ſit etiam veritatis: quaſi unigeniti a Patre: h. e. reipſa, tamquam. Item *qualis*, *talis: quaſi*, *circiter*, *circa.* *Lamed* eſt nota Dativi, ſed etiam Genitivi, (ſicut, apud Hungaros in poſſeſſivis) at-

que ex hac ambiguitate diſputatur, verti ne debeat *mizmor le David* Pſalmus *Davidis*, vel *Davidi* datus, & pro eo compoſitus, ut decantaret; ſaltem liquere volunt, ſic interdum debere intelligi in titulis Pſalmorum. Idem *Lamed* accuſativi index eſt, ut II. Reg. 3. 30. *haregu le Abner: occiderunt Abnerum:* Pſ. 138. 2. *intellexiſti cogitationes meas de longe*: Hebr. *Bantha lereyi meráchhók.* Plura loca refert Altingus Grammaticæ ſuæ pag. 431. edit. Francofur. 1686. ſed Syriſmus eſt.

Mem e vel *ex*, *a* vel *ab*, *ante*, *prius*, *præ*, prioritate temporis, loci, dignitatis; ſervit etiam circumlocutioni, qua comparativum efferunt, caret enim hæc lingua, non ſecus ac ceteræ Orientales, gradibus comparationis, ac ſuperlationis, quod interdum non modicas offundit tenebras, uti etiam inopia adjectivorum: ut ſi dicam Gen. 1. 2. Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, *Dei* an ſuperſativum indicet, h. e. ventum vehementiſſimum, ut montes, aut cedri *Dei* eminentem altitudinem: vel cauſam efficientem h. e. ut intelligatur ventus a Deo excitatus: ambigitur. Luc. 18. 14. *ab illo*: h. e. præ illo, ſeu magis, quam ille. pag. 572. lin. 18. Gen. 49. 12. de Juda dicitur: pulcriores ſunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores. Color nigricantium, aut rubicundorum oculorum, qualis eſt vini in regionibus illis, apud gentes illas in laude ponebatur, unde Vulgata comparativum expreſſit; videtur aliis ſimpliciter pro præpoſitione valere *mem*, *rubebunt oculi ejus ex vino*, *candidi erunt dentes ejus ex lacte*, nimirum partem illam terræ, quam Juda accepturus erat, vineis, & paſcuis abundaturam cygneo ſuo oraculo pater

ter vaticinatur. Pſ. 129. 6. interpunctione quoque variata vertunt hodierni *mem*, *præ*, *magis*, ut ſit nota comparativi: anima mea magis aſpirat ad Dominum, quam nocturni cuſtodes aſpirent ſolis ad ortum: ita jam Chaldæus, & Aquila, & recte: bene tamen etiam nos legimus: a vigilia una matutina ad alteram matutinam ſuſpirat ad Deum anima mea. Pſ. 4. *dediſti lætitiam cordi meo a* (fructu) *tempore frumenti*, *vini*, *&* *olei ſui multiplicati ſunt* (pag. 24. lin. 5. & 407. lin. 22.) aliter: dediſti lætitiam cordi meo præ lætitia illius temporis, quo frumenti, & vini optima, & uberrima eſt procreatio. Job. 28. 4. *meænoſch* h. e. magis, quam ægrotus. al. ab homine. Vulg. egentis hominis. Hoettingerus Joh. Henr. in analyſi L. Job. Tiguri 1691. tenues ſunt *h. c.* ob homines, qui alio vagati ſunt. Polus in ſynopſi Crit. de hoc verſu dicit: Nemo in hoc verſu interpretum conſentit, adeo omnes aliquem ſenſum conjectant. „Iſai. 59. 20. Redemptor ex Sion veniet. al. propter Sion.

Schæ ſive *aſchær* eſt relativum *qui*, *quæ*, *quod:* ſed etiam *ſicut*, *quemadmadum*, item loco *lemayan* h. e. *ut*, eo fine, *ut* Deut. 4. 40. vel cauſale eſt, *quia*, *ideo*, *quod*; vel *ſi*, *cum*, Lev. 4. 22. vel *chen*, *ita*, *ſic* 1. Reg. 15. 20. vel ponitur loco *vav* copulativi, Oſe 12. 9. Eccle. 5. 17. Pſ. 94. 11. *Ipſi vero non cognoverunt vias meas*, *quibus juravi in ira mea.* Ad Hebr. 4. aſt C. 3. & in Vulgata: loco *quibus* eſt, *ſicut*, *uti juravi in ira mea.* Pſ. 44. 4. *ha He* vel vocativum, aut nominativum deſignat, ut *a* vel *az* apud Hungaros (pag. 448. lin. 31.) ſicut Græcorum *ho*, *hé*, & vocatur *ha* iſtud *jediyah*, h. e. *notificativum*, quia determina-

tum aliquid, e. gr. certam perſonam indicat. De hoc articulo Magiſtri Hebræi pariter, & Græci incertiſſimis præceptionibus diſcipulos ſuos ſolent obruere. Hier. Athan. Origenes, Didymus Alexan. Cyrill. Alex. in rem hanc quædam adnotaverunt. Sociniani, ſi de Chriſto *theos* prædicari deprehendunt, ut tamen Divinitatem proprie dictam ei eripiant, defectum articuli ſufficere arbitrantur. Falluntur: de Deo Patre *Theos* ſine articulo frequenter uſurpatur: Ita Matth. 4. 4. homo vivit in omni verbo, quod procedit de ore *Dei* Gr. *dia ſtomatos Theu.* Rurſus C. 5. 9. & 6. 24. & 12. 28. in ſolo Capite I. Joannis quater de vero Deo *theos* occurrit ſine omni articulo: fuit homo miſſus *a Deo* Græ. *para Theu*, non para tu Theu. Dedit eis poteſtatem filios *Dei* fieri, gr. tekna *Theu* geneſthæ. Non ex ſanguinibus - - - ſed *ex Deo* nati ſunt. gr. *ek Theu* egennéthesan. v. 18. *Deum* nemo vidit unquam. *Theon* (non ton theon) udeis heórake pópote. Sed tu videſis Introd. Hermen. Stephani Hayd Vindob. 1777. pag. 102. In Hebræo textu nomini proprio (ni appellative ſumas) Adami *he* apponitur, & Eccle. 10. 11. Si mordeat ſerpens, Hebr. textui adponitur articulus, ubi tamen indeterminate, ac vage de quovis ſerpente eſt ſermo, ſeu de ſerpente in genere. Hebr. *im jiſchoch hannachhaſch.* Revertamur ad Pſ. 44. 4. accingere gladio tuo o Potentiſſime! o Heros! *potentiſſime* in vocativo eſſe, cum certa caſuum ſigua lingua non habeat. v. 8. dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus h. e. te o Deus! Deus tuus oleo lætitiæ præ (h. e. magis quam) participibus tuis, præ aliis ejusdem tecum gloriæ conſor-

fortibus, præ aliis regibus. *Deus* priori loco poſitum Aquila o Thee! & Chaldæus: o tu Rex Chriſte! vocandi caſu efferunt, Auguſtinus dicit 70. ſic habere, proin *ó theos* per o mega. Hodie per omicrôn o *Theos* adeoque in Nominativo effertur, & ideo multi cum Calmeto vertunt: *Dominus Deus tuus*. Negant recentiores *Ælohim* (pag. 407. lin. 33.) hîc Deum ſignificare, ſed creatum Dominum, Regem. Sedes tua *Deus* in ſeculum ſeculi. O Chriſte Deus! thronus gloriæ tuæ non erit ad certum tempus, ſicut fuit Davidis, & Salomonis, ſed in omnem æternitatem durabit, unde tanto major es Angelis, quanto major eſt Dominus ſervis, & Deus rebus, creatis (interprete S. Paulo ad Hebr. ad 1. 8.) ſceptrum regiminis tui eſt ſceptrum (directionis h. e.) rectitudinis, ſeu rectiſſimum, & æquitatis obſervantiſſimum. Rurſum *Ælohim* pro creato Domino ſumi contendunt: Domine Rex thronus tuus in ſucceſſoribus tuis per ſecula duraturus eſt, cum juſtitiam ſecteris, iniquitatem vero odio habeas, oleo exultationis unxit te Dominus tuus magis, quam alios Reges. Hæc eſt multorum hodie interpretatio, qua fit, ut Pſalmus vel non credatur agere de Meſſia, vel ſaltem Divinitati ejus certum non præſtet argumentum. Sed habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui benefacimus attendentes tamquam lucernæ lucenti in loco caliginoſo ad Hebr. 1. 8. Deus dicit ad filium: *thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi.* In N. T. Joan. 1. 9. lux vera (Chriſtus) illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; ex Græco ob ambiguitatem valde multi vertunt: *veniens* (hæc lux) in mundum, To *erchomenon* ajunt eſſe Nominativum neu-

neutr. non accuſativum maſcul. & ſpectare ad *phos*, h. e. lumen.

Cauſſa Sexta.

Defectus omnium Interpunctionum, aliarumve notarum diacriticarum.

Queruntur Veteres, non minus Eccleſiaſtici, quam prophani, Scriptores defectu, aut mala inter legendum collocatione interpunctionum, ſenſum Orationis ſæpius perverti. Origenes Philoc. C. 14. Et alii. Clemens Alex. autem L. 3. Strom. C. 4. de Antitactis, aliisque hæreticis ita loquitur: *Hi ſunt, qui inter legendum tono vocis pervertunt Scripturas ad proprias voluptates, & quorumdam accentuum, & punctorum transpoſitione, quæ prudenter, ac utiliter præcepta ſunt, ad ſuas trahunt delicias.* Herveti iſta eſt translatio, cui Daniel. Heinſii edit. Lutet. Pariſ. 1641. in fol. pag. 442. conſentit: utitur Clemens vocibus *proſódión, kæ ſtigmôn metatheſi*, addit eosdem hæreticos ex quibusdam pecopis h. e. ſententiis, periodis, & textibus Prophetarum voces decerpere, & male conſuere, atque tono vocis Gr. *phônés*, *diaſtrephein tas graphas* h. e. pervertere Scripturas, *proſodiam kata tén anagnóſin* h. e. proſodiam in legendo mutare.

Non facit locus iſte ad ſtatuendam punctorum Hebraicorum, ſed nec interpunctionum in Bibliis Græcis pro eo tempore exiſtentiam, quia (1°) proſodiæ, & ſtigmæ, licet poſteriore ævo ſigna illa, quibus oratio ſcripta interpungitur, denotaverunt, olim tamen ſub ætatem Clementis tonos ſolum, & moderamenta vocis, ut loquitur Gellius, in legendo, ſeu pronunciando ſignificarunt. (2°) De Hebraico textu Clemens lo-

locutus non eſt, imo neque de Græco codice V. T. ex quo nonniſi unum ex 70. adfert locum Malac. 3. 25. nec ibi accentûs in ſcribendo mutatio quidquam commodi adfert hæreticis; ceteri autem textus, quos ab iis pravo ſenſu exponi ibidem commemorat, de N. T^to ſunt aſſumpti. 1. Cor. 7. 9. Ad Rom. 7. 7. Matth. 8. 2. Luc. 9. 6. Marcion ex illo videlicet: *permitte mortuos ſepelire mortuos ſuos:* probatum ibat, illicitum eſſe rerum mundanarum uſum. Carpocrates ex Matth. 5. 42. *omni petenti a te da:* perſvadere mulierculis conabatur, ne cui noctem oranti recuſent. Non proin perverſi iſti homines accentus, & interpunctiones in ſcribendo male appoſuerunt, ſed textûs expoſitionis perverſitate depravarunt; alioquin quibuscunque accentuum, & interpunctionum varietatibus ſenſum illum non extundes, quem ipſi commenti ſunt. Quid igitur de tota quanta hac interpunctionum caterva in Hebræis, Græcisve Fontibus, & Vulgatæ lectionibus tuto, certoque aſſeri poteſt? hæret aqua: audire mallem quempiam, a quo certiora docear, quam ipſe in tantis eruditiſſimorum virorum diſſidiis quidpiam definite pronunciare.

Primo

Calmetus Præf. in Pentat. pag. 16. & ſeqq. Bellarmino, & aliis paſſim non diſſentientibus ſtatuit, univerſim in Vulgata, & Fontibus *hodiernas* interpunctiones arbitrarias, nec ullo Eccleſiæ decreto fixas eſſe, a quibus interdum, & juſtis de cauſis interpreti cuivis recedendi ſit æqua poteſtas „Diviſio (inquit) librorum Scripturæ per capita, & verſus, qualis obtinet modo, recentiſſimum eſt inventum, nullaque abſterremur religio-

gio-

gione, quin interdum commodiorem ſenſum, mutata punctorum, atque diſtributionis œconomia quæramus „ Habuerunt Veteres Græci, & Latini ſequioribus ſeculis puta: quinto, & deinceps aliquas diviſiones, ſed forte non tam ad ſenſum diſcriminandum, quam ad notandam rerum diverſitatem, ut explicat Bellarminus.

Hilarius in Pſalm. Præf. dicit, ipſos 70. viros verſos a ſe Pſalmos ea ſecuiſſe diviſione, qua ſua ætate vir S. legebat; verum id negant, aut aliter exponunt alii, opinatur Calmetus, cæteros Scripturæ libros longa ætate nullis diviſionum certis finibus adſtrictos fuiſſe, capita quoque, ac verſiculos, qui hodie adnotantur in Bibliis Hebraicis, Græcis, Latiniſque, non pariter adnotatos fuiſſe ante 600. annos, ante illam ætatem nullum textum citari, ut ſolet hodie, ſed tantum indicari, hoc, aut illud, quod in præſentiarum producitur, contineri *initio*, *medio*, *fine* libri. Ita Aug. L. 2. Retrac. C. 24. aſſerit, ſe ſcripſiſſe a principio Geneſis usque ad expulſionem primorum parentum ex Paradiſo: quod nos dilucidius enunciamus: in priora tria capita Geneſis. Gregorius M. ait, ſe hiſtoriam Judaici populi expoſuiſſe a principio libri Regum usque inunctionem Davidis in Regem h. e. usque 2. Reg. C. 5. verſum 3um.

Secundo

Aliquam in certa capita, & ſectiones minores diviſionem in nonnullos libros Hieronymum adparaſſe plerique conſentiunt; ait enim, ſe imitatione operum Demoſthenis. & Ciceronis per verſiculos, & commata deſcriptorum pariter Prophetas diviſiſſe, & Præf. in Paralip. libros hos per verſus diſtinxiſſe, *ut inextricabiles moras, & ſilvam*

no-

nominum per verſuum cola (membra) *digererem.* Sed ordo talis nunquam certa, & uniformi regula ſervatus, nunquam fuit generatim ab Eccleſia adoptatus judicante Calmeto. Methodus omnium vetuſtiſſima erat ſecandi libros N. T. in *Titulos*, & *Capitula* Gr. *Titlus*, kæ *cephalæa*, verſus, ſeu ſtichos, & cola, vel commata, h. e. breviores quasdam ſententias; titulus namque prolixius aliquid continebat, velut integram hiſtoriam, ſeu longiorem narrationem, & dividebatur in capita; verſus referebat ſingulas periodos, non vero ut ponitur hodie. Suidas ſec. X. Matthæo tribuit 68. titulos, 355. capita. Lucæ 83. titulos, 348. capita. Sed Theophylactus, ſi Huetius non errat, exeunte ſæc. XI. eandem *capitum* rationem tenuit, quæ hodie obtinet. Tradit Balæus, a Stephano Langtone Cantuarienſi Eppo. circa an. 1227. diſtributam fuiſſe Scripturam totam eadem, ac apud nos eſt, methodo. Certo liquere vult Calmetus, Hugonem a S. Caro Dominicanum, qui cum aliis 500. ſuæ profeſſionis Monachis *concordantiarum* Vulgatæ author fuit, an. 1262. denatus, omnium primum certa Bibliis adſcripſiſſe *capita*, quod operi huic iſtud inevitabiliter fuerit neceſſarium; (verſuum ſignis dein literæ Alphabeti adhibitæ) viſa porro talis digeſtionis, ipſarumque concordantiarum utilitate Rabbinum Nathan Hebraicas Concordantias ad normam Latinarum an. 1438. confeciſſe, Euthalium Rhodium Græcum Monachum jam prius an. 1300. pari induſtria Græcas. Buxtorfius in edione Concordantiarum ſuarum Nathanem laudat, qui coactum ſe fatetur conformare diſtributioni capitum more Latino, cum vetera Hebræorum Biblia nullas præferrent di-

diſtributiones; iſtud ſi conſtaret, illud quoque palam eſſet, hodiernas ſectiones Fontium ad normam editionis Vulgatæ fuiſſe paratas. Sane hodie textuum Hebraicorum in capita, & verſus partitio paſſim conſentit Latinæ; igitur non eſt Maſorethicus, nam Mercerus Præf. in Geneſ. affirmat. Geneſin a Maſorethis ſecari in 43. capita, quod adnotat etiam Buxtorfius, cum tamen hodie etiam in fonte viſantur CC. 50. confer pag. 134. lin. 7.

Sectio in *verſus hodiernos* omnium judicio multo recentiſſima eſt, vulgo tribuitur *Roberto Stephano* in ſua editione an. 1545. ita digerenti, Hebræis, & Græcis ipſum ſubinde ſequentibus. Erat hic Stephani Henrici typographi filius, Pariſiis an. 1503. vitam auſpicatus, quam Genevæ (quo de minus fideli editione N. Ti a Doctoribus Sorbonicis accuſatus, velut Reformatus ſe ſe recepit) clauſit an. 1559. A Franciſco I. edendis Latinis, & Hebraicis Reg. Bibliothecæ libris præfectus, a nitore, & elegantia editionum (pag. 457. lin. 26.) nominis famam conſecutus eſt. Ad hunc tamquam ad Autorem referuntur poſitæ in Bibliis noſtris interpunctiones, quas quidem in N. T. adeo negligenter ille, & improvide curaverit, ut opere tanti momenti perfunctus ſit teſte Henrico filio ejus, dum aliquando Pariſiis Lugdunum adequitaret. Sed hujusmodi iſtud eſt aſſertum, quod ego nec capere poſſum, nec credere, cum res iſta longius tempus, & attentum ſtudium omnino requirat. In conceſſis habetur, puncta, & commata in typographiis Manutios habere Autores; veteribus unum punctum diſcernendis vocibus, & ſententiis ſerviviſſe, quod initio poſitum incipientem, medio progredientem, inferius abſolutum

tum ſenſum deſignaverit. Aurea Græci, Latinique ſermonis ætate totidem ſingulas literas punctis diſtinctas fuiſſe, inundantibus Orientem, & Occidentem Barbaris orthographiam, ut alia omnia, jacuiſſe, Caroli M. conſilio, Alcuini, (pag. 428.) ac Pauli filii Varnefridi opera reſtitutam. Hæc Calmetus.

Tertio

Nobis preſſe de Hebræo codice ſermo eſt, quem, ſi authores maximos, & plurimos audias, ſine ulla librorum, capitum, verſuumque diſtinctione primitus deſcriptum fuiſſe non ambigitur. (pag. 119. lin. 40.) Vetuſtiſſimus omnium codex foret, qui Pentateuchum abſque omni omnino *Capitum*, aut *Sectionum diſtinctione* exhiberet, priſcis namque temporibus lex tota non erat, præterquam unicus *Paſuk*, ſeu verſus: ita Cl. Monſperger part. 2. pag. 143. pronunciat. Hæc Eliæ Levitæ (pag. 670. lin. 6.) certa creditur eſſe ſententia, popularium ſuorum, & plerorumque Chriſtianorum teſtificatione roborata; ſic namque loquitur Præf. 3. L. *Maſoræth Hammaſoræth*, ſeu *Traditio Traditionis* inſcripti: *Verum autem eſt, neque in eo dubium, ipſam legem, quam propoſuit Moyſes filiis Iſrael, fuiſſe librum ſimplicem abſque interpunctione, & accentibus, etiam abſque ſignis finem verſus notantibus, veluti hodie videmus,* (in Synagogis Pentateuchum aſſervari, legique deſcriptum) *imo ex ſententia Cabbaliſtarum lex tota fuit tamquam unius verſus, aut, ſicut quidam dicunt, velut dictio una.* Morinus Exer. Bibl. de Hebræi, Græcique textus ſinceritate L. 2. Exer. 17. ponit, ante Hieronymi ætatem codicem Hebræum continuo vocum nexu ſemper ſcribi ſoli-

tum, in verſus, & commata nondum fuiſſe diſtinctum, neque in ſectiones majores, aut minores. Joan. Millius decernit, ante ſæculi VII. initium nullam fere Græcorum Bibliorum partem præter nonnullos libros, puta: Jobi, & Pſalmorum *ſtichérós* ſeu certa diviſione ſententiarum fuiſſe deſcriptam. Abſentiam interpunctionum univerſim vetuſtatis eſſe indicium ſciſcunt Antiquarii, Mabilonius, Monteſauconius, Conſtantius Maffejus, Casleyus, Struvius, Heinneccius, Salmaſius. Benjam. Kennicottus fatali talismodi ſignorum defectu Hebraica volumina corruptiſſima demum evaſiſſe, pronunciat Diſſer. Gener. in V. T. cum variis Lect. & Codd. MSS. & impreſſ. Oxonii 1780. in Fol.

Fateor, hanc mihi quoque dudum fixam, ratamque ſtetiſſe opinionem, re tamen melius expenſa contrariæ rationes, eæ præprimis, quas cenſor Theologus Gabriel Fabricy in ſpecimine Variarum Lectionum Johan. Bern. Roſſii Romæ an. 1782. pag. 263. & ſeqq. ex retruſiſſima Antiquitate erudite diſputat, movent me in oppoſitum, illud præterea ſummum inconveniens, quod ſequi omnino videtur, ſi vera ſunt, quæ Adverſarii ſtatuunt; ſic namque deſcriptus codex vaſtior

Eſt nemus & piceis, & frondibus ilicis atrum
Vix illuc radiis ſolis adire licet. (p. 670. l. 17.)

Argumenta, quibus primi reformationis Autores (pag. 7.) evincere, ſed in vanum contendebant, ob confitendam ſecus Scripturarum ſummam incertitudinem, puncta vocalia appoſita jam olim fuiſſe, ſaltim ſvadent, in corpore Biblico diverſorum, hujus quidem finem, exordium alterius, aliquibus notis, interſtitiis, vel relictis ſpa-

ſpatiis fuiſſe ſignatum, quaspiam interpunctiones, vocum ſingularum ab aliis ſeparationem, quæ in oculos attenti lectoris cadat, rudi quadam ratione fuiſſe obſervatam; ſi enim abſentiæ omnium vocalium inſuper acceſſit confuſiſſima, & impeditiſſima hujusmodi ſcriptio, literæ ſibi æquali ſpatio, & magnitudine absque omni diſcerniculo, & ſecretione cohærentes, non erant, niſi non bene junctorum diſcordia ſigna ſonorum, ex quibus ille ſolus certum, ac lucidum aliquem ſenſum educere potuiſſet, qui e primigenia illa chaotica materie concinnos hos, quos videmus, cœleſtes orbes effinxit, quive de tenebris admirabile lumen ſuum fecit ſplendeſcere. Opus tamen fuerat litteras de negotiis etiam prophanis, & diverſiſſimis, ſæpeque occultiſſimis, ultro, citroque mittere, e veſtigio legere, & intelligere; quod in ſcriptura vocalibus deſtituta, & literis omnibus, quaſi unam vocem conſtituerent, uno veluti ductu cohærentibus fieret ægerrime: ex adverſo immanis, & horrenda in lectione, ſententiisque omnibus confuſio facillime, potiſſimum apud privatos, oriretur. Cui malo ut mederi non ante cogitaſſent, e. gr. ætate Moyſis, Joſue, Regum, & Prophetarum, mihi incredibile videtur. Nec poſſum vel illud ſatis mirari, quî factum ſit, ut Majores noſtri ſignis *interrogationis*, & *parentheſeos*, atque *exclamationis*, quæ tantam veritati ſenſûs affundunt lucem, & ſi deſiderentur, tantam pariunt confuſionem, paſſi fuerint ſe tot ſæculorum decurſu deſtitui.

Invenire literas, arbitraria hæc cogitationum humanarum indicia, ingenii fuit maximi, inventas data opera tam incommode, ac ſpiſſe collocare, ut lector demum ſcire nequeat, ubi de-

 beat,

beat ſiſtere, aut reſpirare, hominis eſſet imprudentis, nullo valentis judicio, præſertim cum ipſa etiam objecta cogitationum diverſa, ut vocum, ita ſpatiorum non juncturam, ſed aliquam exigant ſeparationem.

Cenſeo, Moyſen, & Prophetas, non ſecus ac prophanos autores, pauculis licet, ut inventarum rerum ſolent eſſe exordia, nonnullis tamen notis, ac relictis intervallis voces, & ſententias diſcriminaſſe, ſi non ubique, alicubi, dum neceſſarium duxerunt, ut adeo neque Pentateuchus fuerit unquam deſcriptus continua literarum ſerie, ſicut deſcribi unus verſus, aut una dictio conſvevit.

Probatur

I° Cum antiquiſſima gentium monumenta teſtentur, voces a vocibus, ſententias a ſententiis inde ab origine inventarum literarum in ſculpendo, & ſcribendo certis ſignis fuiſſe diſcretas, ubi in compluribus monumentis, aut Codd. MSS. contrarium occurrit, inſcientiæ, aut incuriæ ſculptorum, & librariorum attribuendum videtur. Tabulæ Eugubinæ laminis conflatæ aheneis ad firmitatem malleatis Trojanum bellum, quod an. M. circiter 2800. ante Chr. 1184. ſub ætatem *Jairis* Judicis Hebræorum geſtum fuit, duabus ætatibus excedere dicuntur, in quibus voces ſingulæ, quæ Etruſcum characterem referunt, duobus ab ſe invicem divelluntur punctis, quæ Latinum diſpunguntur unico. Quod pariter ferunt monumenta quædam *buſtrophéda*, in bovis arantis ſimilitudinem ductos characteres a dextra ad lævam, a læva ad dextram alternis exaratos habentia, quomodo Solon leges ſuas ſcripſiſſe memoratur. MSS. Codices Hebræos facile 1000.

pro-

produci poſſe, Autores hujus ſententiæ aſſeverant, qui continuam illam ſcriptionem non habent, ſed voces ſuis intervallis ſeparatas. Codex Syriacus Nitrienſis in Ægypto, Vaticanus judicio multorum an. Chr. 548. exaratus (pag. 120.) IV. Evangeliorum, alter an. 586. interpuncta habent. Cuphici Arabum characteres, qui tempore a Mahomedis ætate non multum remoto, aut forte non ante eandem inventi, per tria dein ſecula in uſu erant, fragmenta Corani referentes, a perenni illa continuatione verborum procul abſunt. Plura dabit cenſor laudatus.

II° Judæi Samaritani (pag. 313.) quamvis nulla puncta vocalia, nullos accentus Maſorethicos (pag. 8.) in ſuo patiantur Pentateucho, ſectiones tamen Sabbaticas æmulantur, interpuncta habent verba ſingula, & notas quaspiam orthographicas uſurpant, partes orationis ſecernentes, qui a Judæis ceteris odio plus quam Vatiniano a vetuſtiſſimis inde temporibus circiter ab an. ante Chr. 850. diſſidentes, nihil admittunt novitium, nihil poſterius immiſſum, ipſaque primigenia Hebræorum elementa, (pag. 672.) etſi, quod eſt fatum characterum inevitabile, nonnihil immutata, ſervant religioſe, indicio haud levi, Judæos tempore *Regum Juda*, & *Iſrael* accentus diſtinguentes, & pauſantes, ſeu indicantes finem ſententiarum, Bibliis ſuis appoſuiſſe. Ex quo non vane conjicimus, duo illa in Bibliis Hebraicis puncta, quæ *ſoph paſuk* h. e. finem verſus muniunt, ætatem Chriſti longo intervallo prævertere. Confeſſione Adverſariorum etiam inſcriptiones prophanæ, licet multæ unico contextu, ſine ullo ſingularum vocum intervallo viſuntur,

tur, aliæ tamen interpunctis uno, duobus, aut tribus, cuivis vocabulo affixis, diſtinguuntur.

III° Moyſes ipſe decem præcepta, diverſum quippe objectum, Deum, & proximum reſpicientia, duabus diverſis tabulis inſcripta accepit, & numeris definitis diſcreta. Diſcimus ex N. T^{to} Act. 13. 15. & 15. 21. ab antiquis temporibus jam tum repetitam conſvetudinem viguiſſe, Moyſen, & Prophetas in Synagogis ſingulis ſabbatis legendi, per paraſchas, & haphtaras, ſeu ſectiones, ut intelligere pronum eſt; quocirca legem in 52. ſectiones (pag. 134. l. 6.) ita diſtinxêre Judæi, ut anni ſpatio abſolveretur; idem feciſſe Chriſtianos in lectione V. & N. T^{ti}, dum ſuos diebus Dominicis, ut ex Juſtino Martyre novimus, conventus habuerunt, non dubito: anagnoſtes (lector) ubi inchoet, deſinatque, ſignari oportuit. Certum erat genus hominum (ſaltem rebus florentioribus eorum) apud Judæos accuratiori, publicorum adminus codicum, deſcriptioni inter alia deſtinatum, nomine *ſopherim* h. e. *ſcribarum*, (p. 674.) quos confuſiſſime libros deſcripſiſſe, ut ſectiones nullis interſtitiis, nullisque perceptibilibus ſignis diſtinguerent, minime omnium eſt probabile. Quid quod ipſe Maſorethicus labor (pag. 633.) quoad formam ſuam novus, traditioni quoad librorum ſectionem, verſuum, & ſententiarum diviſionem, etiam in deſcribendo ſacro codice obſervatam, innitatur, eamque ſupponere abs re putetur.

IV° Teſtes omni exceptione majores Hieronymus, & Epiphanius narrant, ævo ſuo literas illas quinque vulgo *chamnephetz* in fine vocis aliter, quam initio, vel medio fuiſſe formatas, quo poſito una poſitum eſt vocis deſinentis

ab

ab incipiente diſcerniculum. Poſterior Tom. II. OO. edit. Colon. pag. 161. literas dicit eſſe XXII. quinque ex iis ſolere duplicari. *Pente de eiſin ex autón diplumena.* Prior præf. in Lib. Samuel, & Reg. „Porro quinque literæ duplices apud Hebræos ſunt, *Chaph*, *Mem*, *Nun Phe*, *Sade*; *aliter enim per has ſcribuntur principia, medietatesque verborum*, *aliter fines.* Idem teſtatur, omnem ab Judæis Scripturam (generaliſſime videlicet) in tres partes dividi, in legem, Prophetas, hagiographa, prout videmus fieri etiam hodie, quo Chriſtum Dominum reſpexiſſe non pauci cenſent, quando impleri omnia oportere, quæ ſcripta ſunt de ſe *in lege*, *Prophetis*, & *Pſalmis*, enunciavit. Nec deſunt alia, quæ ſvadeant codices Hebraicos Hieronymi per ſegmenta fuiſſe diviſos. Utiliter conſulitur iſthic Vallarſius Tom. IX. OQ. Hier. Proleg. IV. ubi de Titulis, Capitulis, & verſibus agit Bibliorum.

Euſebius commemorat L. 6. C. 16. Hiſt. Origenem in Hexaplis ſtichometriam obſervaſſe per *cola*, & *membra diſtinguendo* Gr. *dielón te pros kólón.* Hieronymus Præf. in L. Paral. item in Joſue, in Ezech. apertiſſime teſtatur ſe ambiguitatis tollendæ cauſa, imitatione Origenis idem præſtitiſſe „ut inextricabiles moras, & ſilvam nominum, quæ ſcriptorum confuſa ſunt vitio, ſenſuumque labyrinthos *per verſuum cola* digereret„ monet porro lectorem „ut diſtinctiones per membra diviſas conſervet„ idemque a deſcriptore poſtulat. Præf. in Iſai. „Quod (ait) in Demoſthene, & in Tullio fieri ſolet, ut per cola ſcribantur, & commata: - - nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam novo ſcribendi genere diſtinximus.„

mus.„ Euthalius Sulcenſis Eppus. ſec. V. aliquos N. Tii libros in certa capita digeſſit, dicitque in eo ſe Majores æmulatum. Chryſoſtomus hom. V. in Joan. OO. tom. 8. edit. Pariſ. 1728. pag. 35. Eunomianos, & Macedonianos refert, Joan. 1. 3. 4. ita interpunxiſſe, ut inde Spiritum S. creaturam eſſe dicerent; videtur igitur ipſe quoque S. hic Pater uſus fuiſſe Evangelio interpunctis diſtincto, quod perpetua in templis Evangeliorum lectio poſcebat, ut quæ pars, quando, & quousque legeretur, innoteſceret. *(u)* Euſtathius

(*u*) Diſtincte, ac commodo legentium convenienter libros deſcribendi curam indicat etiam illa Conſtantini M. apud Euſeb. L. 4. de vita ejus C. 36. ſolicitudo, qua pro uſu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 50. codices Divinarum Scripturarum parari juſſit; placet epiſtolam ejus adferre. *Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus Euſebio.* In ea urbe, quæ a nobis nomen ſortita eſt, Divina Servatoris noſtri adjuvante providentia maxima hominum multitudo ad ſanctiſſimam Eccleſiam ſe ſe adjunxit. Itaque cum cuncta illic maximum incrementum capiant, conſentaneum in primis videtur, ut plures quoque in ea conſtituantur Eccleſiæ. Accipe igitur libenti animo id, quod facere decrevi. Viſum eſt enim id ſignificare prudentiæ tuæ, ut quinquaginta codices Divinarum Scripturarum, quarum apparatum, & uſum maxime neceſſarium Eccleſiæ eſſe intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuſte ſcribendi peritiſſimis deſcribi facias; qui *& legi facile, & ad omnem uſum circumferri poſſint.* Literæ porro a noſtra Clementia miſſæ ſunt ad rationalem (Præfectum) Diœceſeos, ut cuncta ad eorum codicum confectionem neceſſaria præberi curet. Tuæ erit diligentiæ, ut ſcripti codices quantocyus apparentur. Cæterum duorum publicorum vehiculorum uſum autoritate hujus epiſtolæ accipies. Sic enim quæ eleganter deſcripta ſunt, ad conſpectum noſtrum commo-

thius Berœæ in Syria Eppus. deinde Antiochiæ ab ipſis Nicænis Patribus conſtitutus an. 325. ſtichus, ſeu verſiculos 135. numerat ab Evangelii Joan. C. 8. 59. usque ad C. 10. 31. Vetus Itala (pag. 386.) Apoſtolorum temporibus ſuppar, diviſionem in certos verſus jam ante Hieronymum habebat. Heſychius ſec VI. exeunte Presbyter, ac mox Patriarcha Hieroſ. methodum codices in certos verſus ſecandi repetit a Majorum inſtituto. *Libros* (ait ipſe) *Propheticos majoris perſpicuitatis cauſa per verſuum cola dividere, vetus inventum eſt SS. Patrum. Nam initio ſine ulla diſtinctione legebantur. Poſtea vero viri docti, & ſacrarum literarum ſtudioſi majoris, ut dixi, perſpicuitatis cauſa hujusmodi verſuum diſtinctionem excogitarunt.* Addit ita digeri & LL. Prov. Eccle. Cantic. Jobi, Actus Apoſt. & Epiſtolas. Caſſiodorus in Præf. Divinarum lectionum aſſerit, Hieronymum translationem ſuam per cola, & commata (ſicut hodie inquit legitur) diſtinxiſſe. Idem ait L. 1. C. 15. Poſituras, quas Græci theſes vocant, id eſt puncta breviſſima pariter & rotunda, & planiſſima, ut in præfatione jam dictum eſt, ſingulis quibusque pone capitibus, præter translationem S. Hieronymi, quæ colis, & commatibus ornata conſiſtit, adnecti. Sec. IX. ineunte Georgius, Syncellus Tarrhaſii Conſtantinopo. Patriarchæ teſtatur, Baſilium S. codice uſum interpunctis, & ac-

modiſſime perferentur; uno ſcilicet ex Eccleſiæ tuæ Diaconis id miniſterium obeunte, qui quidem ubi ad nos pervenerit, humanitatis noſtræ experimentum capiet. Divinitas te ſervet Frater cariſſime.

accentibus notato, quem ſibi ex Cæſareenſi Cappadociæ bibliotheca in manus veniſſe dicit.

V° Ad oppoſitam ſententiam propugnandam per errorem ſunt inducti tot, ac tanti viri, autoritate Eliæ Levitæ; hic enim, ut ex verbis ejus conficitur, ſolum de eo loquitur, quod ad varia eruenda Myſteria, ad arcanam, ſublimioremque, &, ut ſibi perſvadent, a vulgo remotiſſimam, periciſſimamque, reipſa autem vaniſſimam doctrinam, Cabbaliſtæ licere ſibi exiſtimant, ut literas primas ultimis, verſus verſibus jungant, & arbitratu ſuo diverſimode legant, quod facturi erant, etiamſi interpunctiones vulgares codices ad directionem legentium præferrent, cerebri ſui fœtibus multiplicandis intenti; ſunt enim genus hominum vanitate, & ſuperſtitione occupatum, chimæris paſci ſolitum.

VI° Apud prophanos Scriptores Orationis partes certis ſignis, atque interpunctis fuiſſe jam olim diſcretas, Ariſtotelis (ante Chr. circiter 340.) L. 3. Rhet. C. 5. OO. Tom. 3. edit. Pariſ. 1654. pag. 804. Ciceronis L. 3. de Oratore C. 44. & C. 46. in Oratione pro Muræna C. 2. Senecæ epl. 40. teſtimoniis probari poteſt. Si ita: quis credat Eccleſiæ PP. ac etiam Hebræos ſacros religionis ſuæ libros in ſpiſſis incertæ lectionis tenebris, & confuſione perenni, quin ullo modo digererent, reliquiſſe. Cic. l. cit. *clauſulas, atque interpuncta verborum animæ interclusio, atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt.* Idem alicubi memorat *notas librariorum*, quas non modum naturæ, ſed artis vocat. „Res enim ſunt parvæ, prope in ſingulis literis, atque interpunctationibus verborum occupatæ„ ait pro Muræna. Nos etiam cum ſcribimus, interpungere con-

conſvevimus, dicit Seneca, quod vulgo de ſolitariis poſt ſingulas voces punctis exponi ſolet. Homeri opera in certos Alphabeti numeros vetuſtior ætas diſpeſcuit, ſi non ipſe Author. Accentuum ſigna Græcis non fuiſſe ante ſeculum Ær. Chr. VIIum quidam ſuſtinent, alii volunt ad ætatem Apoſtolicam jam exſtitiſſe,. nec tamen ab Authoribus N. Tti fuiſſe adhibita. Hodiernis quidem accentibus nihil poteſt excogitari, contra indolem linguæ, omnemque ejus proprietatem abſurdius, quoad ſyllabarum correptionem, aut productionem, hi namque univerſam evertunt proſodiam, antiquorum Poëtarum ingeniis excultiſſimam, informis partus ſunt ſeculorum ad barbariem inclinantium; inficetiſſimos rupices eſſe oportuit, qui poſtquam longas, & breves ſyllabas ipſa literarum forma diſcretas viderunt, contrarias nihilominus invexerunt voculationes. De his itaque non loquimur. Alios tamen accentus, & vocum moderamenta veteres noverunt. Multi volunt, Ariſtophanem Bizantium 200. circiter ante Chr. annis ſub Ptolomæis Ægypti Regibus Grammaticum Alexandrinum, accentuum, & ſententiarum notas diſtinguentes inveniſſe. Nicanor Alexandrinus Hadriani Cæſaris tempore ſcripſit de interpunctis apud Homerum, & de differentia, quæ inde oritur. Citt. Caſſiodorus Aurelius ſec. 6. jam declinante rebus humanis ereptus de Inſtit. Divin. Liter. C. 15. dicit: ſicut corpus noſtrum indiget per membra cognoſci, ita poſituræ, ſeu puncta quaſi quædam viæ ſunt ſenſuum, & lumina dictionum, quæ lectiones faciles faciunt, quas a Majoribus noſtris conſtat inventas. S. Iſidorus Hiſpalenſis ſec. 7o ineunte Originum L. 1. C. 19. *poſitura* (inquit) *eſt figura ad diſtin-*

ſtinguendos ſenſus per cola, & commata, & periodos.

Ex his itaque pleniſſime, planiſſimeque demonſtratur, accentus, & interpuncta, & clauſulas orationum tam novitium non eſſe inventum, ſicut vulgo putatur.

Dices me in ſtatuenda ſignorum ejusmodi antiquitate fruſtra deſudare, eruditionis oſtentatione, nulla utilitate: *Erras.* Scripturarum firmitatem, earum quoad nos juncta Traditione certitudinem, Majorum noſtrorum in iis elucidandis, & uſui aptandis prudentem œconomiam vindicare mihi propoſitum eſt, quæ quidem omnia aut evertere, aut ſaltem labefactare, & ſua deturbare ſtatione Adverſarii non paucis videntur. Joh. Gottfrid. Tympius Jenæ 1738. in 4. Diſſer. ſpeciali oſtendit, indiſtinctam antiquorum Hebræorum ſcriptionem, eſſe recens commentum Morinianum, certitudini Divinarum literarum longe pernicioſiſſimum. Accipe, quod non indoctus ſec. XV. ſcriptor Nicolaus de Clemangiis aſſerit „ Si per membra oratio non diſcernatur, nihil illa poteſt eſſe in hoc genere ineptius; cum ex punctis & notis illis & ſenſus, & intelligentia, & recta pronunciatio, & perſvaſionis efficacia, & debita diſtinctio, proveniant, ſine quibus quid eſt oratio, niſi chaos confuſum, atque indigeſtum.„

Licet vero accentus, & interpunctiones aliquas Veteres habuerint, quia tamen & rariores erant, & deſcriptorum arbitrio variarunt, multæ Scripturarum lectiones hodiedum iſta de cauſa dubiæ, & incertæ manent. Eum fere in modum, quo ſenſum damnationis propoſitionum Michaëlis Bai, (quæ naturali ſuo tenore erat: *quam-*

quamquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent, (hic comma ponatur) *in rigore, ac proprio verborum ſenſu, ab aſſertoribus intento, hæreticas* eſſe &c.) aliqui ſic interpungendum docent: *quamquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent* (ſine comma, ut ſequentia jungantur) *in rigore, ac proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento*, (hic comma) tamen ut hæreticas damnari. Quaſi enunciationes in rigore, & proprio verborum ſenſu veras Pontifices damnare aliquando conſveviſſent! Vulgare illud eſt: porta patens eſto, nulli claudaris honeſto: variata interpunctione: porta patens eſto nulli, claudaris (etiam) honeſto.

Exempla in promptu ſunt: Pſ. 4. Filii hominum usquequo gravi corde (eſtis)? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? (pag. 5. & 14.) Lectio Vulgatæ, & 70. melior eſt, quam fontis hodierni, obſervante Calmeto: David perduelles ex populo alloquitur, quos in partes ſuas traxit Abſalom, ut jam Regi vero ſubjecti eſſe non renuant. Hebræus vertitur: Magnates, Illuſtres viri! *quousque in ignominiam* (erit apud vos) *gloria mea?* vel: quousque (deducitis) gloriam meam in ignominiam? vocibus, quas ſeparari oportuit, conjunctis, & *beth* in *chaph* converſo. Non diffiteor ex Hebræo hodierno lectionem fundi commodam, nego fundi primigeniam. Vide pag. 26. lin. 1. Gen. 1. 20. *producant aquæ reptile animæ viventis*, *& volatile* (nempe producant) *ſuper terram ſub firmamento cæli*. Secundum hanc Vulgatæ noſtræ lectionem quam 70. Chaldæus Onkelos, & Jonathan, (pag. 133.) Lutherus, Munſterus (pag. 595. & 611.) & Junius ſequuntur,

aves

aves ex aquis ſunt creatæ. Pugnant alii creatas de terra ex C. 2. 19. ſed haud nervoſe, cum *to: formatis* non neceſſario referatur ad *volatilia*. Hebræus hodie ſic interpungit: *producant aquæ reptile animæ viventis: & volatile volitet ſuper terram verſus ſuperficiem firmamenti*. Ob verſionem Vulgatæ conformem incaſſum exagitatur Lutherus a Sixto Amama, etſi enim adſit verbum *volavit*, ſeu *jeyopheph* in Hebræo, non ſequitur *yoph* h. e. *avis* eſſe in Nominativo, ſed ſubauditur *de communi*, ut fieri aſſolet, relativum *aſchær*, *producant aquæ reptile*, & *avem*, *quæ volitet* &c. Ita e. gr. Pſ. 50. & *exultabunt oſſa humiliata* Hebr. *atzamoth dichitha* h. e. oſſa - - contriviſti, ſubintellecto *aſchær* ſeu *quæ* contriviſti. Sic veteres legiſſe conſtat, ipſaque avium cum piſcibus cognatio, nec non alia ſatis gravia momenta eosdem avium, & piſcium ſvadent natales. *(x)*

Gen.

(*x*) Ita Matth. VIII. 3. *volo mundare*, in latino eſt anceps, cum *mundare* poſſit intelligi poſitum in infinitivo; aſt e Græco, ubi *Katharisthèti* determinate imperativus eſt, patet poſt *volo* comma inferendum eſſe, *mundare* autem idem ſonare, ac mundator, ſeu eſto mundus. Auguſtinus dicit in hunc locum: Non ergo ut plerique Latinorum putant, jungendum eſt, & legendum, volo mundare: ſed ſeparatim, ut primum dicat *volo*: deinde imperet, *mundare*. „ Matth. 24. 15. cum videritis *abominationem* deſolationis *ſtantem* in loco ſancto, qui legit intelligat: Marci 13. 14. *ſtantem ubi non debet*. Græcum *eſtòs* loco *eſtaos* poteſt etiam referri ad: (ho anaginoskon noeitó) *qui legit*, *intelligat*. Unde aliqui ſic vertunt: ſtans in loco ſancto qui legit, intelligat: quaſi ſit apoſtrophe ad lectorem in templo Jeroſolymitano. Cum videritis adeſſe jam abominationem a Daniele prædictam,

(res

Gen. 49. 10. Calmeto non repugnante, cum in metricis locutionibus trajectiones ejuſmodi ſint fre-

(res eſt non parva) lector de more ſtans in loco ſancto bene advertat! Lectionem hanc novitas ipſa, clara apud Marcum 13. 14. expreſſio, & Chriſti non ad promiſcuum cætum, ſed ad ſolos diſcipulos ſuos directus ſermo falſi convincit. Perinde male interpungunt aliqui 1. Tim. 3. 15. Hæc tibi ſcribo, ut ſcias (etiamſi ergo tardavero ad te venire) quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi. (hic quaſi punctum deſigitur) *columna, & firmamentum veritatis*, (hic tantum comma inſeritur, ut ſequentibus præcedentia copulentur. *Et maniſeſte magnum eſt pietatis ſacramentum, quod maniſeſtatum eſt in carne* &c. h. e. per incarnationem procul dubio magnum benevolentiæ Dei erga nos myſterium eluxit. Præter interpunctionem etiam diverſitas eſt lectionis in Græco: *theos ephaneróthé: Deus maniſeſtatus in carne*, paſſim ferunt exemplaria quædam, *hos* ſeu *qui*, maniſeſtatus eſt in carne. Vulgatæ lectionem ſervat codex *Claromontanus* (pag. 121. lin. 21.) Syrus, Æthiops, Armenus, S. Hilarius, & alii veteres apud Calmetum, qui omnes *ho*, *quod* non theos, aut hos legerunt. Sed ad rem! Ajunt, credere myſterium incarnationis eſt columna, & ſtabilimentum (ſtylos kæ hedræóma) veritatis, incarnationis fides perfecta eſt totius Chriſtianæ religionis, omniſque ejus veritatis firmamentum. Vel ipſis heterodoxis diſplicet temeraria hæc interpunctio contra fidem Veterum omnium, & codicum meliorum. Grotius in h. l.,, Qui titulos hos Eccleſiæ invident, mirum, quantum laborent, ut hæc verba ſequenti periodo connectant. Eis tum alia repugnant, tum illud *to*, quod ponitur ante *myſterium*, qui articulus oſtendit novum eſſe ſenſum, non titulorum cum ſequentibus continuationem. - - - Veritatem ſuſtentat, atque attollit Eccleſia, efficit, ne elabatur ex animis, efficit, ut longe, lateque conſpiciatur. ,, Joan. 1. corrupte legit Photinus apud Ambr. Hilarium Diacon. Auguſtinum, quem Sociniani imitantur

frequentiores, ut ſe difficultate expediant, quaſi Duces de fœmore Juda usque Chriſtum non pe-

tur: *In principio erat verbum - - & Deus erat. Verbum hoc erat in principio apud Deum.* Quod ſequitur: *Et ſine ipſo factum eſt nihil*, *quod factum eſt. In ipſo vita erat*, controverſum eſt hodienum etiam inter orthodoxos, malunt enim non pauci exemplaribus, & Græcis, Latinisque Patribus quibusdam ſuffragantibus legere: *Et ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat*, h. e. omne creatum vitam, vigorem, & ſubſiſtentiæ ſuæ cauſam in ipſo habebat. Ibidem v. 14. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis (cetera parentheſi incluſa ponuntur) plenum (hoc verbum) gratiæ, & veritatis. (pag. 609. l. 18.) Eraſmus: (pag. 589. l. 10.) *Sermo ille caro factus eſt - - plenus gratia, & veritate.* Si quis verba *plenus gratiæ, & veritatis* verſui XV. jungeret: *Joannes teſtificatur de ipſo:* tam faceret ſine cauſa, quam ſi Lucæ 23. 43. ita dispungeret: Amen dico tibi hodie: mecum eris (aliquando) in Paradiſo. Pſ. 7. 12. Deus judex juſtus, *fortis*, & *patiens* (hæc de ſuo addunt 70. claritatis, & energiæ cauſa) nunquid iraſcitur per ſingulos dies? h. e. non iraſcitur omni die, differt pœnam, effectum iræ, ad tempus. Hier. vertit: comminans, ſeu iraſcens omni die. *El* ſi legatur, valet *fortis*, ſeu potius nomen Dei eſt, (pag. 290.) ſi legatur *al* eſt negativum *non*, hinc vertunt alii: *iraſcitur:* alii *non iraſcitur*. Hebræus habet: *Ælohim ſchophet tzaddik*, *veEl zoyem bechol jom.* h. e. Deus judex eſt juſtus, & Deus indignans omni die. Aut ſi *al* legas, vertes: at non indignans omni die: Ita Syrus, 70. & nos. Verti poteſt: Deus eſt juſtus, & potens, ira ejus de die in diem augeſcit, ſi impius non deſiſtat, jam parat ultionem. Senſus Vulgatæ eſt: non iraſcitur, non punit Deus quotidie, expectat, ſi tamen impius non convertatur, &c.

Haud raro locos maxime impeditos plauſibili interpretatione ex novæ interſectionis diverſitate elucidant Autores: e. gr. Joan. 7. 38. *Qui credit in me, ſi-*

perennaverint, multi ſic interpungunt: *Non auferetur ſceptrum de Juda, & Dux. Donec de fœmore ejus*, ſeu de fœmore ejus donec *veniat Schilo.* Ut ſolum innuatur, *Schilo*, ſeu Meſſiam fore de ſtir-

 pe

ſicut dicit Scriptura: nempe in me eſſe credendum, *flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* (pag. 278.), hac ſtante interpunctione verba *ſicut dicit Scriptura:* referuntur ad priora *qui credit in me*, prout jam Chryſoſtomus expoſuit, & ceſſat difficultas aſſignandi textum V. T. qui idem ſonet, ac *flumina de ventre ejus fluent* &c. (Joh. Jacob. Huldricus pag. 283. de fide ſalvifica.) Sed effrænis audacia limites non novit. Gen. 49. 10. *Donec veniat Schilo, to* donec Hebr. *yadchi*, h. e. usque quo, aliqui Rabbini vocem in duas ſecant, poſt *yad* comma inſerunt, *chi* verbo *jabo* adjungunt; porro *yad* inter alia valet *æternum* vel ultra e. gr. Exo. 15. Dominus regnabit in ſeculum, & ultra; Hebr. *leyolam*, *vayad*, *yad* hic Hieronymus accepit pro *ultra*: alii *in æternum, & in ſempiternum*. Ger. immer und ewig. Itaque vertunt poſt Onkelos (133.) *Non auferetur ſceptrum a Juda, & dux - - in æternum, quia* vel poſtquam *veniet Meſſias*. Dicit R. Bechai: Præceptor meus f. m. vocem *yad* expoſuit, quaſi *Leyad* ſcriptum eſſet, ut exponenda veniat in ſeculum, ſeu æternum. Aſt prudentius punctant antiqui Judæi, ipſum quoque Thargum Hieroſolymitanum: *usque ad tempus, quo veniet Meſſias*, cui Orientales translatores Syrus, Arabs &c. adſtipulantur, & 70. viralem, noſtramque firmant verſionem.

Quomodo 1. Tim. 3. 16. in Græco textu ſuperius declarato mutatio ævo ſuo contigerit, Liberatus C. 9. Breviarii commemorat; *hos* fuiſſe omicron ſeu o, Græcos aliquos in exemplaribus aliquibus in Θ thita linea horizontali ventri immiſſa convertiſſe, Θs deiu velut contractum Θεος legiſſe. Ad Rom. 9. 5. Chriſtus *eſt ſuper omnia DEUS benedictus in ſecula.* Nomen Dei, ex autoritate codicum, expunctum vellent Eraſmus, & Grotius, ſed obſervante Calmeto vetuſtiſſimi, & optimi Græci, Latinique codices conſtan-

pe Juda. Metri cauſa *donec* poſt *de fœmore ejus* fuiſſe poſitum, reipſa vero anteponendum intelligi. Aliud placet Dathio. (pag. 618.) Iſai. 40. 3. Vox clamantis: in deſerto *parate viam Domi-*

ſtanter vocem *Deus* inſertamhabent, integritatem lectionis Millius tam egregie vindicavit, ut etiam Clericus victas manus dederit; ad iſtas poſtmodum ineptias abiverunt. alii, ut cum Eraſmo poſt *ſuper omnia* comma poſuerint, ut vocabulum *Deus* a Chriſto avulſum ſoli Patri aſſererent. Sed Eraſmus quidem de mutata interpunctione accuſatus in edit. Frobeniana an. 1527. ſignum prius appoſitum delevit. Alii (inquit Calmetus) poſt *carnem* interponunt colon, novamque ſententiam inſtituunt ab iis verbis: *qui eſt Deus ſuper omnia*, quam ad Patrem, non ad Chriſtum referunt. Marc. 11. 13. Chriſtus veniens præter folia in ficu invenit nihil, *non enim erat tempus ficuum*, nondum venit tempus maturitatis: alii: *jam præteriit tempus*, ita e Græco verti poſſe: alii interrogativum eſſe: *nonne enim erat tempus ficuum?* Ad Epheſ. 3. 22. quidam parentheſi includunt. Ad Gal. IV. verſ. ultimo: Jam non ſumus, quippe homines Novi T. filii ancillæ (Agar) ſed liberæ, (Sara) non Iſmaëlitæ, ſed Iſaachidæ h. e. filii æternæ hæreditatis, *qua libertate Chriſtus nos liberavit.* Græci hodierni codices obſervante Calmeto vel carent hoc verſiculo, vel, ut ex eis expreſſit Eraſmus, verſiculum in ſequens C. quintum translatum verbo *ſtate* conjungunt in hunc modum: *In libertate igitur, qua Chriſtus nos liberavit, ſtate* h. e. perſiſtite ſtabiles, & *ne rurſus jugo ſervitutis implicemini.* 1. Petr. C. 2. v. octavum parentheſi circumvallant, & interpungunt: Chriſtus factus eſt lapis offenſionis, & petra ſcandali, *his, qui offendunt* (h. e. offenduntur, vel impingunt) *verbo, nec credunt, in quo & poſiti ſunt.* Clarius, ut Joh. Bened. Carpzovius in verſione ſua ſcholiis illuſtrata Halæ 1790. elucidat: *Qui impingunt, ſunt hi, qui non credunt Evangelio, ad quod tamen ſincere recipiendum ipſi quoque fuerant deſtinati.* Qua-

mini, & rectas facite in ſolitudine ſemitas ejus. Ecce veniet Meſſias! ut Regibus, qua vehentur, viæ complanari ſolent: ita ei, qui etiam ad ſolitudines, & deſerta eſt acceſſurus, viam parate!

Aaa 2 h.

re non ferreum Calvini decretum, ſed potius contrarium textu iſto declaratur.

Franc. Simanovics Exc. D. Eppi. Zagrab. Bibliothecarius, antea Hermeneutices Profeſſor in ſuo Evangelio *ſyntattomeno* h. e. e quatuor Evangeliis in unum *coordinato* Vien. in 8. an. 1792., Clero Reg. Hung. dedicato, aſſerit pag. 197. in oratione Dominica *petitionem panis* quotidiani tamquam alimenti corporalis, *velut mantiſſam* eo non pertinentem *parentheſi includendam eſſe.* Sed quis credat aſſerenti, & nullam demonſtrationem adferenti? Ex occaſione, quoniam liber iſte notiſſimus eſt noſtratibus, & Clero Hungariæ oblatus, aliqua ex eo proferam, ex quibus Lectoris erit de qualitate operis judicare. Author laudem non parvam meritus eſt, quod ex IV. Evangeliis loca parallela conferendo, ordini rerum lumen ſæpe affuderit; ſed quam non parum imminuit illa, quæ præfationi inſerta legitur, præfidentiſſimi animi de utilitate ſui operis gloriatio. Notæ ſunt plerumque jejunæ, nec multam continent eruditionem, quarum nonnullæ cenſuram etiam graviorem merentur. e. gr. pag. 810. dicit, ex verbis Matth. 28. 19. *baptizantes eos in nomine Patris* &c. „manifeſte apparere, Chriſtum nullam baptizandi formulam a baptizantibus uſurpandam præſcripſiſſe, ſed declaraſſe duntaxat, quibus conditionibus baptizandi admitti ad baptiſmum poſſint, ac debeant.„ Addit, receptam baptiſmi formulam non quaſi neceſſario ad valorem requireretur, ſed tantum de præcepto Eccleſiæ ſervandam eſſe Rem eſſe in medio poſitam, an in forma baptiſmi trium Perſonarum fiat mentio, vel non, imo ſubjudicat, valiturum baptiſma, forma omni deſtitutum. Oportebat advertere illud Aug. *accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum*, nec repudianda fuit illa Concilii Flor. declaratio: *ſacramenta perfici rebus tamquam materia, verbis tamquam*

for-

h. e. corda veſtra, quæ ſpinis cupiditatum, & tribulis vitiorum aſpera ſunt, & recipiendæ gratiæ Dei minime idonea, repurgate. Matth. 3. 3. vox clamantis in deſerto: ipſa igitur Vulgata

forma &c. Breviarii recitatione ſacerdotes illos, qui nec choro addicti, nec beneficio ſunt proviſi, haud teneri enunciat pag. 196. quaſi peropportune loco iſto hoc, ne animis elabatur, inculcandum fuiſſet. Monet, velut negotium ſibi commiſſum executurus, pag. 166. & 258. Eccleſiaſticos beneficia via illegitima per inſtantias conſequi non debere, Epiſcopo non proventus, ſed. curas ſpirituales eſſe ſpectandas. Pag. 339. fidentius, ex qua revelatione, neſcio, contra communem ſententiam monet, Chriſtum in conſecratione panis nullis uſum fuiſſe verbis. pag. 651. tantum vulgo credi, verbis: *Hoc eſt Corpus meum*: Sacramentum confici, neque enim hæc verba tam eſſe neceſſaria. Obſervat pag. 401. non recte facere Parochos illos, qui rudiores adſtringunt ad orationem Dominicam totam, prout a Matthæo refertur, memoriter ediſcendam, cum ſcire, & recitare ſufficiat: *Pater! ſanctificetur nomen tuum, & libera nos a malo Amen.* Laxiores Moraliſtæ multa ſyncopare lectores ſuos docuerunt, ipſam tamen Dominicam orationem in hoc compendium conferre nemo eorum auſus eſt. Sed quid miramur *Pater noſter* pro ruſticis compendifacere eum, qui Clericos, niſi actu aut beneficium habeant, aut choro ſerviant, a toto Breviario recitando benigne in omnem vitam diſpenſavit! Levioris momenti ſunt, dum e. gr. pag. 94. obſervat hydrias, vel amphoras eſſe Hung. *vizes Korſó*, & quando Chriſtus matrem ſuam *mulierem* dicit, honorificum intelligi vocabulum, ut Hung. *Aſzſzony*, & Gallice *Madame.* Erant de heterodoxis, Brentius, Oecolampadius, Melanchthon, Calvinus, & Lutherus, qui hoc vocabulo Joan. 2. 4. ad obtrectandum laudibus Mariæ Dei matris abuſi ſunt. Lutherus quidem Cit. l. vertit: *Weib, was habe ich mit dir zu ſchaffen?* & in C. 4. epl. ad Gal. ſcripſit: *Paulus, ut apparet, quaſi per contumeliam virginem matrem.*

fi-

ta variat etiam. Joannes & ipſe in deſerto clamavit, & ibi parandam eſſe viam Domino docuit. Exigua eſt differentia, & utraque commoda, ſibique cohærens eſt interpunctio, ut *to: in deſerto* ad utrumque referri pariter poſſit, Iſai. 40. ex contextu videtur magis reſtringi ad *parate:* viam in deſerto parate, & rectas facite in ſolitudine ſemitas ejus. Luc. 1. 79. viſitavit nos ſol *oriens*, ſol juſtitiæ (Hebr. *tzemachh* pag. 572. lin. 23. germen) *ex alto* cælorum ad nos delapſus, *illuminare his* h. e. ad illuminandum hos, ſed græcam ſecutus phraſim (tois kathémenis) Dandi caſum Latinus retinuit; lumen felix, te-

 ne-

filii Dei, *mulierem tantum appellat.* Sed maleſanæ hujusmodi calumniæ pridem evanuerunt, refutatæ a Petro Caniſio Mariolog. C. 18. L. 4. pag. 456. & ſeqq. Ab encomiis Magnæ Dei Matris hodie non abhorrent heterodoxi. Operi majus futurum erat pretium, ſi ſuas Author notas penitus omiſiſſet, aut, ſi volupe fuit quasdam ſubnectere, quam erat facile utilioribus, & magis eruditis ſpatia illa marginalia complere! Eſt liber, ex quo non magnam eruditionem, aliquos vero errores lector minus ſolidus hauriet.

Autor vir erat doctus, & (ut mihi refertur) pius, exeunte Aprili an. 1797. Caproncæ in domo paterna morte præventus, dum publico opere non potuit, privatim retractavit, quæ hnmano more ſcripſit erronea, obediens alioqui Eccleſiæ filius; de quo A. R. D. Adamus Barichevich olim in Repetentia Budenſi meus amicus, nunc Parochus Zagrabienſis, datis ad me VI. Sept. an. 1797. literis hæc ſcripſit. „Cogitaverat ipſemet plura emendare, & præfationem temere omnino, ne quid gravius dicam, appoſitam exmittere, ſi licuiſſet per fata. Id ſæpius, cum fere quotidianus apud me eſſet, affirmabat, dolebatque multorum calamos contra ſe acui.„

nebræ infelix ſtatus: umbra mortis *tzal mavæth* litigant hodierni, urgentque, conjunctim ſcribi, & punctari debere *tzelamoth*, vel *tzalmuth* in ſing. h. e. ſpiſſiſſimæ tenebræ, ut nulla ſit injicienda mentio mortis, ſed tantum deſolatiſſimus ſtatus indicetur, cum Hebræa lingua ejusmodi compoſitiones non facile admittat; Ludov. de Dieu ad Jobi 10. 21. ab Æthiopibus, & Arabibus petit ſubſidium, & Joan. Henr. Michaëlis hæc pronunciat: nomen hac ratione figuræ Grammaticæ vel ſimplex, vel compoſitum, idem eſt (*tz* in *tet* verti ſolet, ut ex *tzal* Hebr. umbra, alii Orientales *tal*, unde & vocem Germanorum *vallis* inde derivant) quod Æth. tülmath, vel tilmuth, *obſcuritas*, a radice *talama* obſcurus, obſcuratus, tenebris obductus fuit: adverſus hanc ſubtilitatem obſervo, aut rei non eſſe diſcrepantiam: umbra mortis, miſeria eſt morti fere æqualis, lethali horrori vicina, quod ipſum *tzalmut* notione ſpiſſæ tenebricoſitatis involvit; aut Spiritum Sanctum in N. T. ſciviſſe melius, e cujus dictamine habemus *skia thanatu* h. e. umbra mortis. (Diſſert. Philol. Critica Witembergæ an. 1739.) Sed ad rem! *illuminare* ſicut in Latino, ita in Græco poteſt eſſe vel infinitivus, vel imperativi paſſivi ſecunda perſona, ſi voci Græcæ *epiphanæ* ſuper *A* penultimum, accentum apponas circumflexum, tum infinitivum; ſin autem ſuper *I* ponas acutum, imperativum denotabit. Hinc Corn. a Lap. *illuminare*, id eſt, illuceſce, exorire, ut novus quidam Mundi ſol, tu o Joannes fili mi! ut ad eum loqui pergat Pater Zacharias. Non dubito infinitivo locum deberi: viſitavit nos *illuminare*, ſeu ut illuminaret, ut dirigeret pedes noſtros &c. Maldonatus di-

dicit: qui diſputant, utrum infiniti, an imperandi modi ſit illud *illuminare*, rem minime dubiam in dubium mihi videntur revocare, adeo pro comperto habet ſenſum infinitivi. Obſervant recentiores, illico Gen. C. 1. non tam apte terminari V. 31. ſed ex C. 2. tres primos verſus adjici oportere, ut proin Caput 2. incipiat a verbis: *hæ ſunt generationes cœli, & terræ.* Pſ. 133. 3. Qui ſtatis in domo Domini in atriis domus Dei noſtri: *in noctibus* extollite manus veſtras in Sancta h. e. verſus Sanctum Sanctorum vos Levitæ orando manus elevate. al. Qui in domo Domini - - - Deo ab obſequiis eſtis in noctibus, ſeu per noctes: extollite. Apoc. 14. 13. *Et audivi vocem de cœlo dicentem mihi: ſcribe: beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo* h. e. ab hoc tempore *jam dicit Spiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis*, poſthac erunt beati, a tempore mortis illico requieſcent, mercedemque capient ſuam, qui *in* Domino h. e. *pro Domino, pro fide Jeſu Chriſti* (beth enim ſæpe valet *pro*, pag. 703. ut quando Gen. 29. 18. Jacob dicitur Labano VII. annis ſerviviſſe *berachhel, in*, ſeu pro Rachele) *moriuntur*; agit enim de martyribus. Græci Codd. paſſim *a modo* referunt ad moriuntur, (editio Eraſmi, & Leusdeni) dein novam inchoant ſententiam: etiam dicit Spiritus &c. Ezech. 27. 5. tabulæ duplices, vel utrumque latus tabularum *luchhóthaim*, at Hieronymi codex habuit duas ſeparatas voces *luchhót*, & *jam*, ideo vertit: extruxerunt te o Tyrus! cum omnibus *tabulatis maris.*

Cauſſa Septima.

Incertitudo, an numeri aliquando literis Alphabeti fuerint compendio expreſſi, vel complete iisdem deſignati. Non dubitant eruditi in Scriptura S. literas, more Latinis, Græcisve, ſed vel maxime Hebræis uſitato, antiquis jam ſeculis exprimendis numeris ſerviviſſe, interdum vero plene numeros fuiſſe deſcriptos. Scaliger ſolidus, & accuratus Chronologus, Elench. Chron. pag. 26. literis (inquit) numeralibus, non verbis, antiquitus numeri concipiebantur: unde natum eſt illud 1. Sam. 13. 1. *ben ſchanah Schaul* h. e. *filius* (unius) *anni Saul.* deeſt enim nota numeralis. Editio Græca: hyios en eniautu: alii codd. triakonta etón; h. e. 30. annorum. Hoc natum eſt ex compendioſa numeros ſcribendi ratione: quod niſi concedamus, quomodo tot varietates, & diſcrimina numerorum excuſemus, non video.„ Hier. epl. 132. ad Vitalem: *Relege omnes V. & N. T. libros, & tantam annorum reperies diſſonantiam, & numerum inter Judam, & Iſraël, id eſt: inter regnum utrumque confuſum, ut hujusmodi inhærere quæſtionibus non tam ſtudioſi, quam ocioſi hominis eſſe videatur;* addit, propter librorum diſcrepantiam, & dum paulatim de inemendatis inemendata ſcribuntur, errores inolitos eſſe. Exempla complura jam in præcedentibus (pag. 310. usque 320. & 471.) expendimus. Hinc in poſitione numerorum Hebraicos codices vitium feciſſe, ſummi viri tenent. Bochartus quando Gen. 11. 26. & 32. cum Act. 7. 4. conciliat, 4. opinionibus aliorum rejectis in ſolis Samaritanorum exemplaribus (pag. 313.) veritatem contineri effatur, Thare patri Abrahæ annos 145. tribuentibus,

Eu-

Euſebii ad ea provocantis exemplo. „ Non eſt (inquit) mirabile, ſi quædam menda, aut ſi mavis, corruptiones in ipſo etiam textu Hebræo reperiantur: nam inter ſcribarum ignarorum manus diutiſſime verſatus eſt, qui in multis, in numeris potiſſimum errarunt.„ Hîc *Mem* fuiſſe notatum h. e. 40. producta autem per ſcribarum inſcitiam linea poſteriori *Koph* h. e. 100. evaſiſſe. Quotquot ad Scripturam S. manus admovêre, illi infallibilitatis privilegio, quod tantum Theopneuſtorum eſt, non fuere donati.„

Locus ſupra modum implexus occurrit 1. Reg. 6. 19. quod *Bethſchameſch* urbis incolæ arcam Domini irreverenter, & curioſius inſpexiſſent contra prohibitionem Num. 4. 20. *percuſſit* Dominus *de viris Bethſamitibus, eo quod vidiſſent arcam Domini:* Hebr. vajjach beanſche bethſchæmæſch, chi rau baaron Adonai. *Et percuſſit de populo* 70. *viros,* & 50. *millia plebis.* Hebr. *vajjach bayam ſchibyim iſch, chhamiſchim æleph iſch.* Quis non exhorreſcat! oppidum non magnum fuit, fidem omnem incolarum tantus numerus ſuperare videtur. Vulgariſſime ita explicant: 70. illuſtriores, primarii viri de populo Bethſamitico (h. e. Heliopolitano juxta etymon) percuſſi ſunt: & de plebe promiſcua, extranea, ex variis oppidis undequaque concurrente (ut fieri ſolet in ſolemni adventu e. gr. Regis, aut Rom. Pontificis ad certum locum) 50. millia. Contra eſt: viros Bethſames phraſi Hebræa non alios dici, quam ipſos incolas, & domeſticos. Bochartus L. 2. Hier. par. 1. C. 36. pag. 370. viros 70. ita interpretatur, quaſi pro mille reis tantum 50. hoc eſt: XXma pars pœnas dediſſet, ſicut apud Romanos in mo-

re poſitum fuit reos mortis milites decimare ad ſupplicium. Fuerint 1400. incolæ, perierint tantum 70. Advertit Calmetus arcam longiori tempore hæſiſſe in agro Joſue, interea ex variis locis varios diverſis diebus confluxiſſe, qui idem peccatum committentes eadem cum incolis pœna obvoluti ſint. Syrus, & Arabs non habent niſi *quinque millia* loco quinquaginta. Kennicottus 50. *millia plebis* velut adſcititia, authoritate unius, alteriusve codicis fretus, reſpuit. Joh. Bern. Roſſius in. ſpecimine variarum Lectio. edit. Romæ 1782. textum optime elucidat, a pag. 84. usque 114. juxta traditionem vetuſtiorum Rabbinorum, Joſ. Flav. Thalmudiſtarum, Rab. Jarchhi, Kimchhi, Levi Gerſonidæ; Chriſtianorum Lyrani, Toſtati, Charthuſiani, Auctoris quæſtionum Hebr. Ruperti &c. quemadmodum alibi, hic quoque *chaph* ſimilitudinis ſubintelligi oportere, ut ſenſus ſit Lyrani verbis expreſſus, 70. *illos*, qui ſoli percuſſi ſunt, ex dignitate, aut quacunque prærogativa, qua eminebant, *tales fuiſſe*, *ut* 50. *millibus hominum de plebe æquipararentur*. *Percuſſit de populo* 70. *viros*, qui fuerant *quaſi* 50. *millia plebis:* 70. viros, aliorum virorum 50. millibus æquiparandos. Novimus unum virum, maxime bellica virtute, & arte eximium, mille aliis æquiparari, eumque e. gr. captivum traditis aliis mille, vel octingentis viris quandoque redimi. 1. Reg. 18. 7. ſolo proſtrato Goliath, David 10. millia æquivalenter occidiſſe dicitur: *percuſſit Saul mille*, *David autem X. millia*. 2. Reg. 18. 3. Sicut Goliath inter Philiſtæos tanti habitus eſt, quanti communium virorum X. millia: ita 70. illi viri æſtimati ſunt, quaſi 50. millia plebis; quod convenien-

nienter eſt additum ad denotandam cladis magnitudinem. Unum *chaph* tantas potuitne fugare tenebras?

III. Reg. 4. 26. cum Salomon 40. mille præſepia equorum curulium, & 12. millia equeſtrium habuiſſe narretur; alibi vero 2. Paral. 1. 9. 25. numerus longe diverſus ponatur, dicit Calmetus: *operoſa eſt utique horum locorum conciliatio; expeditiſſimum autem cenſemus, ſi ex 2. Paral. 9. 25. IV. millia præſepia ſtatuantur, quorum cuivis 10. equi aſſignentur, cohærebitque lectio Vulgatæ.* (pag. 471. lin. 3.)

David filio ſuo Salomoni ingentem vim pecuniæ reliquit. Ne Naturaliſtis h. e. hominibus, ſpreta revelatæ religionis veritate naturæ corruptæ principia pro norma vitæ ſtatuentibus, anſa detur cavillandi: etſi motis difficultatibus aliis etiam reſponſionibus affatim queat ſatisfieri, multi tamen hodie cum Joſ. Weiſſenbach in Nova forma Theologiæ Biblicæ pag. 140. reponunt, in fontes, & in omnes verſiones univerſim quoad hoſce numeros menda irrepſiſſe. Verba Weiſſenbachii ſunt: „Etſi enim non eſſet ratio conjecturæ ejus, etſi nullus locus, verſio nulla, exemplar nullum injiceret ſuſpicionem, ipſe numerus *duodecim millium millionum Ludovicæorum* eſt aliquid prorſus enorme: eſt ſumma, qualem nemo vidit, & qua templum ex mero argento, vel, ut Brerewoodus *de ponderibus, & pretiis veterum nummorum* dicit, ex mero auro poſſet excitari. Cenſet idem totam ſummam efficere circiter *XII. millia millionum librarum auri ſterlingicarum*, quarum una æquale habet pretium cum aureo Ludovicæo.

(y) Apoc. 13. 16. Beſtia illa, forte *Julianus* Apoſtata (qui teſte Theodoreto L. 3. C. 11. Hiſt. exemplo Diocletiani, panes, carnes, fructus, herbas, ipſas etiam aquas in fontibus, paucis:

(y) Verba textus ſunt 1. Paral. 22. 14. *Ecce ego* (David loquitur) *in paupertate mea præparavi impenſas domûs Domini auri talenta* 100. *millia; & argenti mille millia talentorum: æris vero, & ferri non eſt pondus: vincitur enim numerus magnitudine: ligna, & lapides præparavi ad univerſa impendia.* Præter hæc de cumulatis a ſe pecuniis reliquit *tria millia talenta auri de auro Ophir* (optimæ ſpeciei) *& ſeptem millia talentorum argenti probatiſſimi:* 1. Paral. 29. 4. Inſuper Principes aulæ David in opus illud contulerunt *auri talenta quinque millia, & ſolidos* 10. *mille, argenti talenta* 10. *millia.* 1. Paral. 29. 7. Joh. Jacobus Schevchzer in ſua Phyſica ſacra Tom. 3. Aug. Vindelic. 1733. pag. 631. ita explicat: „ Ex hypotheſi hactenus recepta æquivalet auri talentum 12220. ducatis aureis, talentum argenti imperialibus 4500; erit proin, ſumma aureorum 1319'760000. ſumma thalerorum 4981'500000. Alii ſummam auri, & argenti reducunt ad 907'209349. libras ſterlingicas, h. e. libra ſterlingica pro 8. florenis ſumpta, ad florenos 7257'674797. & 38. cruciferos. Sed omnes de ſua nobis incognita moneta loquuntur, & determinatio pendet a valore *ſicli*, qui vulgo etiam dicitur *argenteus* ſcil. nummus. Ego cum Fran. Widenhoffer, & Herman. Goldhagen Introd. in Scrip. par. III. pag. 634. ſtatuo, *ſiclum* æquivalere 15. groſſis, ſeu 45. cruciferis, h. e. medio thalero. *Talentum* Hebraice *Chichchar* æſtimatur tribus millibus ſiclorum, adeoque valore 1500. thalerorum, ſi ſit argenteum; ſi vero aureum, valet duodecuplum, ſeu duodecies tantum, h. e. unum talentum *aureum* valet thaleros noſtros 18000. argenteum vero tantum 1500. Hinc ſumma ex citatis Scripturæ locis 1. Par. 22. 14. & 1. Par. 29. 4. demum 1. Par. 29. 7. conflatur (1) *thaleri* 1800000000. (2) 1500000000. (3) 54000000. (4) 10500000. (5) 90000000. (6) 15000000. quæ

cis: eſculenta, & poculenta omnia luſtrali idolorum aqua aſpergi juſſit, & Diis conſecrari, ut Chriſtiani ea attingentes hac ratione in ſacrorum communionem venire cogerentur) *faciet omnes*

quæ ſumma eſt thalerorum: 3469000000. *ter mille quadringenti ſexaginta novem milliones, thalerorum*, illis mille ſolidis in computum non aſſumptis. Sed nova lis oritur, *ſtathmicum* talentum, quod pluris valet, intelligi, h. e. talentum, quod appendebatur, pondereque ſuo æſtimatum facit *libras*, prout hæ 12. uncias habent, 7500, ſi aureum: 125 uncias, ſi argenteum fuerit; repudiant alii hanc diſtinctionem. Quiritatur Brerewoodus tantum theſaurum nunquam poſſediſſe Reges Perſarum, Græcorum, Romanorum; ſi muri omnes e fuſo argento conſtare, eodem metallo totum pavimentum ſterni, tectum omne aureum eſſe debuiſſet, ſi vaſa, in uſum templi neceſſaria, ex eodem auro fuiſſent parata, & omnes ſoluti artifices, ſuperfluam adhuc ſummam futuram fuiſſe permagnam, ex quo concludit *talentum* hoc loco minus aliquid ſignificare, quam Exod. 38. 25. quidſi *chichchar* mera fruſta auri, & argenti deſignat in libris illius temporis? talentum Babylonicum, Atticum, Alexandrinum variant, variant talenta, ſicut & alii nummi etiam cum tempore. *Furor, profecto furor, Davidis talenta Moſaicis æquare*. h. e. dicere, unum argenti talentum valere 1500. thaleros, ſeu 3000. ſiclos, dicit Mariana. *Clericus*, ubi centum millia numerantur tres a fine zeros delet, dicit enim tam in divitiis, quam in recenſione multitudinis populi Judæos artem multiplicandi adhibuiſſe pia fraude, & vana laudis cupidine, numeros in ſacrorum librorum apographis auxiſſe, ut gloriæ litarent Majorum ſuorum.

Eandem corruptionem decernunt non pauci 2. Reg. 24. 9. & 1. Par. 21. 5. David populum conſcribi jubet, & tantæ ſubjectæ ſibi multitudinis numerum ſibi referri. *Inventus eſt omnis Iſraël mille millia, & centum millia virorum educentium gladium: de Juda autem quadringenta, ſeptuaginta millia bellatorum.* *Nam*

omnes puſillos, & magnos, & divites, & pauperes, & liberos, & ſervos habere characterem in dextra manu ſua, aut in frontibus ſuis: (mos in Oriente invaluit mancipia, tamquam

---

Nam Levi, & Benjamin non numeravit. Jam Sulpitius Severus Hiſt. Sacr. L. 1. errorem putavit ſubrepſiſſe: „Non dubito (inquit) librariorum potius negligentia, præſertim tot jam ſeculis intercedentibus, veritatem fuiſſe corruptam, quam ut Propheta erraverit.„ Regio 60. circiter milliaria, (ceu horæ unius iter, adeoque noſtrum milliare Germ. accipe) longa, 30. lata, tantam hominum multitudinem ſeu alere, ſeu etiam capere quî potuit? Numerus libri Reg. altero libri Paral. repugnare videtur, veroſimiliter tamen ab Authoribus conciliatur apud Calmetum; ſed qui ipſe nodum ſecat, & libri Paral. lectionem invecti erroris arguens, adhæret libro Regum, ſecundum quem agnoſcenda univerſim in Paleſtina ævo Davidis ſexagies, vel ſeptuagies centena hominum millia; regio erat mira Dei benedictione fertiliſſima, urbibus, oppidis, pagis, ædibus ubique juxta agros, vineas, oliveta, pomaria, ſitis. Erraret, qui fertilitatem ſoli ex hodierna æſtimaret, neque prorſus falſo ponitur, regiones, quæ olim fœcundiſſimæ fuerant, ſeculis labentibus ſterileſcere, & e contra: Germania, Tacito, & Seneca referentibus, ſilvis horrida, & paludibus infœcunda fuit: aſt ſi hodie eam contempleris, experieris locorum ſalubritatem, ſoli ubertatem, inquit Sebaſt. Munſterus Coſmogr. L. 3. pag. 285. Ex adverſo: Ægyptus, quæ olim ex inundatione Nili paradiſus erat, jam ſuas laudes non tuetur, nec reſpondet colonis ſuis.

Calmetus itaque numerum Libri Paral. repudiat, velut in manifeſto mendo cubantem, quo ex cenſu Davidico efficerentur quindecies centena, ac ſeptuaginta millia hominum armis capiendis idoneorum, ſumma adeo immanis, ut fidem omnem ſuperet. Subjicit: *Ceterum novum plane non eſt, mendi alicujus arguere textum Hebræum in numeris,* (pag. 385.) *ac nominibus propriis.* Ut tamen iſtud fiat, graviſſimæ

quam ſua, & non alterius, ut apud nos boves, inuſto ſtigmate notandi, qui perinde etiam ad milites extenſus fuit juxta illud Vegetii L. 1. C. 8. & L. 2. C. 5. puncturis in cute punctis ſcribuntur milites) &

ſimæ cauſæ requiruntur, qualis non eſt illa ex ſumma pecuniæ orta difficultas, cui mille modis poteſt ſatisfieri, cum reditus Regis tam fuerint multiplices etiam ab exteris bello ſubjugatis, præterea nec talentorum certum ſciamus ſeu valorem ævi illius, ſeu ſignificatum, eo minus aurifodinarum fæcunditatem 1. Par. 9. 20. & 2. Par. 10. 27. quam ingentem fuiſſe oportuit, dum *tanta eſſet abundantia argenti in Jeruſalem, quanta & lapidum.*

Divitiæ Sardanapali Regis Aſſyriæ, Cyri, aliorumque Perſiæ Regum, item Alexandri M. exemplo ſunt, Davidem theſaurum tantum 40. annis comparcere potuiſſe, ædificando templo, Deo ſpecialiter benedicente. Vide Calmet. Diſſ. de theſauris a Davide relictis L. 3. Regum præfix. Alex. M. ex ſola Damaſcena regione retulit 26000. talenta argenti, Ecbatanis 180000.

Ab exitu ex Ægypto usque ad jacta templi Salomonis fundamenta effluxêre anni 480. Joſ. 24. 29. & 3. Reg. 6. 1. anni 111. ſervitutis cum annis quietis ſub judicibus compenetrandi ſunt, neutiquam ſeorſim computandi, quia ſic 591. anni prodirent. Itaque non debemus cum Melch. Cano 3. Reg. 6. 1. mendum ſuſpicari, ubi Hebraicus, Chald. Syr. Arabs, Vulgata conſentiunt. Collat. Act. 13. 20. annos a nativitate Iſaachi numerando, commate anni ſejunguntur a deſtructione VII. gentium, & duo puncta ponuntur: Poſt hæc dedit Judices. Confer editionem N. T. Patris Goldhagen.

Saul unius anni erat *non ætate*, ſed *qua Rex*, ſive in regnando, & regnavit *duobus annis*, non abſolute, ſed dum jam in alterum annum regni teneret habenas, ter mille viros de Iſraël velut ſtabiles turmæ Prætorianæ milites adlegit; regnavit cum Samuele 16, ſolus vero 2. univerſim proin 18. annis. Ochozias vero *viginti duorum annorum* erat, cum regnare cœpiſſet 4. Reg. 8. 26. at vero 2. Paral. 22.

2.

& ne quis emere, aut vendere poſſit, niſi qui characterem habet, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis ejus. - - numerus hominis eſt, & numerus ejus 666.

Va-

2. *quadraginta duorum annorum* erat Ochozias, cum regnare cœpiſſet. Veroſimilius creditur in cit. Paral. mendum irrepſiſſe tam in Hebræum, quam in Latinum, cum Syrus, Arabs, Antiochenus in XXII. annos cum 70. etiam in cit. Paral. conſentiant. Supereſt tamen via conciliandi apud P. Widenhoffer &c.

Achaz 11. annorum jam videtur generaſſe 4. Reg. 18. 1. quamvis alii 15. annos producant. In omni regione ſunt exempla X. XI. anno generantium. Scaliger narrat puerum 11. an. ex puella an. X. filium genuiſſe; Albertus M. ſe noviſſe puellam IX. ætatis anno gravidam anno X· mox parientem; Hier. epl. ad Vitalem; puer X. an. nutrici ſuæ accubans obſcœnis motibus ab ipſa ad coitum ducitur, necdum duo menſes fuerant evoluti, & ecce fœminæ uterus intumuit. Incolæ ferventiorum regionum citius attingunt pubertatem. Bochartus rem fuſius Diſſ. ſpeciali edit. Lugd. Batav. 1712. pag. 920. declaravit, ut 10. anno Achaz Ezechiam generare indubie potuerit.

Prov. 24. 15. Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo juſti, neque vaſtes (turbes) requiem ejus, *ſepties* enim *cadet* juſtus, & reſurget: impii autem corruent *in malum.* Vulgo contra fontem, Vulgatam, & omnes verſiones addi ſolet verbo cadit: *de die*, ſeu quotidie, cui additioni ſe infenſiſſimum declarat Ignat. Weitenauer in Lexico Biblico Vulgatæ his verbis: „Fœdum hoc additamentum ſententiam efficit omnino falſam, (quaſi 7. venialia peccata omnis quotidie committeret etiam juſtus) moribus vehementer noxiam, & in vitæ Chriſtianæ curſu non parum periculoſam.„ *Cadet* vel intelligitur in miſerias vitæ, quæ citra dubium quotidianæ ſunt, omnem namque diem ſua comitantur incommoda (Matth. 6.) incidet ſæpe in calamitates, at denuo iis

Varia nomina, ut Lateinos, Genſericus, Teitanos, ſi Græcis, Latinis, aut Hebraicis literis ſcribantur, 666. efficiunt, prout Corn. a Lap. & Calmetus exhibent. Aliquem Rom. Pon-

 ti-

iis eluctabitur. Heterodoxi, qui de peccatorum in venialia diſtinctione non facile Catholicis aſſentiuntur, ſolicite admonent, de ſolis malis Phyſicis iſthic ſermonem eſſe, præcedentem verſum reddunt: *ne inſidieris tamquam impius habitaculo juſti, & ne vaſtes recubationem ejus:* non turbes phyſicum ejus ſtatum, nam hujusmodi malis alioquin *ſæpius* vexatur, (*ſchæbay* Hebr. unde & Latine ſæpe) afflicto non addas afflictionem; nam & incaſſum hoc ageres, quia ille quidem e tali malo rurſus protegente Deo emerget, impii vero abſque ſpe evadendi corruent in malum phyſicum. Urgent *naphal* h. e. *cadere* (unde Germ. fallen) Hebræis de caſu in malum morale h. e. de lapſu in peccatum ſaltem apud Salomonem non uſurpari. Clare pronunciat Aug. L. 11. de Civit. Dei C. 31. *Non de iniquitatibus, ſed de tribulationibus, ad humilitatem perducentibus, intelligi.* Mirum eſt hunc ſenſum ab Aſcetis etiam acerrime propugnari, uti Nicolao Lancicio, & Petro Kwiatkowski, quem Calmetusquoque agnoſcit literæ proximius hærere; alterum de lapſu in peccata nihilominus præcedentibus egregie jungi, interpretante ita magno PP. numero, Franciſco Widenhoffer interpretationem hanc defendente; ſane *naphal* Jer. 8. 4. ſumitur pro lapſu in peccatum, ſeu moraliter; Vulgatæ verſio *ne quæras iniquitatem in domo juſti* indicat caſum in malum non phyſicum, ſed iniquitatis.

Ad Hebr. 9. 27. *ſtatutum eſt hominibus ſemel mori.* Paſſim addi ſolet *omnibus*, quod exſerte nullus textus habet, includitur tamen indubie in hac indefinita propoſitione, quia ex mente Apoſtoli mors ſequela eſt peccati Orig. ad omnes homines una cum hac ſequela tranſeuntis. *Eſtne ergo de fide omnes morituros?* actualem mortis perpeſſionem ita ad omnes pertinere, uti e. gr. naſci in peccato Orig., argumento claro neutiquam conficitur, eo minus de fide eſt,

tificum, velut Anti-Chriſtum deſignari, aniles ineptiæ ſunt ab heterodoxis ſanioribus refutatæ. Boſſuetus, qui arcani hujus libri myſteria præ ceteris felicius ex parte revelavit, & Calmetus, Dio-

eſt, nullum prorſus individuum humanum ab origine Mundi usque ad finem ejus a lege moriendi eximi; fides ſolum proponit, hominem omnem naſci morti obnoxium, manet ſoli Deo cognitum, an nullum eximat ex tot myriadibus hominum ab actuali mortis perpeſſione. Henochum Gen. 5. 24. & Eliam Eccli. 44. 16. & 48. 10. hucdum in corpore mortali velut in quiete vivere credimus in fine Mundi martyrio conſummandos; qua de re videſis Corn. a Lap. ad C. 4. 6. Malach. 1. Theſſ. 4. 16, liberrimum eſt ſentire, eos fideles, qui tempore extremi judicii victuri ſunt, morte minime guſtata ex mortali ad immortalem vitam immediate transferendos, quamvis præmorituros e veſtigioque reſuſcitandos velint alii. A multis, diuque judicatum eſt, licet erronee, Joannem non moriturum; ita locum exceptioni ab hoc ſtatuto concedebant. Joan 21. 22. Pariter dicitur ſtatutum eſſe *ſemel* mori, imo vis argumenti eſt in vocula *ſemel*, quæ præter ſignificationem *vicis* jam valet *olim*, *tandem*, *jam pridem*, *ab antiquo* Judæ v. 2. jam *pro certo*, *firmiter* Pſ. 61. 12. *demum aliquando*, ſed in textu proprie valet *una vice*, ſicut v. 28. Chriſtus *ſemel* tantum, non bis, terve mortuus eſt. Rom. 6. 10. 1. Petr. 3. 18. ad Hebr. 10. 2. Sunt tamen ex accidenti aliqui etiam *bis* mortui, tales multo probabilius erant Matth. 27. 52. *Multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, ſurrexerunt* &c. Calmeto in Diſſert. Matthæo præfixa de reſurrectione SS. Patrum aſſentiente, Corn. a Lap. repugnante. *Audacter* (concludit Calmetus) *igitur affirmandum nobis ducimus ſanctos illos* (pariter Lazarum, Tabitham, & alios innumeros) *ita rediiſſe ad vitam, ut novæ morti ſubderentur*, nempe non in glorioſo, ſed mortali tantum corpore redivivos. Sed de numeris jam fortaſſe etiam extra cauſam ſatis multa.

Le-

Diocletianum credunt denotari verbis *Diocles Auguſtus.* Rhenferdius Jacob (pag. 673. lin. 24.) German. an. 1654. natus Franequeræ LL. OO. Profeſſor, Græc. Hebr. Chald. Syr. Arab.

Lectori non ingratum fore arbitror, ſi hic de Arabicarum, ſeu ex Arabum characteribus numericis transformatarum decem notarum, quibus hodie in Arithmetica utimur, Origine aliquid in medium proferam. Latini, & alii Europæi, quin & Græci, ipſique Hebræi olim aut integre numeros literis, quibus pronunciantur, deſcripſerunt, aut certis Alphabeti literis, uti hodiedum notare ſolemus 1000. per M. 500. per D. 100. per C. deſignarunt. Sed quam impedita, & negotioſa eſt hæc numeratio maxime in majoribus e. gr. Mathematicis calculis!

Characteres hodiernos, ſeu *Siphras* h. e. numeros, ab Hebr. *Saphar, numeravit*, ita nuncupatos primi Arabes Europæ intulerunt, ut oſtendunt Athanaſius Kircherus (pag. 150. lin. 33.) in excuſa Romæ an. 1665. Arithmologia par. 1. C. 1. & Bollandiſtæ Tom. III. May præf. pag. LIX. parergo XII. Arabes vero probabilius antiquitus a vicinis Brachmanibus Indiæ ſapientibus acceperunt quamvis forte & ipſi Brachmanes ſapientibus Ægypti retruſiſſimæ antiquitatis eosdem numerorum characteres debeant. Ita narrat Abenragel in ſuo de introductione ad Aſtronomiam libello: *Et hi* (inquit) *ſunt numeri Indiani a Brachmanis Indiæ ſapientibus ex figura circuli ſecti inventi.* Conſtat ab ipſis Arabibus vocari *hhuruphu — l — End*, ſeu *Ind*, h. e. literas Indicas. Ante ſeculum 13. compendioſæ hujus generis notæ prorſus ignotæ fuerunt (Joh. David Michaëlis Arabicæ Grammat. Götting. 1781. pag. 31.) Hinc Antiquarii obſervant, pro veris, originalibus, & ante ſec. XIII. confectis non eſſe habenda, quantamcunque ſpeciem vetuſtatis præferentia monumenta, ſcripta, vel ſculpta, in quibus numeri hujusmodi Siphris fuerint expreſſi.

Res ita habet: Anno *Hegiræ* h. e. Arabica voce *fugæ* ſcilicet Mahometis (quæ contigit an. Chr. 622. 16.

Rabbin. Perſic. doctus, magnum literarum OO. lumen, complurium Diſſertationum Author, an. 1712. mortuus, Diſſ. de ſtylo Apocalypſeos Caballiſtico phraſes myſticas utrinque convenire pag. 27. pronunciat, probatque. Igitur vix melius

16. Julii, feria ſexta ex Urbe *Mecca*, unde ſparſo dogmate ſuo regnum affectans ſugatus eſt in *Jetrib*, ſeu Medinam, ſed collecto exercitu victor Meccanis regnum eripuit, quod mox tam evaſit præpotens, ac formidabile, rebus Chriſtianis funeſtiſſimum) anno inquam Hegiræ 300. Chriſti 922. Arabes juxta Hiſtoriam Saracenicam, Perſiæ, Carmaniæ, & Indiæ partes ſuo ſubjecerunt imperio, & facta irruptione in Græciam, atque Hiſpaniam Europæis characteres numerorum communicarunt, ante annos 450, ut Bollandiſtæ explicant: ante hoc tempus nullum eorum eſt in Europa veſtigium. Maximus Planudes circa annum 1270. Græcus ſcriptor primus in ſua *Pſephophoria* h. e. calculatoria, ſeu Arithmetica arte, adhibet, *ſiphras* vocat, & ab Indis profectas aſſerit. Scaliger in epl. ad Marcum Freherum data dicit, primum Hiſpanos a Mauris, reliquos Chriſtianos Latinos ab Hiſpanis, Græcos a Latinis Chriſtianis fuiſſe mutuatos. Anno 1240. Alphonſus Princeps Hiſpaniæ Ferdinandi Sanctiſſimi Regis Caſtellæ filius Mathematicarum diſciplinarum ſtudioſiſſimus, audiens ſummos in Africa Aſtrologos, tum Arabes, tum Judæos florere, horum nonnullos ingentibus ſumptibus evocavit, Alfarabium, Abenragelum, Profatium, Mahumedum, Hoamarum, ac ceteros inter Principem Iſaacum Hazan Synagogæ Toletanæ Cantorem Hebræum; confectæ hac occaſione *Tabulæ Alphonſinæ*, Arabum ſiphræ in Tabulas Latinas illatæ anno poſt Chr. 1240. an. 1252. opus vere Regium inpenſis aureorum millibus 40. in lucem editum, (ut oſtendit Chronicon Aſtronomicum P. Joan. Riccioli) &, dum typographia an. 1440. aut 1450. per Joan. Fauſtum orbi propoſita præſto non eſſet, in exemplaria deſcriptione tralatum. Ajunt Joannem Sacroboſcum in Galliis primum fuiſſe, qui libros ſuos hiſce notis inſignivit, & Pariſiis ſphæram ſuam an. 1256. vulgavit.

lius aliunde, quam ex Caballiſtica Hebraicarum literarum ſupputatione numerum 666. erui poſſe quidam autumant. *Numerus hominis eſt.* h. e. humanæ menti inveſtigatio ejus non eſt impervia. Hebræum nomen eſſe oportet, vel Hebraicis literis ſcribendum, ſed quod illud? obvium ſatis: *mechérah*, vel *mechúrath*, aut *mecheroth*, *res venales*, negotiationi expoſitæ, *commercium*, nempe liberum ad emendum, & vendendum; hoc ſigno oſtenſo pateſcet, eſſe eum, qui ſignum hoc habuerit, de contubernio beſtiæ. *MCRVT*, vox etiam valet idem, quod deſponſatio, innuitque prænotatum iſthoc charagmate Anti-Chriſto jam eſſe veluti deſponſatum, ſicut e contrario piæ animæ nuptiis Agni ſe devoverunt. Porro Hebraico calculo m = 40. c = 20. r = 200. v = 6. t = 400. Et 40 + 20 + 200 + 6. + 400: = 666. Hæc de obſcuris obſcure, præfiſcine tamen.

Cauſſa Octava.

Defectus verborum compoſitorum in lingua ſancta, in qua ideæ noſtræ compoſitæ, verbaque iis reſpondentia nonniſi ſimplicibus verbis exprimuntur; nulli præterea ſunt caſus, qui in aliis linguis ipſa flexionis diverſitate ſenſum diſcriminant, & clariorem reddunt, non ſunt niſi duo tempora, præteritum, & futurum, quorum alterutro præſens ſolent pariter deſignare, ut ſæpius hæreas, præterito, an futuro, aut præſenti vertere potius debeas; nullus, ut vocant, optativus, aut conjunctivus modus, nullum plusquam perfectum, nullus in prohibendo imperativus, & Cæt. (pag. 448.)

Gen. 4. 26. Iſte cœpit (Enos) *invocare* nomen Domini; *kara* vicino Hungaris ſignificato

 kér,

kér, kérem (pag. 8. lin. 15.), valet *invoco*, in auxilium inclamo. 2° clamo, ſonum edo, verba facio. 3° nomino. Pſ. 146. 9. qui (Deus) dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum *invocantibus* eum. *eum* non eſt in hæbræo; equidem omnes beſtiæ, & aves petunt a Deo eſcam, in quantum habere cupiunt ab eo, qui ejus dator eſt, licet eum cognoſcendi facultate careant, & clamant ad Deum, Job. 39. 3. vel 38. 41. quatenus eſurientium clamor, propter urgentem famem emiſſus, noſtram rationalium creaturarum petitionem imitatur; præſtabat tamen vertere ſine addito *eum: & filiis* (ut Hungari pullos, filios vocant) *corvorum*, *qui clamant*, crocitant: ita Syrus, Chaldæus, Hieronymus; talis enim verſio morata eſt ſanctos Hilarium, & Auguſtinum, ut, cum Deum *invocare* propriê dicti corvi non poſſint, per corvos, inquit Bellarminus, intellexerint paganos, per pullos corvorum Chriſtianos. Allegoriam ad fovendam pietatem adferre licet, modo litteram præmittas, præmuniasque, hæc iſto loco tam de corvis ſonat, quam prior pars de jumentis. Lutherus Gen. 4. 26. vertit: *tunc cæperunt homines concionari* de nomine Dei. Zu der ſelbigen Zeit fieng man an zu predigen von des Herrn Namen. tum cæptum eſt prædicari de nomine Dei. Tertia verſio antiquis nonnullis, hodie autem plerisque probata: *tunc cæperunt homines appellari de nomine Jehova*, ſeu: vocari filii Dei, nempe duabus contraris erectis ſocietatibus, impiis Caini poſteris data *filiorum hominum* appellatione, pii Sethitæ cum Enós ſe Dei, qnem ut patrem, vitæ, & bonorum omnium authorem, venerati ſunt, filios vocitarunt;

rũnt; valde ſavet contextus: inſerta enim C. 5. genealogia Patriarcharum, Cap. 6. 2. Sethitæ Cainitis contrapoſiti, velut notiſſimo jam vocabulo filii *Ælohim*, & puellæ Cainitarum filiæ *Adam* nominantur; aliquam parit difficultatem *Ælohim*: filii *Ælohim* qui nominantur, non illico *Jehovæ* filii dicendi ſunt, nec piis filiorum jehovæ prædicatum adhæret; in reliquo: quid ſi *Jehova*, & ælohim, ut mere ſynonyma ſpectantur? En verbi *kara* omnes tres ſignificationes loco convenientes! Gen. 48. 15. Jacob duobus Joſephi filiis fauſta precatus ait: *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & invocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque Patrum meorum Abraham, & Iſaach.* Queruntur heterodoxi in his malè poni *invoco* a Pontificiis, ut Sanctorum invocationem quaqua ratione obtrudant, cum in Hebræo tantum ſit ſimplex verbum *kara*, & ſenſum reddat: vocentur pueri iſti Iſaachidæ, Abramidæ.

Reponimus: qua notione *kara* hîc capi debeat, 70. & Chaldæum magis ſciviſſe, &, antequam mos pius ſanctos invocandi a novatoribus impugnatus fuiſſet, verſiones prope ſesqui mille annorum ætatem ferentes *kara* per *invoco* reddidiſſe. Non nego, ex illo mulierum in defectu virorum nupturientium dicto Iſa. 4. 1. *tantummodo invocetur ſuper nos nomen tuum*: ſenſum objectum includi, excludi noſtrum, nego. Ipſæ hæ mulieres de mariti nomine vocari ideo volunt, ut ipſa appellatione in protectionem, & tutelam aſſumantur; benedicere vult Jacob: citra dubium non tam vocabulo, quam benedictionum Abrahæ, & ſibi collatarum participatione voluit

 ſu-

ſuper Ephraim, & Manaſſe nomina iſta invocari; parum erat ſecus, ut Jacobini, & Abrahamidæ vocarentur, uti reipſa vocati nunquam fuerunt, redditi non aliter, quam, quod eſſent Sanctorum propago, per invocationem Sanctorum nominum, bonorum participes, nominum, per quæ Moyſes Deut. 32. 13. Deum orat, & placatur Dominus. v. 14.

Gen. 10. 21. De Sem quoque nati ſunt patre omnium filiorum Heber, fratre Japhet *majore:* concordat cum Sem, in ablativo: 70. *majoris*, cum Japhet, ſeu Japheti. Conciliant: Sem eſt frater major *dignitate*, quia ex eo naſcitur Meſſias, & Cæt. Japhet eſt major *natu*, ſeu reipſa, & quoad ætatem. Verſiones ideo variant, quia Hebræus non dicit, niſi *haggadol*, cum caſibus careat. Habent Hebræi aliquas notas caſuum, ſic *eth* ſicut Hungaris, eſt nota accuſativi; ſed ſæpe eſt merê ſuperflua, vel emphatica adjectio, ſæpius vero valet *yim* h. e. *cum* ſocietatis, vel auxilii: Gen. 4. 1. dicebat Eva: Kaníthí iſch ëth Jehovah: h. e. poſſedi virum per Deum, ſeu cum Jehovah, auxiliante Deo. Ita 70. Onkelos, verſiones antiquæ, & ſine dubio recte. Jonathan Chaldæus vertit: poſſedi virum Angelum Domini, ſeu Meſſiam. Lutherus: (pag. 711. lin. 30.) ich habe denn Mann, denn Herrn Jehova. Heterodoxorum multi hanc Megalandri ſui verſionem tamquam verbi activi regimini, & ſyntaxi Hebraicæ aptiorem copioſius defenſant. Non quaſi (inquiunt) Eva tam impia, aut ſtulta ponatur, ut filium ſuum Cainum Meſſiam putaret, ſed, quod dum ſe videret fœcundam, in proto-Evangelii ſpe antea conceptâ Gen. 3, 15. de naſcituro e ſua poſteritate redemptore ipſa prolis hujus nativi-

ta-

tate non parum ſit confirmata, & ex hac Dei benedictione, ac ope uberiorem futuri Soſpitatoris certa cum fiducia fuerit præſtolata. Ecce ambigua, & varians voculæ *ëth* pro accuſativo, & ablativo uſurpatio incertum dimittit lectorem!

Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, Eccleſia loquitur, ſole, & æſtu perſecutionum exuſta, & priusquam Chriſto ſponſo ſuo jungeretur, infidelitate, & peccatis deformata, *quia decoloravit me Sol*, Cant. 1. 5. Hebr. *äl thiruni* h. e. non aſpicite me: clarius verbo compoſito *deſpicio* redderetur: *nolite me deſpicere*. Pſ. 121. 6. Rogate, quæ ad pacem ſunt Jeruſalêm, h. e. petite, precemini urbi Jeruſalem evenire ea, quæ pacis ſunt, & felicitatis. *ſchäal*, oravit, precatus eſt, item interrogavit, ſalutavit. 70. *erótéſate* interrogate, quæ ad pacem ſunt. Rogare, petere pacem, ſæpe eſt quærere, an proſpera ſint omnia, & quomodo quis valeat.

Quoties inter ſe committuntur interpretes, dum ex hac obſcuritate, ex defectu caſuum, temporum, & compoſitionis, adjectivum, aut participium, vel ipſum quoque verbum in textu occurrens iſti huc, alii illuc referendum eſſe urgent? Sed ad alia properandum.

Cauſſa nona

Frequentiſſimus uſus *enallages*, ſeu *immutationis*, dum ſingularis pro plurali, genus unum pro alio, tempus pro tempore uſurpatur. Hæc ſane eſt figura, quæ per omnes orationis partes in Bibliis vagatur; nam partes orationis ita in Hebræo inter ſe ſunt comparatæ, ut facillime, & frequentiſſime permutentur; genus fœmininum pro maſculino, futurum pro perfecto, ſin-

 gu-

gularis pro plurali, gradus poſitivus pro comparativo, & ſuperlativo, caſus pro caſu, perſona pro perſona, activum pro paſſivo, & e converſo, ponuntur. Ne ſilvam errorum, in quos multi invecti ſunt nata hinc obſcuritate, ingrediar, brevis ero. Quis neget, dum hac ratione miſceantur omnia, ambiguitatem omnem evitari haud poſſe?

Hæc enalage generis facit, ut Gen. 3. 15. verſio Vulgatæ *ipſa conteret* recte, & cum fundamento defendatur (pag. 479.) fatente Grotio; cum Moyſes de fœminis loquens virile genus, & ex adverſo, de viris loquens fœmininum adeo frequenter, & tantum non promiſcue adhibeat. Gen. 4. 7. *ſi autem* (Tu Cain!) *male egeris, ſtatim in foribus peccatum aderit, ſed ſub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius.* Inclinatio ad peccatum ſub tua poteſtate erit quoad conſenſum, & tu in appetitum illum dominaberis, ut dum ſenties, conſentias, aut repugnes, prout volueris (pag. 615.) Propter vocem *theſchukah*, quæ & obſequium ab homine homini præſtandum, & pruriginem, ac deſiderium ſpec. illicium in venerem, adeoque peccatum notare poteſt, Calmeto quoque probatur verſio, qua dominium non ad peccatum, ſed ad Abel referatur præeunte Chryſoſtomo, *Ceterum erga te erit* (o Cain!) *obſequium fratris tui* Abelis, *& tu dominaberis in eum.* Longe aliter interpungebant 70. aliisque textum inſtruxerunt punctis. *Nonne ſi recte offeras* h. e. ex Hebræo recte facias tuum ſacrificium, *non autem recte dividas* tuum ſacrificium, *peccaſti? chhátátha* legerunt, non vero *chátath* h. e. peccatum: legerunt non *róbetz* cubans eſt, ſed *re-*

rebótz: cuba, quieſce. Ad te converſio ejus (non ſatis intelligitur cujus, *autu* hamartias, ſeu hamartématos, ut paſſim Veteres, non vero *adelphu*, ſive fratris) *& tu principatum habebis ipſius*. Apoſtrophe h. e. converſio, ponunt, quaſi *theſchuka* ſit concurſatio, accurſatio ad obſequium; vel legerunt *theſchubah*, quod eſt converſio. Cum PP. 70. virali editione uterentur, nihil mirum, eos textum ex hac in Itala vetere legiſſe. (pag. 337. & 387.) Aug. L. 15. de Civ. C. 7. *Quieſce: ad te enim converſio ejus, & tu dominaberis illius: nunquid fratris? abſit. cujus igitur, niſi peccati?* Calvinus, dum, ut liberum penitus ſufferret arbitrium, textum ad Abelem, in quem Caino jure primogenituræ aliquod dominium conceſſum fuerit, retulit, fecit malo odio (ſenſu tamen non malo) receptæ tum interpretationis, quæ legitima eſt, nam antiquiſſimæ verſiones pro hoc ſenſu ſuffagium ferunt. Thargum Hieroſolymitanum: in manum tuam tradidi poteſtatem concupiſcentiæ tuæ: & tu dominare ei, ſive ad bonum, ſive ad malum Arabica: *In electione tua appetitus ejus*. Ut Patres taceam, e quibus Hieronymus in QQ. Hebr. *quia liberi arbitrii es, moneo, ut non tibi peccatum, ſed tu peccato domineris.* Contra Vulgatam objici poteſt, *robetz* participium in Hebræo eſſe generis maſculini, *chhathath* vero h. e. peccatum eſt fœm. Reponimus eſſe enallagen generis; vel certe *chhatath* etiam eſſe generis maſc. cum etiam Lev. 4. 24. legatur, punctetur que *chhatath hu* peccatum ipſe, non ipſa. Atque ita tota difficultas ſuperata. Alii vertunt: tu Cain *ſtatim* (hæc vocula a fonte abeſt) ad oſtium *peccati* h. e. (ut ſæpe per me-

metonymiam) *pœnæ* peccato debitæ, accubas, ſeu vicinus es ſubeundæ pœnæ. Qui de dominio in Abelem exponunt, *theſchuka* vocem in ſimili phraſi Gen. 3. 16. ad virum, ſeu maritum tuum erit tuum oſequium: vel appetes inclinatione ſexûs virum, & congreſſum ejus, una tamen is in te dominabitur, tu vero ei obſequi debebis, velut ſubjecta Cant. 5. 10. præſidium ſuæ explicationis conſtituunt.

Dum Ægyptiorum obſtetrices impium Regis mandatum non exequendo maſculas Hebræorum proles non occiderunt, Deus eis domos ædificavit h. e. auxit prolibus familiam. Sed *quorum?. Ægyptiorum*, non obſtetricum, reponunt, quia in Hebræo eſt *lahem* non *lahen* maſculino genere, non fœminino: alii dicunt eſſe enallagen generis, h. e. maſculinum poni, ſed fœmininum intelligi. 70. habent *epoiéſan* h. e. ſibi ipſis ædificarunt, nempe Deo benedicente: ſed editio Complutenſis (pag. 302.) ponit *epoiéſen* loco *a*, *e*, & extemplo ſenſus naſcitur: Deus iis ædificavit. Adeo non eſt in lege litera, a qua magni montes non pendeant. (pag. 643.)

Ubi legitur Matth. 26. 8. videntes diſcipuli indignati ſunt: aut: Scriptum eſt in Prophetis: aut: latrones illudebant ei Matth. 27. 47. immediate reſpondetur, eſſe enallagen, videns unus eorum indignatus eſt: ſcriptum eſt in uno ex Prophetis: unus latronum illuſit ei. Iſte, vel ille filios, aut filias habuiſſe legitur, quem ex alio loco conſtat unicam prolem habuiſſe, interpretamur, quia ſæpe ita fit, etiam tali loco, ut apud Latinos voce *liberi*, pluralem uſurpari pro ſingulari. In his omnibus verum eſt iſtud: poteſt ita eſſe, poteſt eſſe & aliter.

Luc.

Luc. 2. 2. *Hæc deſcriptio prima facta eſt a Præſide Syriæ Cyrino*, ſeu Quirinio. Decumana & inſuperabilis multis hæc difficultas videtur, quia regnante Herode, adeoque Chriſto naſcente Syriæ Præſes certo certius non fuit Publius Sulpitius *Quirinus* (Græci *qv* in *ky* transferunt), ſeu Quirinius, ſed Quintilius Varus, cui noſter Quirinus nonniſi decimo poſt anno, vel tertio decimo ſucceſſit a morte Herodis, quo tempore Archelaus Judææ Rex relegatus eſt ab Auguſto. Beza hodierni Græci textus fidem in quæſtionem vocat, quaſi loco Quintilii, Cyrini erronee legatur, Michaëlis in ipſum Lucam injurius eſt. (pag. 619. lin. 23.) Petavius Ration. Temp. par. 2. L. 4. & Grotius, miſſum in Judæam, ac Syriam Quirinium *extraordinario cum imperio* præſide tamen Sentio Saturnino, ſeu Varo. Etiam Henricus Valeſius ad Euſeb. L. 1. C. 5. putat Sentii Saturnini nomen in textum reſtitui debere; vel demum *Quirini* vocari, quod diu ante cœpta a Sentio ſub Quirino confecta, ac finita ſit. Monet Baronius in appar. ad Annal. Eccleſ. edit. Lucæ 1740. pag. 465. non dici *primam* deſcriptionem *abſolute*, cum longe antea ſub Conſulatu Ciceronis, & Antonii jam Pompejus Judæos populo Romano ſubjecerit, cenſosque vectigales, ſeu ſub tributo fecerit; *primam* itaque dici reſpectu ſecundæ ſub eodem Præſide factæ, Romano more quolibet luſtro populum cenſendo. Ita explicat etiam Martin. Wouters in Dilucidat. Scrip. Wirc. 1773. in Concord. Evang. pag. 70. Goldhagen vero Introd. par. III. Sect. I. Num. 33. pag. 85. & Vindic. Tom. 2. pag. 165. contra Bibliomachos, & Calmetus contendunt *protos* h. e. primus, ſeu *próté apographe*

pri-

prima deſcriptio poni loco comparativi *protera*, proin verti debere, Græca ſyntaxi faventе, quaſi *hegemonevontos* non ſit genitivus abſolutus, loco ablativi abſoluti in Græco poni ſolitus, (quod Latine dicitur e. gr. *Cæſare imperante* contigit, Græce ponitur ad Genitivum) ſed ſit genitivus a *prote apographe* gubernatus. *Hæc deſcriptio facta eſt prius, quam præſideret Judææ Cyrinus*, ſeu Cyrenius, prior eſt hæc deſcriptio, ſeu anterior præfecturâ Cyrini. Certum eſt vocem *protos* ſumi in Evangelio pro comparativo *proteros*, e. gr. Joan. 1. 15. Qui poſt me venturus eſt, (Chriſtus) *prior me* (Joanne Baptiſta) *erat*. Græce: *protos mu* h. e. primus me, ſed per ſe claret comparative ſumi. Joan. 15. 18. Si Mundus vos odit, ſcitote, quia *me priorem vobis* odio habuit: loco priorem Gr. eſt *próton hymón* ſuperlativus. (z) Ita interpre-

(z) Huic interpretationi opponitur Diſſertatio de cenſu, quem Cæſar Octavius Auguſtus tempore nativitatis Chriſti per orbem terrarum fecit Luc. 2. 1. Act. 5. 3. Wittenbergæ 1720. 1. quia *proté* denique ſuperlativus eſt, nec adeſt certa ratio comparativum ex mente Lucæ ſuſpicandi, aliud eſt in allatis textibus, in quibus elocutio comparativum determinat. Aſt ſi hic Lucas eo ſenſu loqui voluiſſet, dixiſſet *proteron tu hégemonevein*. 2. Lucas promittit C. 1. 3. ſe determinate, accuratam deſcriptionem daturum, at ſi nihil aliud vult, niſi cenſum illum *tén hégemonian* præceſſiſſe, quocunque tandem tempore facta ſit, valde indeterminate fuiſſet locutus. 3. Hoc modo Lucas non tantum deſcriptionis decennio tardius factæ, ſed etiam Præſidis, a quo facta ſit, meminiſſet; cum tamen ad præſens inſtitutum parum faciat, eam vero, in quam Natalis Chriſti incidit, nulla vel Præſidis, vel temporis nota

pretantur primus Joan. Herwartus Bavarus in opere Chron. dein Joh. Keplerus Mathemat. Erasmus Schmidius, Perizon. Clericus. Toynard. Noriſius, Pagius, Natalis, & alii doctiſſimi viri, atque ut mihi videtur (ait Calmetus) probabiliſſime.

Vicina eſt figura *hypallages* h. e. ſubmutationis, ſeu quaſi inverſionis, ut *civitatem miſerunt in ignem*, calceamenta habere in pedibus, cum potius pedes ſint in calceamentis. Sic accipio poſt Glaſſium Jer. 11. 19. *Ego quaſi agnus manſvetus* Gr. *akàkon* innocens, nihil malitiæ habens, Hebr. *chechæbhæſc alluph* h. e. veluti agnus manſvefactus, *alluph* enim ovis adeo manſvetæ, & mitis epithetum eſt, ut præ manſvetudine etiam domini ſui veſtes lambat, (Bochartus, & Schultenſius vocem expendunt) Pagninus (pag. 583.) non intelligens, cum Judæis & ſubintelligendum ratus, *bovem* transtulit, *qui ducitur ad victimam, & non cognovi, qui cogitaverunt ſuper me conſilia dicentes: mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius*. Hebr. *naſchchhitha yetz belachhmo*. Corrumpamus, perdamus lignum in pane ejus. Vulgo exponitur: venenatum lignum, vel radicem veneno imbutam, illius edulio miſcea-

ta inſigniviſſet. Itaque concludit Auctor Diſſert. Quirinium bis Syriæ cenſum feciſſe, primo ſub annum Chriſti natalem, (fors cum extraordinaria curatione, & poteſtate) ſecundo poſt 13. annos celebriorem, cujus prophani meminerunt. Diſputatur ergo, ſit, vel non ſit enallage, manetque dubietas, & incertitudo.

ſceamus. vel: perdamus arborem cum fructu ſuo. Rabbini namque poſteriores *lœchhœm* cœperunt cum Abenezra explicare per *pirjo* h. e. *fructus ejus;* per arborem intelligentes ipſum Jeremiam, per fructum ejus, ipſius prædicationem, quos ſecuti ſunt Lutherus, & Reineccius. Thargum fert: projiciamus venenum in cibum ejus. 70. injiciamus lignum in panem ejus; videntur temporibus vetuſtis cum Hieronymo legiſſe ſine *chheth, naſcitha*: *ponamus*, ſeu mittamus à *ſcuth* ponere, hodie eſt *ſchachhath* corrumpere. Judæi ævo S. Juſtini verſum hunc, e variis, prout poterant, exemplaribus ſuis ſuſtulerunt, quia teſte Hieronymo juxta conſenſum Eccleſiarum ſonat de Chriſto; ſane PP. Tert. Cypr. Lact. Greg. M. Theodoretus, S. Thomas de Salvatore, in ligno crucis ſuſpenſo, interpretantur. Dico poſt Glaſſium eſſe hypallagen, ut verti debeat: frangamus crebris ictibus ſuſtem, ſeu baculum in corpore ejus, ſeu potius: mittamus, *projiciamus carnem ejus in lignum, affigamus ligno crucis corpus ejus. Yetz* patibulum, lignum crucis ſignificat, quando ſermo eſt de ſuppliciis, Gen. 40. Joſ. 8. 29. nec placet adhærere ſignificationi *panis*, lechhum, ſeu *lœchhœm* dum agitur de ſacrificiis (ut hic de agno, qui ducitur ad victimam) carnem frequenter deſignat, ut Schindlerus notat in Lexico. Ita Job. 6. 7. Lev. 3. 11. & 21. 8. Item Lev. 22. & 21. 6. quæ ſola eſt vocis *lœchhœm* ſeu lachhmon perennans apud Arabes ſignificatio, altera prorſus obliterata. Soph. 1. 17. Alibi inſinuavi (pag. 194.) *Bethlœchhœm* domum panis vulgo explicari, & recte obſervante Gregorio M. quia illius eſt natale ſolum, qui panis eſt de cœlo deſcendens;

ſo-

ſonantius tamen Chriſtianis *læchhæm* ſumpto pro carne vocabulo *domus incarnationis* vocaretur.

Cauſſa decima.

Vocum iisdem, aut mutatis punctis efferri ſolitarum contraria quandoque ſignificatio, quo caſu utram eligas, dubitabis. *Chhæſæd* pietas, miſericordia, item impietas, ſcelus iniquitas, atque hinc Pſ. 51. 3. adeo variant verſiones, (pag. 413.) Lutherus interpunctione alia transtulit: *Dei bonitas manet quotidie.* Quia tamen contextus, & titulus ipſe Pſalmi eſt de malitia Doëgi Idumæi, Saulis amici, qui adulatorio ſermone exitium Davidis Sauli annunciavit, *chhæſæd* non male concipitur hîc iniquitatem, ut Lev. 20. 17. Prov. 14. 34. deſignare. *El* ajunt non eſſe hoc loco præpoſitionem *ad*, ſed unum ex nominibus Dei; porro *chhæſæd* Deo junctum nonniſi bonitatem valere. *El* plurali numero *Elim* vox eſt polyſema: *Deus*, *Princeps*, *Optimates;* inter pecudes *aries* Pſ. 28. 1. *Afferte Domino filii Dei, afferte Domino filios arietum.* Hebr. *habhu Ladonaj bene Elim.* Elim & Deum, & pecudes notat. 70. utramque ſignificationem conjunxerunt; ſi tamen nativa lectio eſt *filii Dei*, quæ a codicibus multis teſte S. Baſilio olim abſuit. Creditur *elim* Deum, filii Dei, *cultores veri Dei* exprimere, aliis *Principes*, quaſi dicat: O filii Magnatum, Illuſtres viri! afferte Domino gloriam, & honorem h. e. mactanda pecora. Hebr. loco *honorem*, *yoz* h. e. robur, Græc. *kratos* Helleniſtarum ſtylo Pſ. 117. 14. eſt ſynonymum Tó *doxa*. Eadem vox *Elim* Pſ. 55. titul. *Pro populo, qui a ſanctis longe factus eſt.* h. e. pro aſſeclis Davidis in ſpelunca Odollam præ metu deliteſcenti-

tibus, quos David illuc adveniens conſolatus eſt 1. Reg. 21. 21. & C. 22. 1. Hebræus habet, prout punctis afficitur: *yal jonath ælæm* h. e. pro columba muta, ſeu pro ipſo Davide in perſecutione gemente. *Jonæh* eſt tyrannus, oppreſſor, *jonah* oppreſſio, afflictio; aliqui punctant non *ælæm*, cum nec genus concordet, ſed *elim: rechhokim* elongati, peregrini, vertuntque: *pro oppreſſione peregrinorum Principum*, ſcilicet avertenda. Alii cum Cl. Simonis dicunt *jonah* hic eſſe cantum, *ælem* vero tibiam Phrygum Chald. *yelem*, Græc. *elymos*, Pſalmus ad tibiam Phrygiam, ſeu peregrinam cantandus. Calmetus: „Hanc nos ex titulo ſententiam elicimus: Præfecto Muſices ſuper columbam mutam, ſeu: Præfecto canentium ejus Claſſis, quæ vocatur colummba muta.„ Bochartus „*elim* hîc ſignificare ſilvas, *rechhokim*, remotas, procul diſtantes, elongatas; quod *jod* deſit, haud obeſſe, ut ſit etiam alibi, in hac ipſa voce Exod. 15. 11. in illo: *quis ſimilis tui in fortibus Domine!* unde nomen Machabæorum per acroſtichidem ſolet derivari, in Hebr. *baelim* ſine *jod:* mi chamocha baelim Adonaj? vertit proinde Bochartus: *pro columba nemorum remotorum.* Certum eſt, inquit Hieroz. par. 2. pag. 18. ex iis verbis, prout leguntur a Maſorethis, nullum poſſe commodum ſenſum erui„ at columbæ procul in remotas ſilvas evolanti, ibique commoranti, David ſe tum recte comparaverit.

Gen. 49. 14. Iſaachar aſinus fortis ad onera portanda, chhamor *gæræm* h. e. aſinus bene oſſatus robuſtus aliis invalidus, viribus deſtitutus aſinus eſt: quia *garam* Num. 24. 8. idem valere cenſetur, & notat exoſſare, frangere

Soph.

Soph. 3. 3. Ezech. 23. 34. Talia ſunt: *ſcharaſch*, hiſchriſch, radicavit, radices egit, ſed in *piyel* ſchereſch, eradicavit: *taraph* rapuit ab alio, *hitriph* cibavit alterum Prov. 30. 8. *chhatä* peccavit, *chhitta*, expiavit ſe, emundavit a peccato. *tdäbh*, deſideravit, præ deſiderio contabuit, tiëbh, averſatus eſt, abominatus fuit. Primum in Scripturis, verbum *barä* h. e. *creavit* (pag. 359.) alias ſignificat *efformavit ex præjacente materia*, item *perfecit*, *renovavit*; alibi *deſtruxit*, vel *excidit*, *ſuccidit*, *extirpavit ſilvam*. Joſ. 17. 15. Dum filii Joſeph, ſeu tribus Ephraim, & Manaſſe querularentur, ad habitandum in beata terra ſibi non ſatis amplam plagam (nos Hungari diceremus comitatum) eſſe in diſtributione aſſignatam, repoſuit Joſue, ſpatioſas adjacere ſilvas, quas ſi (*bara*, ſeu) exciderint, campis patentibus abundaturos. *Si populus multus es, aſcende in ſilvam, & ſuccide tibi ſpatia in terra Pherezæi, & Raphaim, quia anguſta eſt tibi poſſeſſio Ephraim. Succide tibi* Hebr. berëtha lecha! confer Ez. 21. 24. & 23. 47. Ex quo factum eſt, ut Huntlæus, & alii olim Heterodoxis in exemplum propoſuerint, primam Scripturæ propoſitionem perverti poſſe, non ſine fucata veri ſpecie his modis: *In principio deſtruxit Deus cœlum, & terram*, atque ideo poſtea fuiſſe vacuam, & inanem. Vel: *In principio crearunt Angeli*, cum Ælohim Angelos ſignificet pariter, (pag. 407. lin. 33.) quod Voltaire arripit, ut arguat Moyſen ex erroneo Phœnicum ſyſtemate loqui, quo ſtatuebatur, fabricam Mundi a Deo maximo Diis minoribus, ſeu Angelis eſſe commiſſam; ſed quam inepte! cum Mundi creationem Moyſes in toto Pentateucho

Deo, qui ſit *Jehova Ælohim* vindicet, unde Grotius putat etiam Gen. 1. 1. penes Ælohim *Jehova* nomen creaturis incommunicabile (pag. 517. lin. 13.) ſubaudiri. Alii *Ælohim* ſignificatione ſingularem eſſe numerum, ut in Latino *tenebræ*, *Pariſii*, *Thebæ*, vel juxta Grammaticos velut nomen Majeſtatis, & dominii plurali efferri, ſingulariter intelligi docent. Al. *In principio elegit, aut tamquam primitias elegit Deus cœlum, & terram.* Al. *In principio renovavit Deus cœlum, & terram;* in quem ſenſum fere Neoterici omnes conſentiunt (pag. 518. & 618. lin. 27.) Al. *In principio creatus eſt Deus ex cœlo, & terra:* nam tertia perſona præteriti primæ conjugationis poteſt ſumi paſſive, (pag. 289. lin. 20.) *eth* non repugnante Hebr. ſyntaxi poteſt deſignare *e* vel *ex*, ſeu materiam, ex qua. e. gr. *vajjibhnæh æth haäbhanim mizbeachh* h. e. *& ædificavit* Elias pro ſuo ſacrificio *ex lapidibus altare.* Gen. 2. 7. formavit Jehova Ælohim hominem pulverem de terra h. e. ex pulvere terreno. Adfert hoc exemplum immortalis mem. Card. Petr. Pázmán Arch. Ep. Strig. in Hodego, ſeu Kalauz L. 3. C. 12. Nr. 2. edit. Poſon. 1623. pag. 351. *barah he* cum *aleph* alternante, ſecuit, diviſit, prolem generavit, pingvis fuit, elegit, comedit, hinc *beroth* Græc. brótos, êdulium, eſca Germ. brod, E. gr. Thren. 4. 10. in terribili everſione Jeruſalem, matres *coxerunt filios ſuos*, & *facti ſunt cibus earum* Hebr. *baroth lamo.* Oleaſter vertit apud Calmetum Gen. 1. 1. *In principio diviſit Deus cœlum, & terram.* Jam in primo verbo Scripturæ ſententiarum tot ſunt divortia.

Ka-

Kalas, ſeu in *piyel killes* laudavit, ſic Pſ. 67. 5. Kalleſu, ſicut hallelu, laudate Deum, ſed frequentius valet *vituperavit, deriſit, ſubſannavit* Ez. 22. 5. Hab. 1. 10. & 4. Reg. 2. 23. *Rephaim* Gigantes, robuſti, languentes, infirmi, debiles, mortui, ropheim medici, nec multum refert, Aleph ne, vel He ſcribatur, cum literæ ſint eumetablétæ, & alternent invicem, & ſignificent promiſcue (pag. 412. lin. 19.) Ita *Sakal* eſt obruere lapidibus, aut lapides ex aliquo loco amovere. *Eutrapelia* urbanitas eſt, Philoſophis virtus, comitas in verbis, facetiæ, *para to eutrepeſthæ ton logon*, inde dicta, quod homo eutrapelos ſciat vertere ſermonem ad alios exhilarandos, ſervato tamen decore; in N. T. ad Epheſ. 5. 4. uſurpatur pro ſcurrilitate, quæ, non ſecus ac fornicatio, & turpitudo inter Chriſtianos nequidem debeat nominari. In interpretatione Scripturarum generale præceptum eſt: (quod qui transgrediuntur, ſenſus perſæpe in Scripturas inferunt a mente Spiritûs S. alieniſſimos) *Significationem vocum prophanam ab Eccleſiaſtica, & hanc a Biblica, ubi opus fuerit, caute diſcernito.* Præterea antiphraſes notæ ſunt, veluti cum *benedicere* ſumitur pro imprecari, ſeu maledicere Job. 1. 5. 3. Reg. 21. 10. Pſ. 10. 3. Job. 1. 10. & 2. 5. & 9. aut *kadeſch* h. e. ſanctus, (unde ex kadoſch Hungaricum kegyes facile ducitur) pro cinœdo, meritorio puero, h. e. infami ſodomita, patiente, & *kedéſcha* pro turpi ſcorto, & proſtibulo, fere ut pro execrando pecuniæ deſiderio Latine dicitur auri *ſacra* fames. Deut. 23. 2. Reg. 14. 1. Reg. 15. 12. Gen. 38. Hoſ. 4. *Thoyaphoth* Pſ. 94. *& altitudines montium ipſe conſpicit*, ita Breviar. Roman. ſed

in Vulgata habemus *ipſius ſunt* loco *ipſe conſpicit*, preſſius ad Hebræum textum, qui habet *yethoyaphoth harim lo*, h. e. & *profunda montium*, abditiſſima terræ loca, in manu, poteſtate, ditione *ejus ſunt*. Vel *altitudines*, *cacumina montium ejus ſunt*, ut ſit oppoſitio ad vocem præcedentem *mæchhkarim* res pretioſæ ex imis terræ receſſibus erutæ, vel ibi adhuc latentes; fere ſicut in Latino *altitudo* anceps vox eſt, an pro editis locis, vel e contra profundis ſumatur, velut, quando puteum altum dicimus. Ducitur vulgo *thoyaphoth* à *jayaph*, laſſus, debilis, fatigatus fuit, vires, robur, debilitatem, laſſitudinem valere creditur; alii ab *yuph* volare, in altum elevata loca intelligunt; dicamne auri, argentique, cujus amore hominum ardet ambitio, profundiores in viſcere terræ fodinas, quæ Dei ſunt, & ab ipſo ſolo conſpiciuntur?

Addamus Mich. 5. 2. *Et tu Bethlehem Ephrata parvulus* (pagus, locus) *es in millibus Juda* h. e. inter chiliarchas, Duces millibus præfectos tribûs Juda. Hebr. *tzeyir likjoth*, parva urbs es, ad hoc, ut ſis tu quoque inter Chiliarchas Juda. Matth. 2. legisperiti Herodi reſponderunt, in Propheta eſſe ſcriptum, ſenſu contrario, *udamós elachiſté*, h. è. *nequaquam* tu civitas Bethlehem *minima es*. Miſſis quatuor aliis non contemnendis conciliandi modis, puta: quod verba Prophetæ per interrogationem efferri poſſint, & ita per Scribas, & Phariſæos fuerint intellecta: *minima es?* nequaquam; vel quod oppidum ſecundum ſe parvum, nec gloria nominis aliis urbibus æquiparabile, ex mente Prophetæ, gloriam ex ea naſcituri Meſſiæ potiſſimum reſpicientis, jam tum nequaquam minimum fuerit,

re-

relate ad eum, qui illud nativitate ſua ad maximam evehet nominis celebritatem; Matthæo præſentem ex nativitate Meſſiæ accedentem gloriam præ oculis habente, ratione cujus non jam parva ſit urbs &c. Poſtrema conciliandi ratio nodum ſecat: *tzeyir* h. e. parvus ſignificare etiam magnum, imo dominatorem, atque ita reddi a Chaldæo Jer. 48. 4. *audire fecerunt clamorem parvuli ejus*, Hebr. *tzeyiræha*, Chald. loco parvuli habet *Sultan*, â radice *Salat* dominatus eſt, princeps fuit, notiſſimum Orientis vocabulum. Perinde C. 49. 20. redditur fortis, illuſtris, ſpectabilis. Zachar. 13. 7. locum ad Meſſiam pertinentem Marc. 14. *percute paſtorem* (percuties Chriſtum ſponte paſſurum) & *diſpergentur oves*, h. e. diſcipuli, & *reducam manum meam* gratioſam *ſuper parvulos* h. e. colligam iterum puſillum gregem Apoſtolorum. 70. cum Syro, & Arabe *tzeyir* hîc paſtores reddunt, ſeu Rectores populi, atque ita refertur ad Rectores populi Iſrael, qui Chriſtum tradiderunt, propterea manu Dei percuſſi. *Abah* Hebr. voluit, propenſo animo fuit, unde pater ex propenſione erga liberos ſuos vocatur, *áb* Chald. äbbä, & Græca flexione *s* addito, *Abbas*, (Hung. apa) idem tamen verbum *äba* Æthiopibus, & Arabibus, poſito loco *he* ultimæ radicalis *jod*, valet noluit, recuſavit, ſprevit, detrectavit, faſtidivit, ut omnia docent Lexica, & copioſa oſtendunt exempla. Apud Arabes verbum *äba* ſignificationem habet Hebraicæ contrariam, noluit, renuit, dicit Schindlerus in Lex. ſuo pentaglotto.

Cauſſa undecima.

Polysémia vocum orta ex inopia linguæ, qua fit, ut unum verbum, aut ſubſtantivum pluri-

ribus rebus, & ideis deſignandis adhibeatur, manente dubio, quæ in loco determinato ſignificatio ex pluribus obtineat. *Yarabh* verbum eſt maxime polyſemum; generalis hujusmodi verborum ſolet efformari notio, ad quam ceteræ, velut ſubordinatæ, & tamquam ſpecies in genere comprehenſæ, revocantur: verbi *yarabh* talis notio eſſe creditur *miſcuit*, *contemperavit;* hinc ſpopondit, fidejuſſit, *yarabhon* equidem, quod vocabulum poſt Græcos etiam Latinis placuit, pignus eſt. Alibi *yarabh* valet *dulcis*, *ſvavis fuit;* aut *adveſperaſcebat*, vel *niger*, *atro colore fuit*, Occidentalem plagam incoluit, aut campeſtria, & deſerta loca, uti *yarabes*, mercatorem, negotiatorem egit, Ez. 27. 9. *yorebhim* negotiatores juxta Pagninum. *Direxit*, *aptavit* Jer. 10. 21. & Iſai. 38. 14. *Dirige me.* al. *ſponde pro me.* al. *quieſcere fac me.* al. jucunda, ſeu exhilara me. Pſ. 118. 122. nos legimus: *ſuſcipe* (adjuva, protege, auxiliare illi, pag. 121. lin. 28.) *ſervum tuum in bonum*, *non calumnientur me ſuperbi.* Hebr. *yarobh yabhdecha letobh*, *äl jayaſchküni zedim.* Alii *yarobh* hîc vertunt: ordina, dirige. Thargum: *oblecta ſervum tuum in bono.* al. congruere fac, apta. *yerœbh* negotiatio, ſubtegmen, trama, turba populorum mixta e variis nationibus, unde *yarabum* nomen alii interpretantur, fere ut de Hhabeſſinis diximus, (pag. 152. lin. 17.) colluvies v. gr. muſcarum Exo. 8. 18. Pſ. 68. 5. exaltate equitantem *beyarabhoth* al. *in cœlos*, 70. *ſuper occaſum.* Hier. *per deſerta. yarabim* ſalices: lamentando dicunt captivi Judæi in Babylonem abducti Pſ. 136. 2. *ſuper* (juxta penes) *flumina Babylonis ſedimus*, *&* *flevimus*, *cum recordaremur*

mur tui Sion! in ſalicibus penes fluvios creſcere ſolitis *Suſpendimus organa noſtra*, quia non illis ad lætos cantus eguimus, quippe triſtes in ærumnis. Hebr. *yal yarabhim thalinu chinnóróthénu. yarbe nachhal* ſalices torrentis Iſai. 15. 7. Job. 40. *yorebe nachhal* Prov. 30. 17. Corvi torrentis. yarabijim, ſeu *yarbijim* Arabes. Itaque 3. Reg. 17. 6. *yorebhim* licet manifeſtiſſime ſint corvi, (Arabice per *ain* punctatum *gorab*, unde Lat. corvus) incidit nugivendulis, quos, ut fit, incaute ſecuti ſunt Arabs, R. Menaſſe Ben Iſraël, Tractat. Thalmudic. Cholin, corvos illos, qui Eliam *(aa)* in torrente *charith*, ex

 quo

(*aa*) Diſſertatio ſolennis Joannis Frid. Mayer in Acad. Witemb. edita Jenæ 1735. de Elia corvorum convictore, Germanice: Das Elias würklich durch Raben, und weder von Engeln, noch Arabiſchen Kaufleuten &c. am Bache Chrith verſorget worden ſey. Quæſtionem uberius tractat cum aliis ex conſequenti connexis, e. gr. unde corvi hos cibos deſumpſerint? ex macello, vel penu Acabi, vel ex menſa ejusdem juxta Rabbinos, Toſtatum item, & Sanctium. Porro idem Deus, qui de immundis legem ſanxit, quoad Eliam abrogavit, & ad tempus eum ab obligatione ejus diſpenſavit, nam quod purificavit Deus, non debet haberi pro immundo Act. 10. 15. Deus corvis, ut locutis, *præcipere* dicitur, dum talium creaturarum naturalem inclinationem ponendarum ſuarum actionum ad hoc determinate faciendum inflectit, dum iis indit inſtinctum, quo agantur, ut hoc ſponte, & cum propenſione agant. In montibus, & ſaxis torrentem Carith munientibus fuerit corvorum nidificantium multitudo, qui more ſuo carnes avium, & piſces ad nidos ſuos pro pullis convehunt, ea in nonnullis locis copia, ut aliquando integra etiam monaſteria in deſertis de tali præda fuerint ſuſtentata. „Cujusmodi exemplum (inquit Calmetus) habemus præ-

quo aquam habere poterat, e regione Jordanis, pane, & carne quotidie aluerunt, dum trienna-li ſiccitate impio Regi Achab in pœnam prænunciatâ metu inferendæ mortis ibi latebat, *fuiſſe urbis cujusdam*, quam ſibi fingunt, *yorebo* vel *yorbo incolas; aut* potius juxta Kimchhium *mercatores* prætervehi illac ſolitos. Inepta ſine dubio expoſitio, quæ nihil habet ſani, a Bocharto par. II. Hieroz. C. 13. edit. Lugduni Batav. 1712. pag. 214. refutata, veluti quæ excogitata fuerit

ur-

præſto in monaſterio S. Montis apud Remiremontium, ubi prædatrices aves in porrecto monte deponunt nidos, & in nidis piſces, aves, & id genus plura, quantum valet ad alendos pullos ſuos, & ſupereſt etiam pro monachis ejusdem cœnobii, quantum ſibi commodum ducunt.„ In lectione textus eſt in codicibus Græcis diſcrepantia, nam aliqui ferunt, corvos mane tantum panem, veſpere tantum carnes detuliſſe; aſt reliqui cum Hebræo, Chaldæo, Syriaco, Arabico codd. & Vulgata habent, à corvis & mane, & veſperi utramque ſimul eſcam fuiſſe allatam. Quod ex II. Paral. 21. 16. & II. Eſd. 4. 7. objicitur pro defenſione verſionis, qua *Arabes* cibum attuliſſe dicuntur, ſciendum ibi Hebr. punctari *yarbim*, & ex contextu evidenter homines, proin Arabes valere, ut recte vertit Vulgata, aſt 3. Reg. 17. 6. punctari *yorebhim*, quod non poteſt denotare Arabes, ſed tantum corvos; & aliunde conſtat Arabes prope illum torrentem nunquam habitaſſe. Vox *panis*: *lechem*, edulium, eſcam, nutrimentum, Hung. eledel, Germ. Nahrung, (panem de cælo, manna, præſtitiſti eis) non autem neceſſario formalem panem, arte, & piſtura præparatum, denotat; nec inſolens eſt *vav exegeticum*, attulerunt corvi *eſcam*, nempe carnes, quæ, ſi crudæ fuerint, coxerit ipſe ſibi. Hæc facilius admittitur interpretatio, vel ſaltem toleratur, ſed illa de Orabimis, aut Arabibus ipſum nutrientibus penitus rejicitur.

contra fidem verſionum veterum, Chaldæi, Syri, plerorumque Hebræorum, omniumque Doctorum Eccleſiæ, contra vocis *yorebh*, quæ certiſſime valet corvum, an autem mercatores ſignificet, incertum prorſus eſt, proprietatem, contra circumſtantias loci, neque enim illac prætervecti ſunt mercatores, & ut fuiſſent, jubente Deo nulli mortalium ſe debebat manifeſtare. Unde Scriptura velut grande prodigium, factum hoc commemorat, quod tamen in auras evaneſcit, ſi mercatores, aut urbis incolæ ipſum duplicata diurni ſubſidii ope ſuſtentaverunt. *(bb)* Similiter Jer.

(*bb*) *Sémæno* Gr. ſignum do, ſignifico, *polys* multus, vox ergo *polyſema* vocatur, quæ non unum aliquid, ſed plura ſimul, eaque diverſa ſignificat, ut in Gr. *mélon*, ſeu Dorice malon, unde Lat. malum h. e. *pomum*, & *ovis*, und *mélóté* ovina pellis. (ad Hebr. 11. 37. veteres ſancti, mundanas vanitates fugiendo *circuierunt in melotis*) in Lat. ficus fructus, ejus arbor, & morbus; acus, palea, ſeu gluma, item inſtrumentum ad ſuendum; demum piſcis. Porro *errorum genitrix eſt æquivocatio ſemper.* Talia ſine numero, & menſura ſunt in Hebræo, præſertim, ſi etiam ſignificata cognatarum dialectorum aſſumantur in conſiderationem. *ſchëol* inferni locum, alias tantum ſepulcrum, jam mere ſtatum mortuorum: *næphæſch*, animam, corpus, cadaver, perſonam notat. *Gamal*, retribuit, rependit, ſive bonum, ſive malum, & hinc *gamal*, eſt camelus, quia teſte Varrone L. 4. de lingua Latina: *camelus ſuo nomine Syriaco in Latium venit*, ita dictus, quod vindictæ non immemor injuriam pronus ulciſcatur. Idem *gamal*, mater prolem *ablactavit*, item *maturuit* fructus. Arab. pulcher, & elegans fuit, vel numeravit, in unam ſummam computavit. *Tzarab* uſſit, incendit, Arab. cum tzade punctato, verberavit, item parabolam, exempla locutus eſt; circuivit, peragravit; conturbatus fuit &c.

Pſ.

Jer. 3. 2. juxta vias ſediſti *ſicut Arabs* al. cum 70. ſicut corvus. Hier. ſicut *latro* ſenſum nempe

---

Pſ. 140. 3. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & *oſtium* Hebr. dal, loco dalæth (pag. 321. lin. 25.) *circumſtantiæ labiis meis*. Hier. ſerva tenuitatem, vel paupertatem labiorum meorum. Calmet: ſuper hauſtum labiorum meorum, ſuper elevationem, ſuper pauperem. *Tzirim* an legati, vel imagines. *baſcar* caro, al. *pellis* Job. 19. 20. adhæſit carni meæ os meum. *Rachham* miſertus eſt. Chald. dilexit, ut Pſ. 18. 2. *diligam* te Domine fortitudo mea, ærchhamecha. Uterus: Jud. 5. 30. fors puella. Lev. 11. 18. avis quædam, Bocharto *vulturis* ſpecies, aliis merops, al. porphyrio, al. pelicanus. al. cycnus. denique Judæi communius cum Jonathan Scharkark, ſeu *ſcharkarka* h. e. Hung. Szarka, Lat. picam interpretantur, & rachhamim plurali numero pluvias.

Nir Oſe. 10. 12. Jer 4. 3. juxta 70. lumen, al. arvum. al. jugum al. aratio. al. cogitatio. Cantic. 2. 7. Adjuro. (obteſtor) vos filiæ Jeruſalem, *per capreas*, cervosque camporum. Hebr. bitzbhaoth, ſeu betzebaoth, per *Sabaoth* 70. *in virtutibus, & potentiis agri:* en dynameſi, kæ en iſchyſeſi tu agru; quia *tzabä*, pl. tzebaoth eſt militia (2) tempus determinatum Iſa. 40. 2. Job. 7. 5. juxta multos, & ejusdem C. 14. 10. Dan. 10. 11. (3) exercitus, ſeu ordinata ſeries cæleſtium Spirituum 1. Reg. 22. Pſ. 103. vel ſtellarum Dan. 4. 19. Gen. 2. 1. (4) potius *he* cum *aleph* alternante decor, pulcritudo. (5) omnis turma, militans, vel miniſtrans Deo, Num. 4. 24. & 1. Sam. 2. (6) Capreæ, dorcades, Syr. tabithæ Act. 9.

Kabal, in *piyel*, kibbel, recepit, quaſi ſinu (Hung. kebel) excepit traditam a Majoribus myſticam, & latentioris intelligentiæ doctrinam, quæ vocatur kabbala. (2) Oſculatus eſt Matth. 26. 49. kubla, oſculum, Kabila, obſtetrix (3) hikbil, oppoſuit (4) kabilah, generatio, familia. Chald. Syr. *kabal*, ut Hung. *Kábál*, clamavit, murmuravit. (5) Chald. denigratus, obſcuratus fuit. *rachab* equitare, al. vehi etiam navibus. *yalah* aſcendere, ſed quia etiam multa alia ſigni-

pe reddit, Arabes ſunt latrociniis dediti, unde quod eis pariter adhæſit, nomen Saracenorum â *ſa-*

ſignificat, ut illuminare, accendere; aliquem per mortem tollere, concludit Proſper de Aquila in diction. Bibl. voce *Elias* pag. 256. ſolum dici 4. Reg. 2. *rapuit Deus Prophetam per mortem igneo turbine eidem illatam:* ſane diſcipuli Prophetarum credebant eum mortuum. Eccle. 5. 11. dulcis ſomnus *yobed* ſervo, al. operanti.

Schalam perfectus fuit; retribuit; amicus, pacificus fuit; complevit. Pſ. 7. 5. ſi reddidi retribuentibus mihi mala (peream, non reddidi) legerunt 70. *ſcholeme*, hod. ſchâlmi, *pacifico*, amico meo. *jerü* timebit al. videbitur. *Dabar* ordinem, agmen duxit. locutus eſt, juxta multos, a dæbhær, interfecit, occidit, &c. moræh, pluvia, doctor, terror, morë. per Aleph. Ergo Joel. 2. 23. lis oritur, & verſores in diverſa abeunt.

Jer. 3. 13. *mulieres* h. e. molles, effœminati homines ſunt dominati in Judæos, Hebr. *naſchim*, 70. *petentes*, exactores; Theodotion, & Chald. fœneratores. Sic nachham, *hinnachhem*, *pœnitere*, *conſolari. miſereri.* Jer. 15. 6. *magor* Jer. 20. 2. transmigrans, peregrinus, terror. Jer. 22: omnes paſtores tuos al. prædatores tuos, paſcet ventus, al. conteret ventus. al. diligent, cogitabunt (raya) ventum. *dod* dilectus, patruus, patruelis Jer. 32. 7. *lachen* propterea, al. vobis fœminis Mal. 3. 16. *frumentum electorum*, alii paſſim vertunt *juvenum*, & *& vinum germinans virgines;* h. e. producens, vel faciens germinare, & producere bonos fructus, Zach. 9. 17. Dabit Deus nempe panem, & vinum eucharisticum in nova Eccleſia pro *electis* ſuis, ſeu fidelibus, & vinum, quod non corpora inebriet, ſed, velut caſtarum mentium alimentum, animas exhilaret &c. Hebr. *dagan bachhurim* h. e. juvenum, vel electorum, *ve thîróſch jenobeb bethüloth.* Ineptam hic gloſſam adjicit Lutherus de adoleſcentibus puberibus ad matrimonium.

Ha-

ſarak furatus eſt, rapuit, latronem egit, & ſârik latro, derivant multi, quamvis melius a ſcharak, effulſit, ortus eſt ſol, & ſcharaki, ſeu ſcharki

Haróth, h. e. *montes* diſſecuerunt, alii: *prægnantes fœminas. även*, mendacium, vanitas; iniquitas; labor, fatigatio, afflictio, idolum, nihil. *on* per *aleph*, & *vav* quieſcens, virtus, ſpec. generativa, fortitudo, filius, violentia, rapina, luctus, oppreſſio; *Benoni* filius doloris mei Hier. Gen. 39. 3. alii: filius *roboris mei* h. e. robuſtiori ad generandum ætate productus. *on* pro *hon* divitiæ, opes, juxta illud: divitias, & opes *hon* lingua Hebræa vocavit. *Benjamin* f. dextræ, vel *jamim*, & Chald. Syr. ut pater locutus creditur, *jamin* filius dierum, h. e. adultiori ætate, in ſenecta generatus. *Havvah* deſiderium, pravitas, corruptela. Sciroth ollæ, & ſpinæ, ſeu paſſim ſcirim. Verbi naſcä Oſe. 1. 6. ſex ſignificationes adfert Corn. a Lap. Credidi, propter quod locutus ſum, ego autem *humiliatus ſum* nimis, Pſ. 116. Thargum: loco, *humiliatus ſum*, ob *yanah* polyſemum habet *ſchabachhthi* h. e. laudavi Pſ. 23. 7. attollite portas *Principes* veſtras; & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. O vos cæleſtes Principes, ſeu Angeli, cælorum aperite portas ad ingreſſum aſcendentis in cælos Chriſti! litera ſonat de Davide, devictis Chananæis arcem Sion occupante, & arcam fœderis ſolemni pompa deferente. Hebr. ut vertit Hier. *Attollite portæ capita veſtra*: ſed obſervante Bellarmino olim in Codd. *veſter* pronomen fuerit adnexum ad vocem *portæ*, ut patet ex 70. porro *raſchim* capita, valet etiam Principes. Loco *æternales* alii ponunt: *annoſæ*, diu durantes. Hebr. ſcën ſcheyarim räſchechæm, vehinnaſcën pithchhe yólam. (pæthachh, janua, oſtium) Gen. 49. 10. Non auferetur *ſchæbhæt* virga dominationis, de qua ſignificatione jam nullum eſt dubium hoc loco etiam ſecundum Judæos, cum vocem hanc Thargum paſſim reddat *ſchultan*. valet etiam tribum aliquam de XII. familiam. Deut. 1. 13. ubi 70. loco *be phe* legunt, vertuntque judices. &c. *mechhokek* decretorum ſtatutur,

ki Orientalis, quaſi *Orientales* dicantur. Job. 31. 10. tachhan, *molere*, Judic. 16. 21. etiam eſt, ut Latin. & Græc. fœminam carnaliter cognoſcere.

Vox

tor, reponunt alii, nihil repugnante Calmeto, valere Doctorem, vel ſcribam, (at ſcribæ habent peculiare ſuum nomen *ſopherim*, quaſi notarii) Lutherus poſuit *meiſter*, & loco *ſchiloh*, *heros*: Es wird das Scepter von Juda nicht entwendet werden; noch ein meiſter von ſeinen füſſen, bis daſs der Held komme: und ihm werden die Völker anhangen. Dum heroem ſuum expectant, facile dicent adhuc habere ſe ſe magiſtros ſuos. *Mibben raglav* prorſus variat apud Interpres (pag. 313. lin. 13. apud Ugolin. Tom. 26. pag. 835. Diſſert. Wagenſeilii.) aliqui de peditum, militum caterva, alii de diſcipulis ad pedes magiſtrorum ſomniant. *yadchi* pariter in diverſas ſignificationes trahunt, (pag. 737.) *jabo* de prolis nativitate explicant quidam, quia etiam hanc ſignificat; *ſchiloh* divinant (1) filius ejus. (2) pacificator (pag. 84.) (3) donec veniat finis, exterminium, deſtructio regni Judæorum; ita Clericus a rad. Arab. (4) ſemen, fluxus ejus. Ludov. de Deo. (5) donec veniat *error*. Deut. 4. 24. juxta 70. & Hier. *delictum*, *ignorantia* 2. Sam. 3. 27. & 2. Sam. 6. 7. *ſchal*, aut *ſchel* error, temeritas. Ozias, quod arcam Dei, cum Levita non eſſet, tangere temere auſus morte a Deo percuſſus fuerit, hoc peccatum temeritatis *ſchal* vocatur, unde ſchaloh, vel ſchelo, aut *ſchilo: peccatum ejus*. Incidit Gouſſetio, a *laäh*, *ſchællaah* h. e. qui patietur pro genere humano. Ve lo *jikkehath* yammim, & ei erit *expectatio* gentium h. e. ipſum expectabunt, cum deſiderio præſtolabuntur, a *kavah*, ut 70. ſed in *niphyal* valet *congregatus eſt*, hinc: & illi erit *aggregatio* populorum. Alii â nakah, purificatio. Vide Corn. a Lap. *celebris hodie derivatio* poſt Thargum, quod verbo *ſchamay* h. e. *obedient* reddit, adoptante jam Pagnino, præeuntibus Rabbinis, & Ludov. Capello, *fit ex Arabico verbo vakah, he* ultima radicali mobili, ſeu mappikato, quod valet

Vox *yanah* IV. ſignificata habet, reſpondit, cecinit, humilis, miſer, & afflictus fuit; in genere locutus eſt, ſermonem orſus fuit. Hoſ. 3. 5. &

let *obedivit: & ipſi obedient populi*; verba *pe jod* Arabibus ſunt *pe vav*, ideo loco *jakah*, illi dicunt *vakah*. Sed ſupereſt in Bibliis alia radix Hebraica *kahah* debilitatus, hebetatus fuit, obſtupuit. Jeremias C. 31. 29. & Ezechiel 18. 2. temporibus Meſſiæ, *dum fœmina circumdabit* (B. Virgo utero ſuo Chriſtum) *virum* (al. fœmina circumdabitur a viro, ob vocis theſobhæbh ambiguitatem, apud Corn. a Lap.) & novum feriet Deus pactum cum populo ſuo, Jer. 31. 33. ceſſaturum dicunt illud proverbium: *Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt*, to: *obſtupeſcunt*, uterque effert verbo *thikhænah;* occurrit etiam Eccle. 10. hinc noſtrum *jikkehath* Prov. 30. 17. ſenectutem, debilitationem juxta 70. *gérás*, juxta Thargum *keſchiſchuth*, ſeu ſenium, juxta Vulgatam *partum* exprimit in maledictione illa: effodiant oculum corvi de torrentibus ei, qui deſpicit partum matris ſuæ. Ergo in textibus momentoſis polyſemia vocum Hebraicarum facit obſcuritatem, & incertitudinem.

Profecto etiam ubi legimus Iſai. 11. 2. ſeptem eſſe dona Spiritus S. ſapientiæ, intellectus, conſilii, fortitudinis, ſcientiæ, pietatis, & timoris Domini, quæ in Meſſiam ſuperventura ſacer vates profatur, hæretici Vulgatam arguebant aliquando, quod in Hebraico non VII. ſed tantum VI. dona ponantur, non advertentes Hebr. *jirä* bis poſitum, pietatem primo, altero loco *timorem* deſignare, ut PP. explicant, & 70. Arabs vero exponit Spiritum rectæ religionis. Cæterum ſanctæ diſpoſitiones omnes, omnes virtutes, & affectus ſalutares dona ſunt Spiritus S. quæ proinde anguſtos intra limites numeri ſeptenarii non coarctamus. Pſ. 64. 1. *Te decet hymnus Deus in Sion*, ut Jeroſolymis te laudemus, conveniens eſt; *& tibi* idcirco *reddetur votum in Jeruſalem*. Hebr. *lechah dumijjah* &c. h. e. ut vertit Hier. tibi *ſilentium* laus in Sion. *dum*, ſeu damah valet ſilere, ſed tres alias ſi-

& *canet* ibi, ſicut in diebus adoleſcentiæ ſuæ. 70. *humiliabitur.* Eccle. 10. 19. *pecuniæ obediunt omnia.* Hebr. *hachchæſæph jayanæh eth hachchol.* h. e. argentum ſibi ſubjicit, & humiliat

 uni-

ſignificationes habet, illam apud Arabes, *perduravit*, perpetuavit, continuavit, ut in apprecationibus v. gr. *prolonget* (adáme) *Deus dies ejus.* Item *aſſimilari*, *alteri congruere*, convenire, hinc *demuth* ſimilitudo, & iſta eſt vulgaris Hebraicæ vocis notio, ſimilitudo autem eſt unius cum alio convenientia; ergo recta, & loco magis congruens eſt verſio: *te decet* &c. Si hodiernis novatoribus aures præbemus, textus, in Officio Divino uſitati, plerique aliter legi debebunt, quam huedum.

Pſ. 129. 4. ſeu *de profundis*: quia apud te propitiatio eſt: *propter legem tuam* ſuſtinui, h. e. in auxilium patienter expectavi, te Domine. Ajunt in Hebræo eſſe: chi yimmecha haſſelichah, lemayan thivvarë, h. e. quia tecum eſt clementia, *ut timearis*, ſeu reverenter colaris; Hieronymo quoque vertente: *ut terribilis ſis.* Quaſi vero *Aleph*, & *He* alternantibus non debeat potius legi *thorah*, *lemayan thorah*, h. e. *propter legem*, nempe tuam; ſane Theodótio, & Symmachus lectioni huic atteſtantur, transferentes: *eneka nomu*, ſicut nos habemus. Calmetus dicit: cum tam varient, qui ex Hebræo ſenſum educunt, *omnium optima videtur* 70. *Interpretum, & Vulgatæ ſententia; noſtra enim ætate Hebræus aliter plane fert*, (h. e. utique male, quantum ad repræſentandum Archetypon) *quam* 70. *ceterorumque veterum tempore.* Ubi Iſai. 49. 5. legimus *Iſraël* ad eum *non congregabitur*, nempe ad Meſſiam, qui ad propria venit, & ſui eum non receperunt, Maſorethæ legendum ſubmonent (pag. 9.) *Iſraël ei aggregabitur:* Hebr. Jiſraël lo (per vav) jeäſſeph: ſenſu contrario. Non abſimiliter quando IV. Reg. 8. 10. legimus, ad interrogationem: Num Benadad Rex Syriæ, morbo tunc conflictatus, valetudinem ſuam ſit recuperaturus: Eliſæum reſpondiſſe: *ſanaberis*, urgent repugnante Chaldæo, Syro, Arabe, 70. poni debere: *non ſanaberis.*

Pſ.

univerſa. Vel reſpondere ſibi facit omnia. al. ſuppeditat omnia. al. reſpondet, æquivalet omnibus aliis rebus. al. argentum h. e. ejus habendi deſiderium affligit univerſos. Prov. 16. 4. uni-

Pſ. 79. 16. cum vineam Chriſti ſingularis ferus (Nabuchodonoſor) depaſtus eſt, legimus *perſice eam*, channah, ſeu chonnah, h. e. apta, tege, protege, perfice: vertendum contendunt: *plantam*, & *ſurculum*, aut juxta Rabbinos *hortum*, quaſi *gannah*. Joel. 2. 23. Deus promittit populo *doctorem juſtitiæ*, ſeu, qui erudiet ad juſtitiam, ex contextu (moræh) non doctorem, ſed pluviam & *imbrem matutinum*, inquiunt: quaſi contextus non habetet v. 28. effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem. Pſ. 54. 25. jacta ſuper Dominum *curam tuam* (quæ te ſollicitum reddunt, ei committe) & ipſe te enutriet. loco *curam tuam* Hebr. *jehabecha*, *donum tuum*, vel *onus tuum*. volunt, invito Thargum, ferente *ſibrach* h. e. ſpem tuam. Pſ. 33. 10. *Divites* eguerunt, & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. h. e. nullo deſtituentur bono. Inſtant legi debere *leones*, ſeu leunculi eſurierunt, cum ſit *chephirim*, quaſi impii, & ethnici, apoſtatæ, qui hîc Deum timentibus opponuntur, Arabibus, Hebræisque *châphirin* non dicerntur! chebhírim h. e. divites, magni, 70. legunt cum Syro.

Ne textus N. T. prætermittere videamur, eſt etiam in Græco, ſicut in omni lingua, rarior tamen polyſemia: e. gr. *agapaó* præter amo, diligo, (hinc agape, caritatis epulum) valet neutraliter, contentus ſum, ut: agapón mia: contentus ſum una uxore; vel agapéton eſti, ſufficit. *Kédos* cura, labor, dolor, cognatio ex nuptiis, conjugium, funus, exequiæ, hinc carmen funebre *epicédium*. *Kydos* gloria, decus, ut: *mega kydos Achæón*. h. e. *O decus Argolicum!* ait Homer. Item convitium, maledictum, objurgatio, quamvis accentus, & declinatio hic diſterminet. *Alektór* vulgo gallus gallinaceus, (pag. 516. lin. 35.) al. mas, ſeu vir conthoralis; al. virgo innupta, thalamum nondum experta, prout nimirum *Alpha in com-*

univerſa *propter ſemet ipſum* operatus eſt Dominus; *impium quoque ad diem malum* (fors ærumnarum temporalium) ordinavit, nimirum poſt præviſam futuram abſolute impietatem ejus, cu-
Ddd 2 jus

compoſitis privat, *conjungit*, & *auget*. Adplicemus Scripturæ!

Unusquisque in ſuo ſenſu *abundet*. Rom. 14. 5. dum agitur de rebus in medio poſitis, ac per ſe licitis, ſuam unusquisque ſententiam libere ſequatur; *quaſi faveat probabiliſmo;* alius putat, ſe carnibus, ritu ethnico, idolo immolatis licite veſci poſſe, cum idolum res ſit nihili; alius religioni iſtud ſibi ducit; alter feſtos V. T. dies obſervat, putans adhuc eos eſſe celebrandos; alter ſibi perſvadet, Chriſtum ſuos ab ſolviſſe, atque ideo hos dies a ceteris non diſcernit, quoad hæc hærendum non eſt in diſceptationibus cogitationum, ſed permittendum cuivis ſuum judicium. Alter ſenſus quaſi contrarius multis ſe comendat: unusquisque in ſenſu ſuo *abundet*, h. e. pro motivo ſuæ actionis, non qualiacunque, ſed abundantia, & moraliter certa argumenta habeat; *ut videatur probabiliorismum præcipere.* Nam Gr. habet: hekaſtos en tó idió nói plérophoreiſthó: *plérophoreo* autem valet plenam fidem facio, ex integro, & abundanter, ad plenitudinem usque convictus ſum; ſolentque Vulgatum Luc. 1. 1. heterodoxi; & quidam Catholici caſtigare (pag. 589. lin. 17. & 609. lin. 16.) Syrus omnino vertit: quisque in *ſcientia* (non tali quali opinione) *animæ ſuæ confirmetur.* Vide Menochium, & Corn. a Lap. poſterior oſtendit *plerophoreo* ab alia radice, alio proin ſignificato *abundantiæ* ſumi. Luc. 6. 35. *mutuum date nihil inde* (ex mutuatione, nullam ab hominibus benevolentiam, etſi mutuo externam) *ſperantes.* Sperare beneficium ab eo, cui benefeciſti, non vetat, ſvadet tamen non intendi, ut comparati ſimus etiam in caſu contrario ſubvenire; ſed hoc videtur eſſe conſilium perfectionis Chriſtianæ, in oppoſitione ad eos, qui in exercitio caritatis ſua ſpectant commoda v. 34. mutuum dandi obligatio nec ſemper, nec erga ingratos, & nobis infenſos obli-

jus punitio cedit ad majorem gloriam Altiſſimi. *Lemayanehu* poteſt reddi *propter ſemet ipſum*, vel perinde *ad reſponſum ſuum* h. e. omnes res ita

obligat; aliud eſt egenti dare eleemoſynam, aliud e. gr. mercatori 1000. florenos mutuos, quos ubi dederit, ſi & ipſe aliquod ſperet beneficium, nulla lege vetante fertur in id, quod eſt ex parte mutuatarii caritati congruum, perfectior tamen, ſi ab iſtius modi intentione immunis, purusque commodaverit. Ceterum extra caſum vigentis per legem interuſurii loquitur Salvator, nec vult ſaluberrimæ, & prægravantibus cauſis ſubnitenti conſtitutioni e. gr. in Germania, & Hungaria 5. vel 6. florenos a 100. deſumi concedentis Reip. contravenire, qua ſtante pecuniæ, cum ſpe auctarii iſtius, commodatio nullam uſuræ ſpeciem habet, modo pravus abſit animus, & illicitum externe accedat nihil. Nam in temporalibus Reip. ordinationi ſubjectis licitum eſt, quod legi conforme invenitur, (Vitus Pichler Jur. Can. L. 5. Tit. 19. de Uſuris. Grotius Luc. 6. 35.) potuit Reſp. facere, fecit, nihil quæras amplius. Extra hunc caſum titulum lucri ceſſantis, & damni apud commodantem *revera* emergentis, recte adferunt morum magiſtri; ſed in vanum *exigunt* ad actionis honeſtatem, & conſcientiis laqueos injiciunt, dum præſto eſt conſtitutio actionem juſtificans, cui ſecure innititur, quisquis mutuas dat pecunias, etiam ubi abſunt (abſunt autem paſſim, dum viduarum negotiari nequeuntium, Orphanotrophiorum, Seminariorum &c. pecuniæ Principibus, & Comitibus elocantur) *ex parte ſua* tituli lucri ceſſantis, & damni emergentis. Sed a propoſito diſceſſimus!

. *Nihil inde ſperantes*, valet etiam *deſperantes*, nihil, h. e. *neutiquam deſperantes*, etiam ſi pereat tota ſumma. Vel *parem gratiam non ſperantes*. Demum *neminem deſperare facientes*, nullum immiſericordia veſtra, dum eget, ad deſperationem adducentes; oriuntur hæc ex ambiguo græco verbo *apelpizein*, (inquit Calmetus) quod & deſperare, & ab alio ſperare

ita fecit Deus, ut ſingulæ finibus ſuis apte reſpondeant, ſerviantque.

Alaphim (ælæph, ſeu *Aleph* prima litera Alphabeti) *boves*, Pſ. 8. 8. *oves*, & *alaphim* h.

rare ſignificat; non tantum divitibus ex ſpe recompenſationis date, ſed & pauperibus, nihil ex eo proprii emolumenti ſperantes. Verba in *izo* facile *hiphyilicam* induunt ſignificationem, Orientales, Perſa, Arabs, Syrus, *méden* legerunt cum apoſtropho, loco méden', ſeu médena, neminem, nullum hominem permittentes deſperare, vel, ſpe ſua, de veſtra beneficentia concepta, nullum fruſtrantes. Lectio hæc multis ſe commendat. Quidquid ſit textus conſilium continet majoris perfectionis, & loquitur extra caſum legitimæ conſtitutionis, unde non debet adferri contra conſvetudinem interuſuriorum legalium.

Plura coacervare non expedit. Conſule interpretes. Marci 7. 3. *pygmé* alter *crebro* lavant manus Phariſæi, antequam edant. al. *diligenter*, & *accurate*. al. *uſque ad juncturam manus cum brachio*, ſeu usque ad carpum, Germ. bis zum Arm-gelenck. Ita *charis*, vel *charisma*, ſeu gratia; item *fides*, & *prophetia*, quam multa deſignant! fides ſæpe eſt complexum totius inſtitutionis Chriſtianæ, atque ſic *ſola* juſtificat, ſalvatque. Luc. 18. 8. non invenietur fides, quâ præſens iſta Dei vindicta imminere credatur &c. 2. Theſſ. 3. 1. in nullius poteſtate eſt fides, quippe donum ſupernaturale. (pag. 662. lin. 31.) Matth. 27. 64. habetis, vel imperative, habete, adhibete cuſtodiam. Joan. 5. 39. erevnáte tas Graphas, *exquiritisne*, vel *exquirite*, ambiguum manet. Marc. 14. 3. nardus *piſtica*, omiſſis aliis ſenſibus, male rejicitur *probata*, *fidelis*, odore, & colore fidem ſuæ bonitatis præſtans, germana, authentica, nam *piſticon* vocat jam Ariſtoteles, quod probatæ bonitatis eſt, & uxori fidæ, & balſamo apud Græcos invenitur attributum. Locum corruptum tenent multi, ut ſolum in Vulgata *ſpicati*, ſpicas habentis, extet originarie, prout olim Græcum habuit Archetypon. (Simanovics pag. 546. dicit procul dubio mendoſe legi *piſtici*,

quia

h. e. *boves* ſubjeciſti ſub pedibus ejus, nempe hominis, Tharg. *thorin*, quaſi tauros: h. e. ſchorim, ſeu ſchevarim vav mobili; vel *millia* Exo. 20. 6. vel *Principes*, mille viris præfecti Mich. 5.

quia nullum ſenſum habet, æque mendoſum vult pag. 756. Joan. 19. 29. nomen *hyſsópi*, *po* ejici debere, ut ſit *hyſsó* h. e. perticæ, haſtili circumponentes.)

Vox Angeli 1. Cor. 11. 10, inter 8. aut plura ſignificata, quæ adferuntur, forte ſacerdotes, non vero delatores occultos (ſpiones) valet, aut vere angelos, & poteſtas, non velum, ſed autoritatem, quam mulier tenere, agnoſcere, habitam æſtimare debeat in capite h. e. marito. (Joan. D'Outreinii Diſſertatio Philologico-Theologica de velando capite muliebri propter Angelos.) Matth. 11. 5. an *pauperes evangelizant alios*, vel ipſi *evangelizantur?* 1. Cor. 15. 29, an pro mortuis *baptizant*, vel *baptizantur* (extant loci 30. explicationes diverſæ)? Matth. 11. 12. an regnum Dei vim patitur? h. e. arduum eſt illud intrare, requirit vim? an tota vi ſua advenit? (active: biazetæ) an a Phariſæis perſecutionem patitur? an regnum cœlorum occupatur a plurimis tota vi, ut dum urbem intrant homines, & qua data porta, ruunt in eam? Luc. 16. 16. Ethnici Judæos a poſſeſſione copioſi depellunt, certatur pro regno cælorum. An Gal. 2. 11. Cephas *reprehenſus* dicatur *ab aliis*, (ſed erronee videlicet) quibus mens, & intentio ejus non fuit cognita: vel narretur in hac actione *vere reprehenſibilis*, ob iſodynamiam, ſeu æquipollentiam participii paſſivi *kategnósmenos* certo conſtitui nequit; Syrus vertit, *quia offendebantur in eo; ad faciem ei reſtiti* h. e. coram, aperte, ad publicam omnium notitiam. Vel non reipſa, ſed tantum *ad ſpeciem*, ac velut ex compoſito, & mutua conſpiratione ad tollendum puſillorum ſcandalum. Ut ſi bene agentem Parochum, orto tamen ex imperitia populi ſcandalo, adveniens Eppus. redarguat ad ſpeciem.

Joan. 3. 3. an niſi quis renatus fuerit *denuo* Gr. *anóthen*, vel *cœlitus*; *e ſupernis*, ex cæleſti gratia, non

5. 2. *alphe Jehuda* chiliarchæ Matth. 2. 6. *hégemones* Ex. 18. 25. Pſ. 49. 10. dicit Deus ſe non egere ſacrificio vitulorum, neque oblatione hircorum, cum omnia hæc ipſius ſint, *jumenta in montibus*, *&* *boves*, Hebr. *beharre aleph*, *in montibus mille* h. e. in mille, ſeu multis montibus, 70. acceperunt ſignificatione *boum*. Pagninus (pag 583. lin. 17.) *alluph*, quod bovem, aut vaccam. vel ducem ſignificat, male cum Judæis *vav* ſubintellecto Jer. 11. 19. vertit, quaſi agnus, (*&*, vel *aut*) *bos*, *aluph* enim velut participium *payul* aptiſſimum, & notiſſimum eſt ovis manſvetiſſimæ aliter *ravum* dictæ apud Arabes epithetum, quæ usque adeo cicurata eſt, & manſvefacta, ut præ manſvetudine lingat veſtes educatoris ſui docente Bocharto par. 1. Hier. L. 2. C. 46. pag. 522. *Abirim* Angelos ſignificat, Pſ. 78. 25. *panem Angelorum* Hebr. Abirim, *maducavit homo*. Valet tamen plerumque tauros, & boves, aliquando Principes, verbo: robuſtos, viribus præditos.

Halal vox notiſſima, ut Hungarice *gratias egit*, (meg-halálta, halát adott) unde in imperativo *piyel* hallelu, gratias agite, & *ja*, ſeu Deum

 lau-

non poteſt videre regnum Dei? an Hebr. 1. 7. & Pſ. 103. 4. *Spiritus* ſubſtantia eſt intellectualis, & incorporea, aut ventus? de Angelisne ſermo ibidem, vel de ventis tantum? *qui facit Angelos ſuos Spiritus* h. e. ventis Deus utitur ad nuncium ſuum mortalibus deferendum; an ſpiritibus cœleſtibus veluti nunciis ſuæ voluntatis inſtar venti celerrimis utitur ad annunciaṅda voluntatis ſuæ effecta? Joan. 5. 4. an homo Dei miniſterio addictus, vel Angelus h. e. ſpiritus deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam probaticam?

laudate, (2) *ſplenduit*, unde *hélel* lucifer ſtella matutina, (3) *inſanivit*. holelah, & holeluth ſtultitia, furor, inſania. Occurrit itaque Job. 4. 18. *thoholah*, vox incertiſſimæ ſignificationis. Vulgata: *Ecce qui ſerviunt ei* (Deo) *non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit pravitatem*, nempe in apoſtatis illis ſpiritibus; nec hi Deo ſtabiliter ſerviverunt, & tu Job (Eliphaz eum ſic alloquitur) audis aſſerere, te eſſe innocentem, te intemerata fidelitate, & ſine omni peccato eidem ſerviviſſe? Pagninus transfert: *in Angelis ſuis ponit lumen*. Symmachus: *in Angelis ſuis reperit vanitatem*. Tigurini: (pag. 610.) *In Angelis ſuis indidit veſaniam*. al. Angelis ſuis immiſit ſtultitiam. Arias Montanus: *in Angelis ſuis poſuit gloriationem*. 70. *contra Angelos ſuos pravum quid advertit*. al. ambages contra Angelos excogitavit. Alii: *ecce in ſervis ſuis non habet firmitatem, & in Angelis obſervat defectum*. Alii. in Angelis ſuis *non* poſuit laudem, (*non* ex præcedente repetendo.) Houbigantius (pag. 590.) decernit eſſe vertendum: *in Angelis ejus orta eſt mutabilitas*.

Ælohim Deus, falſi Dii, Angeli, magiſtratus, Judices, Magnates, viri illuſtres, Gen. 3. 5. eritis ſicut Dii. Æthiops, Arabs, multi ex Hebræis, & Chriſtianis, *ſicut Angeli*. Chaldæus: *ſicut Principes*. Gen. 6. 2. videntes filii *Dei* Hebr. *Ælohim* filias hominum, Heb. benoth haadam. 70. in quibusdam exemplaribus olim loco *filii Dei* ferebant *Angeli*, quod errori privatorum de Angelorum cum mulieribus commercio, unde Gigantes nati fuerint, anſam præbuit. Aquila: *filii Deorum*. Chaldæus, Symmachus, Arabs, Oleaſter, Abenezra, Salomon Jarchhi,

Va-

Vatablus, Fagius, Caſtalio, Ludov. de Deo: *filii Principum videntes filias plebejorum* (ruſticorum) iis, etſi fortis inæqualis, ſed quia pulcræ, & carnali deſiderio ſatisfacturæ videbantur, connubia miſcuerunt infelici ſequela. (ſi qua velis apte nubere, nube pari.) Pſ. 81. 1. *Deus* ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem *Deos* dijudicat. Hebr. adſtat Deus congregationi, vel Eccleſiæ Dei, h. e. cætui in nomine Dei convocato; ipſeque in tali cætu ſuo *Deos* Hebr. *Ælohim* h. e. judices, an recta decernant, dijudicat. Hebr. hodie: *Ælohim nitztzabh bayadath El, be karæbh Ælohim jiſchpot.*. Vel *El* ſumitur collective, in Synagoga cujusvis judicis, ſeu pro *Elim*, aut probabilius olim *Elim* ſcriptum fuit numero multitudinis, ſecus 70. non vertiſſent *Deorum*, ſi *El* nomen ſolius, & natura ſua talis, veri ſcilicet *Dei* in textu legiſſent, eo minus Syrus poſuiſſet *in cætu Angelorum*. Verti poteſt, ut vertitur in editis in IV. M. typo, chartaque amœniori Latine, Græce, & Hebraice Pſalmis Davidicis cum exegeſi, & phraſeologia nomine Scholarum piarum ab Adolpho Groll primum hujus Ordinis Generali, deinde Eppo. Jaurinenſi, linguarum SS. cognitione conſpicuo, an. 1757. Vindobonæ, Typis Joan. Thomæ Trattner fel. recor. Auguſt. Imperatrici Mariæ Thereſiæ dedicatis par. II. pag. 45. *Qui conſtitutus eſt* (hoc valet *nitztzabh*, quaſi præfectus præpoſitus populo 1. Reg. 22. 47.) *judex* (ælohim) *in Eccleſia Dei, debet judicare* in medio h. e. in corde ælohim h. e. corde, ſeu *animo prorſus Divino:* cur ergo vos adhuc injuſte judicatis, & impiorum rationem habetis? Pſ. 105. 30. ſtetit Phinees, & *placavit* Hebr. palal h. e. oravit, ſignificat

 etiam

etiam *judicavit*, & hac ſignificatione vertit Hieronymus. Pſ. 138. 19. *Quia dicitis* in cogitatione: accipient in vanitate civitates tuas. Vane cædis amatores. dicitis, eripiendas nobis noſtras civitates per alios. Hieronymus: *qui contradicent tibi ſcelerate, elati ſunt fruſtra adverſarii tui.* Quanta diverſitas, ut non eundem librum tranſtuliſſe, ſed alium videatur! loco *civitates* Aquila, & Symmachus, ſicut Hieronymus, ponunt, *hoſtes*, quia tzarim, & more Chald. loco tzade ponendo *yain*, *yarim* non tantum civitates, ſed etiam inimicos, hoſtes ſonat, al. qui loquuntur contra te inique, inſurgentes fruſtra hoſtes tui. al. qui per nomen tuum, vel templum falſo jurant: proferunt injuſte nomen tuum, vel nomen civitatum tuarum: ut ſic per templum, vel per Jeruſalem jurent. *Naſcà* varie uſurpatur, Hieronymus *naſcu* pro participio *payul* habuit, alii pro perfecto activo. 70. quoniam contentioſi eſtis in cogitationibus; *mezimmah*, & cogitatio eſt, & ſcelus. &c.

Chalah perfecit, Gen. 2. 1. defecit, deſtructus eſt, ceſſavit, deſideravit, ceſſavit facere. 2. Reg. 13. 39. & 2. 23. 15. *yed æternitas, teſtis, usque ad, calamitas, miſeria, vapor*, unde Hieronymus dubitans a Rabbino edoctus eſt in loco occurrente (pag. 451. lin. 28.) *layed* magis valere in futurum, ſeu æternum. *Layadan* (1) pro voluptate (2) devorans judicium, (3) pro ornatu (4) pro teſtimonio, (5) ad tempus. Mirjam, ſeu *Marjam* nomen Deiparæ; (1) exaltata (2) amaritudinis mare, (3) myrrha maris, (4) domina, vel doctrix, & magiſtra maris. *Niſan* primus ſacer menſis, al. vexillum. al. probatio. al. tentatio. al. fuga. al. mira-

raculum. *Ragau*, ſocius. al. paſtor. al. malum, noxium. al. confractio ejus. *Samaria*, cuſtodia, adamas, vel vepres, ſpina, denique fæx ejus. *Ela*, ilex, fortitudo, maledictio, juramentum, Syriace Deus. Confer pag. 512. Experto crede Hieronymo: *Idem ſermo, & iisdem literis ſcriptus diverſas apud eos* (Hebræos) *& voces, & intelligentias habet*, ut adeo *neſe* h. e. nætzachh *& perpetuum, & finis, & victoria intelligatur pro locorum qualitate*, adde & *veritas*, non fucata ſinceritas, *fidelitas*, quæ eſt potior apud Aarabes notio, pag. 730. Lexic. Arab. edit. Lugdun. Batav. 1784. Auctore Joan. Willmet, & Schultenſio in C. 1. 4. Habacuc in animadverſionibus Philologicis. 1. Sam. 15. 29. Job. 34. 36. Prov. 21. 28. demonſtrante. Item *operis ſolicitatio*, *contentio* (neikos Gr. non ſolum nikos, ſeu victoria) *judicium*; demum *ſanguis*. Iſai. 63. 3. & aſperſus eſt *ſanguis* eorum ſuper veſtimenta. Hebr. nitzchham. 70. hæma. verſu 6. *nætzachh* etiam Syrus, & Arabs *dam* h. e. ſanguinem reddunt; *robur*, *ac fotitudinem* valere multi putant 1. Sam. 15. 29. *(cc)*

Ra-

(*cc*) Multiplicatæ ſunt *infirmitates* eorum, poſtea *acceleraverunt*. Vox *infirmitates* Hebr. yatzaboth, valet præter dolores, labores, opes, facultates, yatztzabhim, iniquitatem Pſ. 139. v. ult. *idola* Jer. 22. 28. & 48. 5. Iſai. 10. 11. Mich. 1. 7. To *acceleraverunt*, mahar (Hung. hamar) valet etiam *dotaverunt*, & in *niphyal*, inconſiderate, ſtulte egerunt: *jirbu yatztzebhotham achher maharu*. Sanctis Deus omnem benevolentiam, quam & ego iis optabam, mirabiliter adauxit, ſuam in eos bonitatem mirabiliter oſtendit; *primo quidem ſancti hi dolores varios ſunt paſſi*, *ſed poſtea* tanto magis in ærumnis ſuis

pro

Rayah, confregit, deſtruxit, pavit, ſeu rexit, paſtor fuit, amicus, proximus, improbus fuit; denique *reya* cogitatio Pſ. 138. 2. & 17. mihi autem nimis honorificati ſunt *amici tui* (al. co-

pro auxilio ad Deum acceleraverunt, ut ſanarentur. Inquit Aug. al. quia illud *multiplicatæ ſunt* (1) eſt in futuro in Hebr. (2) eſt in activa flexione, vertunt: *multiplicent illi idola ſua, & feſtinent poſt Deos alienos, ego vero ſanguinolentis eorum oblationibus non communicabo*, non ego nomen idolorum ore meo pronunciabo; Dominus enim eſt pars hæreditatis meæ; ita funibus menſurata opima mihi obtigit hæreditas, & ſchiphra, (ut Hung. tziphra) h. e. ſplendida portio. Quia rurſus *jirbu* poteſt neutraliter, ſeu paſſive ſumi, Schindlerus vertit: *multiplicentur dolores eorum, qui ad alium Deum feſtinarunt.* al. *multiplicarunt impii* (contra, ac Sancti) *ſibi idola, & dotarunt.* al. miniſtri idolorum ab idolis ſuis opibus aucti, & dotati ſunt, ego tamen eorum conventicula nihili facio. Illud: *mirificavit* h. e. fecit mirabile, magnificavit. Hebr. *äddire* h. e. *fortes*, vel magnifici, vel arietes Jer. 25. 34. *omnis voluntas mea in eis*, al. vertunt, ſumpta voce *voluntas* pro neceſſitate: mihi, neceſſitatibus meis, ſufficiunt victimæ, & arietes illi, qui ex lege debent cedere miniſtris templi *Sanctis* (Adolphi Groll edit. Pſal.) Satis conſtat obſervante jam Bellarmino, & hodiernis conſentientibus, Hebr. *veäddire, & fortes*, eſſe corruptum, 70. & nos retinere originalem vocem *jaädir*, magnificabit, ſeu magnificat, mirificavit. Illud *poſtea* 70. *achhar*, hodiernus Hebræus legit *achher* h. e. alienus nempe Deus.

Pſ. 126. 2. *vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.* 70. legerunt loco kum infinitivi, *kumu* imperativum, *vav* adjecto, vel & *kum*, & *kumu* junctim, *meächhare* legerunt pro meächhare', ut paſſim habetur, h. e. *poſtquam*: *vanum eſt o mane ſurgentes* matutinantes *maſchchime kum*, maturantes ſurrectionem, *& moram operi innectentes ſedendo*, nempe

cogitationes tuæ) Deus! nimis confortatus eſt principatus eorum (pag. 409.) al. ò Deus! quam pretioſæ, æſtimabiles, ac magni momenti cenſendæ mihi ſunt (*jakar* Hebr. unde Lat. carus) tuæ

pe labore occupari usque veſperam: ni cœptis Deus annuat, fruſtra eſt, ſummo mane conſurgere ad opus, tarde cubitum ire, & panem ſuum in anxietate comedere; vanum eſt (eſſe) maturos in ſurgendo, tardos in ceſſando a labore, & (eſſe) edentes panem in ſolicitudine. O Judæi ſub Nehemia 2. Esdr. IV. 17. mira ſedulitate reædificare templum Jeroſol. conamini, etſi hoſtes Sanaballat, Tobias, & alii impedire nitantur, alios vigiliis, alios labori præficitis; nimium eſt; ſua corpori danda qvies, omnia inutiliter fiunt ſine Deo, ejus opem primum implorate. Sicut Sagittæ in manu fortis, herois, opem præſtant, uſui ſunt: ita ſenibus piis, generati in juventute filii: *excuſſorum*: *neyurim* 70. partic, *payul*. Alii volunt eſſe nomen ætatis, h. e. *juventutes*; nam nomina ætatum ſunt pluralia apud Hebræos; pharethra *äſchpath* hîc deſiderium ſonare creditur.

Pſ. 49. 18. *Si videbas furem*, *currebas cum eo*. Exprobrat Deus peccatori: Hodie punctatur: im räitha gannabh, vattirætz (loco thirtzæh) yimmó. Si videbas furem, complacuiſti tibi in eo, ſeu dilexiſti eum; *& cum adulteris portionem tuam ponebas*; iis te ſocium junxiſti. â *ratzah* voluit, delectatus eſt: verum antiqui â *rutz* currere derivarunt, legeruntque *tharütz* 70. Chald. Syrus, melius: quamvis non magna ſit inter utrumque diverſitas. Joſue 2. 1. *Ingreſſi ſunt exploratores domum mulieris meretricis nomine Rahhab*. Meretrix Hebr. *zónah*, Gr. *porné*, ſed quia etiam derivari poteſt a *zún: alere*, quod, Chaldæis potiſſimum uſurpatur, ajunt verti debere *cauponaria*, cum etiam Chaldæus vertat *pundekíthä* h. e. pantas dechomené, cibatrix, cauponaria; & forte pro more ætatis in Oriente, ita alimentum miniſtravit, ut nec corpus negaret, quæſtum faciens ex utroque.

tuæ cogitationes, quibus providentiæ tuæ ordinem exequeris!

Pſ. 42. 4. *Introïbo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat juventutem meam.* Hebr. *abhoah el mizbachh Ælohim æl El ſcimchhath gili.* h. e. intrabo ad altare Dei, *ad Deum, lætitiam exultationis meæ*, ſeu: ad Deum, qui eſt lætitia, & (adde ſubintellectum) exultatio mea, ſeu cauſa, & objectum exultationis meæ. Verſus ut Latine poſt 70. effertur, etiam triviali, qui ſacris operanti aſſiſtit, miniſtello notus, laborabis tamen, dum evincas *gil* juventutem potius, quam exultationem ſignificare, a rad. *gul*, verbo IV. ſignificata habente, nominatim *exultavit*, apud Arabes *in orbem oberravit, circumivit*; Hieronymus *gil* hoc loco vertit *exultationem: ad Deum lætitiæ exultationis meæ* inquit. Pagninus *gil* vult ſignificare ſimilitudinem; *Gil* Arabice, ut *dár*, revolutionem, ſeculum, ætatem certiſſime valet, plurali agyzſiel, ut Pſ. 112. illud: *generatio rectorum* h. e. juſtorum *benedicetur.* Hebr. dor jeſcharim jebórach. Arab. *gil*, ſeu, ut paſſim efferunt *gyzsil.* In Hebræo quoque ætatem, ſeu juventutem ſignificare creditur Dan. 1. *ex pueris, qui ſunt juxta ætatem veſtram*, Hier. *coævis.* Syrus, & Arabs locum controverſum vertunt Vulgatæ conformiter, & bene, notat Calmetus, vocem *gīl* tam apud Hebræos, quam apud Arabes poſſe pro juvene uſurpari.

Illud vero arduum, & ſæpe impoſſibile eſt definire, a qua radice vox ſit deducenda, ſignificatione pro diverſitate Originationis variante. (pag. 504. & 510. lin. 1.) Gen. 15. 11. Abraham a victimis *abigebat aves* juxta Vulgatam;

â

â *naſchabh* in *hiphil* flatu diſpulit, abegit. Juxta 70. *ſedit cum eis*, â *jaſchabh*, quæ derivatio judicio Grotii non eſt improbanda. Gen. 4. 8. vulgatiſſimum *vajjomær* h. e. *&* *dixit*, Michaëlis, ut ſalvet textus Hebræi integritatem, dicit â *marar* derivari, quaſi vajjamor, vertitque: *(dd)* attamen amaro animo fuit Cain ad Abel.

Pſ.

(*dd*) Eſtne notius aliquid voce *Jeruſalem?* ſi a *raäh* deducitur, *viſio*, ſi a *jaraſch: hæreditas*, ſi a jarë, *timor*, cultus, reveretia *pacis*. Quid *manna* celebrius? Exo. 16. 15. dum hanc (fœm. generis eſt paſſim apud SS. PP. & prophanos Scriptores, demonſtrante Bocharto Geogr. ſubnexa Diſſert. pag. 876.) Iſraëlitæ conſpexiſſent, *dixerunt ad invicem*: *manhu? quod ſignificat*: *quid eſt hoc? ignorabant enim quid eſſet.* Sed ignoramus & nos, an *man* ſit pronomen, ut optime habet Vulgata; quaſi mah-hu. Chaldaicè *man*, ut etiam Arabice, Hebraice autem *mi* interrogativum eſt, (ut Hung. *mi*) ſed de perſona, non de re; interdum *man* de perſona Hebræi quoque uſurpant, Pſ. 60. 8. cur non etiam de re juxta 70. & Hieronymum? alii ex Arab. *donum hoc eſt*, *man*, vel decurtatum ex Heb. *manah* pars, portio, donum: aſſertive: *donum hoc Dei:* vel *præparavit*, *man* loco manah, ſeu *minnah*, *hoc* Deus nobis: vel *præpara iſtud:* imperativo piyel apocopato. Dan. 1. 5. ſicut *tzav* loco tzávvæh. Cum naturali Arabum mannæ ſecundum quid ſimilis eſſet, vocarunt *man*, vel e contra, dum Iſraëlitæ ſupernaturalem hanc eſcam admirabundi, & quid eſſet, ignorantes, *man* demum vocaſſent communiter, Pſ. 78. 24. Orientales etiam rori æſtivo in gummi grana concreſcenti, & variis ejus ſpeciebus nomen iſtud attribuerunt.

Ramath lechhi Jud. 15. 14. Samſon locum eum vocavit, vel â *rum*, altus fuit, *herím* elevavit, quod ibi maxillam aſini levaverit; aut â *ramah* jecit, abjecit, quod ibi eam cantico abſoluto abjecerit; interpretibus variantibus. *Tazázel* Lev. 16. 8. hircus vocatur emiſſarius, ſeu in deſertum dimittendus; vul-

go

Pſ. 67. 13. *Rex virtutum Dilecti Dilecti* (pag. 560. lin. 27.) *& ſpeciei domus* (dabit etiam ſpecioſæ virtutibus domui, ut poſſit capta bello) *dividere ſpolia*, fideles ex ethnicis Eccleſiæ aggre-

go ab *yez* caper, (ſeu potius capra) & *äzal* abivit, quaſi hircus abituriens in ſolitudinem; Symmacho, Aquila, & 70. qui habent *apopompæus*, (h. e. ablegandus, dimittendus, vel potius depulſor malorum) conſentientibus. Alii dicunt cum Bocharto non eſſe vocem compoſitam, ſed *yazala* Arab. *ſeparare*, removere, dici hircum *yazázel*, quaſi ſeparationis, & anachoréſeos. Hieroz. L. 2. C. 56. par. 1. col. 654. Nec vocis *Jehova* ſcimus certam originem, ac proin ſignificationem, ab *hovah* ſatum, calamitas, ærumna multi deducunt (pag. 517.)

Hab. 3. 1. Oratio Habacuc Prophetæ pro *ignorantiis*, peccatis ignorantiæ, Hebr. *yal ſchigjonoth* al. â *ſchagah*, Hebr. delectari, jucundari. al. ab Arab. *ſchaga* inter curas, & mærorem confici &c. Ezech. 27. 11. *pygmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt.* Hebraice *gammadim*, gómæd cubitum, h. e. menſuram cubitalem deſignat Jud. 3. 16. Symmachus reddit Medos, ex *gam: etiam*, & *Medim*. Vulgariſſime ſtatura parvos, quorum tota cohors cubito non altior uno eſt, intelligunt, 70. habent *phylaces*, ſeu cuſtodes; ſed inepti erant pygmæi mœnibus Tyri defendendis, & pulcre ſcilicet quadrant (ait Ludolph. Job. Comm. Æth. pag. 72.) pygmæi in turres, nimirum ut eo minus poſt pinnacula ab oppugnatoribus conſpiciantur. Multi viros *cubiti*, h. e. cubito valentes, ſeu robuſtos interpretantur, ſed abſque exemplo, cum phraſi Hebræa tales aut *anſché chhajil*, aut *gibborim* vocitentur. Gomerim alii, quaſi Germanos (â garah, certavit, vel guerra bellum, & man potius) Gomeri Gen. 10. 2. poſteros volunt. Alii homines eos fuiſſe probabiliſſime cenſent, qui a *Gamala*, aut *Gamada*, populorum Phœniciæ metropoli, appellationem nacti ſunt *Gamalim*, & ex *lamed*, detrita extremitate literæ, manſit Gammadim. Aut imperitus librarius, urbis talis

gregando. Hebr. Malché tzebäoth jiddodun, jiddodun, nevath bajith thechhallek ſchalal. h. e. Reges cum exercitibus fugiunt undequaque, & mater familias dividit ſpolia, quando vos jacetis in focis, ſive domibus veſtris tranquilli, ſicut Chaldæi, (pag. 669. lin. ult.) cum diſpergeret Omnipotens in eorum regione Reges inſtar nivis in monte Salmon. Ita Monſperger pag. 251. par. 1. Hermen. Hebr. yim thiſchchebhun bén ſchephaththaim, chanphé jónah næchhpah

E e e bach-

tális ignarus, putans *gamelim*, h. e. *camelos* legi, in turribus collocatos, Gamalim, in Gamadim commutavit, ut Ludolphus conjicit. Conſtat ex Plinio L. 2. C. 91. Sect. 93. Joſepho Flavio, & aliis, Gamalam Phœniciæ urbem extitiſſe, viris bellicoſis, & robuſtis non deſtitutam.

Concludam voce toto orbe vulgatiſſima: *Alkoranus* unde dicatur, ſeu a qua radice derivetur, diſceptatur, atque ideo alii vertunt, *legenda* ſacra, liber *lectionis*, a *karä* legit, ut reſpondeat Hebræo *mikrä*. Ita *korán* eſt *lectionale*, ſcriptum lectioni Muslimorum propoſitum. Quia vero, ut Pfeifferus pag. 353. Critic. animadvertit, *karä* præter legere valet (pag. 8.) *colligere*, non ſatis convenit inter Philologos Chriſtianos, & ipſos quoque Arabes, num *korán* a collectis Suris, (pag. 668.) *collectanea ſacra*, an vero tantum *legenda* ſignificet. Pfeifferus dicit, non eſſe dubium *korán* a *karä* deduci, ſed obſervant alii *aleph* non eſſe radicale, verum ad terminationem *än* pertinere, ſicut in voce *korban*, (oblatio) radicem proin *karar*, *confeſſus eſt*, confirmavit, pactus eſt: agnoſci oportere; ut ſit confeſſio, *liber confeſſionis*, uti dicimus profeſſio, vel confeſſio Auguſtana, Helvetica &c. Etiam vocem *ſura*, h. e. lectio, lex, ritus, à *ſur* per Samech, Arab. ivit, ambulavit, ſicut apud Rabbinos *Halachah* ab *Halach*, ducunt nonnulli. Ergo vocum etiam vulgo notarum incertæ ſunt radices, & originationes, &, quod conſequitur, ſignificationes.

bachchæſæph, veæbróthæha birakrak chharutz, bephareſc Schaddaj melachim bah, thaſchleg betzalmon. Victoriam memorat a Debora reportatam, Jud. 5. 15. exprobrat ironice hoc antiqui cantici reſiduum *ſi dormiatis* &c. tribui Ruben, quod hyemis tempore nivibus cadentibus in bellum egredi noluerint, præeligentes domi intra terminos ſuos ocio paſtorali vacare, & columbas ad canales aquarum ſpectare, dum tamen Deus reges hoſtium nivoſo tempore fugavit. Quid cubatis hîc inter canales? nonne placent vobis ocia ruris, & larium paternorum, ubi pennæ columbarum argento nitent, & alæ earum auro rutilant? Quum Omnipotens diſpergeret Reges, nives cadebant in Selmon. Pſalmus narrat miracula a Deo in gratiam Iſraelitarum patrata in deſerto, quando arca Dei præferebatur, & Deus ipſe ducem populo ſe præſtabat, quando rurſum victoriam ſub Debora retulerunt, & læta denunciantium virginum chorus cantabat: fugiunt fugiunt exercitus, & Reges: & quævis etiam mulier ſpolia partitur; unde mox vel objurgantur, vel potius ad veniendum ſuppetias exſtimulantur Rubenitæ Num. 32. 5. Non ocioſe recumbatis intra canales rivulorum, ſpectantes columbas advolantes, dum fugat Omnipotens pro noſtro commodo hoſtiles turmas. Adjuncta neſcimus, conciſe narrantur multa diverſorum temporum eventa, plenam intelligentiam Pſalmi Vetuſtas ſuæ invidit poſteritati. Loco *dilecti dilecti* vertunt *fugiunt fugiunt*, quia a *nadad* derivant, ſed Vulgata a *dod*, unde *jadod*, & partic. *payul* a jadad, jedudin, dilecti, ſicut jeſchurun Deut. 3. 15.

Cæ-

Cætera de genere hoc adeo ſunt multa, loquacem
Delaſſare queant Fabium.

Verbum *chhalal* VII. ſignificationes habet, & cum *chhol*, atque *jachhal* cognationem: confunduntur hîc variæ formæ, inquit Buxtorfius in Lexico. Accedit, flexionem paſſivam non diſcedere ab activa in iis verbis, quæ (in geminantibus ſecundam radicalem) ſunt conjugationis *poyel*. Exempla paullulum videamus!

Pſ. 76. 10. *Dixi: nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelſi.* Dixi intra me, & cogitabam, ex miſeriis nunc jam incipio emergere, mutatio iſta opus eſt dexteræ Dei. Alii: dixi: hæc mea eſt infirmitas, mutatio ejus eſt penes dexteram, ſeu poteſtatem Dei; Deus poteſt immutare. Hebr. *chhallothi* infin. *piyel* cum jod indice primæ perſonæ ſingularis, advertunt alii potius active ſignificaturum, ſi tali ſignificato ſumeretur, nec *hi* pronomen eo quadraturum, melius proin notione *incipiendi* uſurpari. *inceptio*, vel incipere meum eſt. *Hi* ad ſequentia referendum eſſe: *hi ſchenuth: hæc mutatio.* Alii: hæc eſt ærumna mea, mutare eam ad Deum ſpectat. Alii: (ſchanath) *anni in manu Excelſi ſunt.* Al. prophanari, ſauciari crimine, ſive peccare, hoc meum eſt; mutari me in melius, eſt opus dexteræ Dei. Syrus: dixi: infirmitas mea eſt, & repetita plaga ſunt hæc dexteræ Excelſi. *Hæc lectionum varietas hujus loci obſcuritatem demonſtrat* inquit Calmetus. Hieronymus vertit: *imbecillitas mea.* Sed, (prout ſubjicit Bellarminus) in re ambigua authoritas 70. ſeniorum mirum eſt, cur non anteponatur omnibus interpretibus. Idem verbum

Hechhel in *hiphyil* præter *incepi*, ſignificatione *prophanavi* in tribus locis occurrit, *prophanare* valet paſſim in *piyel*. *Hochhel* ſperavit à *jachhal*, hinc Gen. IV. 26. tunc Enoſi tempore ſpeciali zelo religionis cœpit nomen Dei celebrari, & invocari. Alii ex Rabbinis valde multi poſt Thargum Onkeloſi, Jonathanis, Raſchium, Majmonidem, nec pauci ex Chriſtianis poſt Seldenum, Urſinum, Dalenium vertunt: *tunc prophanatum eſt nomen Domini*, ſeu tunc eſt facta (per Idololatriam invectam) prophanatio in nomine Dei. Singularis quædam diſſertatiuncula ſvadet in Apparatu Literario Wittemberg. an. 1717. *Huchhal* a *chhul*, doloribus partûs torqueri, conſequenter parere, fœtum eniti, eſſe deducendum. *Tunc natus eſt*, *qui* (ſpeciali ratione) *invocaturus erat nomen Dei*. Seniores Alexandrini loco *äχ* tranſpoſitis literis *χα* iſte, hic ipſe, legerunt, & *huchhal* ſeu *hochhel* a *jachhal* expectavit, *ſperavit* derivantes, verterunt: *hutos élpiſen epikaleiſthæ to onoma kyriu tu Theu*: *Iſte* (Enos) *ſperavit in invocando nomen Domini Dei*, ſeu ſperavit in invocatione nominis Dei. *hochhel* ſæpe ita occurrit in Bibliis e. g. Pſ. 129. 5. *& in verbo ejus ſperavi*: Hebr. lidbharo hochhalthi, ſervata eadem prorſus ſyntaxi, lamed præfixo. Vulgata: *ſuſtinuit*, h. e. patienter expectavit *anima mea in verbo ejus*, *& ſperavit anima mea in Domino*. (Pſalmus eſt *de Profundis*) confer Job. 32. 16. 2. Reg. 18. 13. Vulgatæ ſenſus: iſte (ex 70. *χα*) cœpit *invocare nomen Domini*: Syntaxi verbi *kara* (pag. 8.) bene congruit, ſicut Joel. 2. 32. juxta Hebr. 3. 5. *omnis*, *qui invocaverit nomen Domini*, *ſalvus erit*: Hebr. *chol*, *aſchær jikra beſchæm*

Ado-

Adonaj, *jimmalet*. *Kara* cum *beth* invoco. Sed idem verbum *chhalal* perſequamur! Pſ. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum*, & *in peccatis concepit me mater mea*. Nos poſt 70. plurali numero legimus, quatenus unum peccatum Originale multiplex eſt in effectibus, in quantum in Originali virtualiter, & cauſative actualia, quæ multa ſunt, velut in radice ſua, peccata continentur, ſed iſtud expendant alii. Hebræus habet: *hen beyavon chholalthi*, *ubhchhete jæchhæmathni immi*. verte: *ecce in iniquitate conceptus*, & *formatus ſum*, & *me in peccato exiſtentem calore ſuo in utero confovit mater mea*. hen beyavon: ecce in iniquitate: *Chholalthi*, paſſivum *püyal*, ſed poteſt eſſe etiam activum a *chhul*, quod valet parturire, parere, ut Pſ. 29. 9. vox Domini *præparantis cervas: jechholel ajaloth*, parturire faciens. Job. 39. 1. Iſai. 51. 2. ante colles, priusquam colles fuiſſent creati, ego *chholalthi* parturiebar, partu edita ſum (Sapientia) Thargum: *æthbitneth*: *concepta fui*. Valet & concipi Iſa. 45. 10. in *puyal*. Thargum reddit *ithjaldeth:* genitus ſum. Eadem forma chhalal valet perforavi, paſſive perforatus ſum, vel profanatus ſum, vulneratus, confoſſus. Vel tripudiavi, fiſtulavi, ſaltavi. Arab. imaginatus ſum, & velut phantaſta illuſionibus agitatus. Pſ. 55. 21. convenit etiam notio: *inchoatus ſum:* aut *ſperavi*, *expectavi* Job. 21. 21. *beyavon* reddi poteſt *ex peccato*: *propter peccatum* &c. Ex quibus non ægre, præprimis Hebraice doctus, conjiciet, quam varii ſenſus produci poſſint, ſi ſolus textus, remota traditione, & antiquarum verſionum fide, ſpectetur. Alterum verbum *jachham* proprie ex-

ardeſcere calore venereo. Gen. 30. 39. & 41. item 31. 10. ſignificatum hujus verbi nemo explicatius dixit Hieronymo, dum ille de ovibus Laban locutus eſt; utroque verbo conjuncto *concepit*, & conceptum in utero fœtum fovit. 3. Reg. 1. 1. Iſai. 57. 1. paſſive, ut hîc, *inſtar embryonis fœtus formatus eſt* Job. 15. 7. Eliphaz Jobo objicit: *nunquid primus homo tu natus es*, & *ante colles formatus?* Hebr. Hariſchon adam thivvaled, veliphne gebayoth *chholaltha?* Quidni igitur paraphraſtice bene redditur? ecce *conceptus*, in utero velut embryo *formatus*, demumque exiſtens jam in iniquitate inter dolores partus *effuſus ſum utero*, & in peccato jam exiſtentem calore ſuo fovit me mater mea! Pagninus vertit: *incaluit de me*, ſeu calefacta eſt de me *mater mea*, quaſi neutraliter eſſet in *kal*, aſt potius active eſt, & in *piyel*, ſægol vero ſub *jod* radicali eſt loco tzere ob ſequens chhateph ſægol propter conformitatem, adeoque ſtante hac punctatione, verti debet: *calefecit me* (in utero calore ſuo fovit) *mater mea*. Thargum ponit: yebæræth minni: h. e. imprægnata fuit a me, hoc eſt, ut puto, de me, ſeu me concipiendo; dum me utero fovit, & magis, magisque gravidata eſt, jam tum eram in peccato. Auguſtinus legit: in peccatis mater mea me in utero aluit. al. ecce in iniquitatibus cogitavit pater meus generare me, & in peccato fomitis pravi incaluit de me mater mea. Symmachus: ob injuſtitiam in utero delatus ſum.

Non pauci Hebræorum, ferme omnes interpretes Veterum Chriſtianorum, de Originali peccato explicant, audet Calmetus mentem ſuam hiſce declarare: „provoco ad lectores ſapientes, utrum

utrum luculentior, aut planior textus de peccato originali proferri queat.„ Verum dicit Calmetus, juncta traditione, ſed non ſecus: Complures moderni negant originis labem textu iſto doceri, voluntque poſt Grotium, ſolam gravem ad peccandum inclinationem, inde a juventute Davidi, aliisque mortalibus adhærentem, indicari: veluti cum peccatores Pſ. 57. 4. a Deo alienati dicuntur *a vulva*, ſeu inde ab egreſſu de utero, & erraſſe *ab utero*, ſeu ab ipſa nativitate. Similiter ac dum Judæi cæco a Salvatore ſanato, quando ſanantis virtutem pluribus verbis commemoravit, dixerunt Joan. 9. 34. *in peccatis natus es totus*, *& tu doces nos? & ejecerunt eum foras.* Idem de virtute miſericordiæ, ſibi velut congenitâ, Job enunciat. C. 31. 16. *ſi* (hoc eſt: *omnino non*) *negavi*, *quod volebant*, *pauperibus*, *& oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam ſolus*, *& non comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea crevit mecum miſeratio: & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Nec tamen ſequitur, omnes homines naſci affectos virtute miſericordiæ, aut cum inclinatione in eam. Interim Davidicam inter, & præmiſſas propoſitiones diſcrimen aliquod intercedit: David *conceptum*, & *formatum* ſe dicit in peccato, quando actualium criminum nondum capax fuit, atque iſtud ad peccati ſui actualis excuſationem quampiam adducere videtur, venia ſe dignum, quoniam magna illa ad peccandum inclinatione orta a peccato hæreditario ſit inductus, *cognoſcit* & fatetur ſuum crimen *iniquitatem meam ego cognoſco*, ſed conſideratione nativitatis ſuæ in Orig. peccato facilitatem ſperat indulgentiæ. Deinde;

ſi omnibus etiam Sanctiſſimis hominibus, qualis erat David, inde a nativitate *gravis* hæc ad peccatum inclinatio, tamquam innata, adhæreſcit, a Deo non eſt; ergo ab aliquo priori peccato derivatur. A quo, niſi originali? Et vero: quis Davidem iis æquiparet, qui peccatis actualibus, iisque enormibus jugiter, & ex habitu perpetratis vitam ſuam contaminaverunt? hocne David ad Deum propitium ſibi reddendum adfert, quod inde a nativitate ſua actualibus peccatis, ſicut illi Pſ. 57. 4. ſeſe coinquinaverit? annon ex eo potius admiſſum adulterii crimen extenuat ad veniam, quod natus ſit in peccato ſibi proprie non voluntario, cujus certa ſequela ſit lacertoſæ illius libidinis irritatio, qua in Bethſabeam exarſit? nam Pſalmum in converſione ab hoc peccato compoſuit, ut vere titulus præfert.

Æque ob polyſemiam indeterminatus eſt ſenſus vocis Hebrææ *jaſchuph* Gen. 3. 15. ipſa *conteret* caput tuum. (pag. 479.) Vulgatus poſteriore loco reddidit *inſidiaberis*, quia calcaneum hominis *conterere* ſerpenti non convenit; 70. Si per diphthongum *teireſeis* vera lectio eſt, notionem *conteres* exprimunt, ſi vero lectio per *ita* téréſeis primigenia eſt; (inſidioſe obſervabis) *ſervabis* reddunt. *conterendi* ſignificationem vel negant, vel in dubium vocant hodie non pauci, ſed opinione mea haud recte, nam *ſchápha* Arabibus quoque valet *trivit*, contrivit, ut notant Lexica, nec ambigo, *poliendi* notionem inde prognatam, Chaldæis ſane terendi, conterendi, comminuendi ſignificatio, ſicut cognatorum *ſchephah*, & *ſchephaph* multo frequentiſſima; eſt etiam Ar. *avide expetere*, *deſiderare;* item *ex alto proſpicere*, uti de tecto in rem. Num

70. â *tzaphah*, quod proprie eſt *ſpeculari*, conſiderare, occulte obſervare, Gen. 3. duxerunt? Job. 9. 17. *jeſchupheni* magis valere volunt *obvolvet*, *obſcurabit*, Pſ. 139. 11. *Et dixi: forſitan tenebræ conculcabunt me:* jeſchupheni rurſus idem eſſe, ac *occultabunt*, obvolvent, contegent; a *næſchæph: caligo:* Calmeto in mentem venit, *næſchæph* ſignificato *auroræ* ſumere, atque ita Pſ. mox dicto verſum 11. vertere: *tenebræ aurora mihi erunt.* Ubi 70. *Katapatéſei* h. e. conculcabit me *skotos* ſeu caligo, fors vere *katapetaſei*, quaſi in ſignificatione katapetaſma, *obvelabit* me caligo. Alii a *naſchaph: ſufflabis* ejus calcaneum, vel *odoraberis*. Ita omnis fere locus, qui momentoſum aliquid continet, ob vocum Hebraicarum polyſemiam in diverſos ſenſus trahitur, dum tandem ſenſus hactenus creditus penitus eliminetur; e. gr. Præſentem, quem verſamus locum, non continere vaticinium, aut promiſſionem de venturo Liberatore, adductis rationibus probare conatur Innoc. Feſsler in Anthologia ſua Hebraica Leopoli 1787. pag. 75. (pag. 383. lin. 23.)

Gen. 2. 6. cum nondum Dominus plueret ſuper terram, *fons aſcendebat e terra irrigans univerſam ſuperficiem terræ*, pluvia non adhuc cadebat, ſed ſoli vapores (fons Hebr. *ëd* omnem ebullitionem, humoresque notat) e terra aſcendebant. Calmeto, Grotio, & admodum multis placet vertere poſt Saadiam, (pag. 156. lin. 3.) & Kimchhium, appoſita, aut ex priore verſu more ſolito repetenda particula *lô*, negativa, *& fons non aſcendebat*, Petavio loco *aſcendebat* mere *ſupereminebat*, ſupra conſiſtebat primigeniæ aquæ attenuata quædam pars. De Opiſ. ſex dier L. 1.

 C.

C. 14. Grotii verba ſunt: In antiquiſſimo codice, quo uſus eſt Saadias, appoſita hic erat negans particula, quod non improbem, ſi adſit plurium codicum conſenſus, ut rationem reddat Moyſes, cur hortum illum, de quo jam aget, Deus inter magna flumina conſtituerit, quia adhuc de cœlo non cadebant imbres.„

· Profecto vel nominis *Noë* latet nos vera originatio, quæ tamen ad veram Hebræi verbi notionem requiritur in textu, a *nuachh* quieſcere, (ut Hung. nyugod) *jenichhenu: quieſcere faciet nos*, a *nachham* ne? ut ſit decurtatum, quod contingit in propriis nominibus, loco *jenachhamenu* h. e. *conſolabitur nos*, forte ab utroque. Japheth Gen. 9. 27. Europæornm, & partis Aſiæ antiquus pater, Prophetice dilatandus dicitur *dilatet Deus Japhetum*, vaſta terrarum ſpatia ei pro copioſa poſteritate tribuat, & *habitet* in plenitudine temporis per converſionem ad Chriſtum *in tabernaculis Semi*, h. e. verorum Iſraelitarum, jungat ſe in domo Dei veris fidelibus. Hebr. japhth (loco japhthæh) Ælohim lejæphæth. Alii in *piel*, ſeducere, perſvadere, fere in malum, Gr. *apatan*, hinc Peithó, Dea perſvadendi, eloquentiæ; *perſvadeat Deus Japheto*, ut habitet in ſocietate Semi. Aliis placet, ſed paucis â *japhah* pulcher, decorus fuit, condecoret Deus Japhetum. Apud Aug. legitur *lætificet*, ſed oportet reponi *latificet*; Bochart. Geogr. L. 3. C. 1. pag. 149.

Cauſſa duodecima, & ultima.

Vocum in Bibliis ſemel tantum, aut rarius occurrentium, vulgo: *hapax legomenón*, aut, ſtylo Rabbinorum, *dictionum, quibus non eſt ſocius*, (ſchællo nimtza lahem chhabher) ſignificatio hodie

die jam incerta; neque enim loca parallela his lumen fœnerari poſſunt. Non extat in orbe terrarum codex ſermone Hebraico *puro* ſcriptus, niſi ſacer iſte, quem *Biblia*, quod ex pluribus minoribus libris ſit coagmentatus, nuncupare conſvevimus, qui ad totam linguæ indolem, & vocum omnium comprehenſionem, ac ſignificatorum declarationem indubie haud ſufficit; ſignificatio plerumque manet incerta, & ſolum ex circumſtantiis, & conjecturis determinari ſolet.

In his igitur Lexicographi, & Interpretes recurrunt (1) ad infirmum illud, minimeque tutum Créſphygeton, placitum Rabbinorum. (pag. 616. lin. 16.) (2) ad Paraphraſes Chaldaicas (pag. 131.) innixi principio Lyrani in C. 8. Iſai. *Translatio Chaldaica in paſſibus obſcuris eſt declarativa Hebraicæ veritatis.* (3) Conſulunt voces cognatas, ſono, literis, aut forma quoad conjugationem propius accedentes. (4) Se ipſos judices ſtatuunt, palpant in tenebris, (ſtochazontæ) & aliquid, quod putant, demum afferunt, ne nihil dixiſſe videantur. (5) Longe melius decernunt, qui præſidium in antiquis verſionibus, ſi quod inveniant, ſedulo inveſtigant, adhibentque. (6) Plerique hodie cognatas linguas præcipuum ſubſidium reputant, quarum utilitatem propterea exquiſitiſſimis verborum formulis commendant, & extollunt. Per hos interpretem, præter Hebrææ, & Græcæ linguæ exactam notitiam, expeditum eſſe oportet in dialectis Chaldaica, Syriaca, Samaritana, Ægyptiaca, Æthiopica, (pag. 142.) imprimis vero Arabica, *(ee)* quæ ſola

(ee) Hanc linguam præ cunctis aliis Orientalibus dialectis inſignem in eruenda Hebraicarum vocum ſignifica-

ſola, cum verborum copia, & ſignificatione limites vix agnoſcat, prius mortalis hæc vita relinquenda, quam vel ſolum lingvarum ſtudium eſſet

cation uſum præſtare, hodie omnes agnoſcunt, & prædicant ex his rationibus. Quia

(1) Sive filia, ſive ſoror, maxime prout nationi vernacula eſt, & uſualis, (præciſis, quæ in libris Grammatici poſterius adjecerunt, e. gr. de Nunnationibus) Hebrææ proxime accedit, & parum abeſt, quin omnino eadem ſit, certe origo proxima utrique eadem eſt, Gen. 10. 21. Sem pater *omnium* filiorum Heber, adeoque etiam Arabum; ſaltem v. 25. *nati ſunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg*, *eo*, *quod* orta confuſione Babelica *in diebus ejus diviſa ſit terra*, (pag. 377.) & nomen fratris ejus *Jektan*, ſeu Joktan, qui Joktanidarum, h. e. antiquorum Arabum pater fuit, (Bochart. Geogr. L. 1. C. 15.) quorum domus regnatrix jacto in centro Arabiæ regni fundamento ter millenos circiter annos ad Muhammedis usque tempora non interrupta auſpicatæ felicitatis ſerie perduravit, quorum opulentiſſimus in toto terrarum orbe ſermo, etiam nunc viget, ac floret, ut, qui hodiedum e. gr. circa *Meccam* (Arabiæ Petrææ, juxta alios felicis, urbem Muhhammedis ſolum natale) obtinet, a Moyſis Hebraiſmo non multum differat. In quam urbem ſacræ peregrinationis obeundæ cauſa phalanges (caravanæ) Mahometanorum ex remotiſſimis regionibus, Æthiopia, ſeu Hhabeſſinia, (pag. 152.) ubi mercatores Arabicam non minus, quam nati Arabes, nitide loquuntur, utraque India, Perſide, & Syria ad feſtivitatem quotannis conveniunt; quod juxta ipſos ibi ſit domus Dei, quam Adam ex Paradiſo ejectus exſtruxerit, quæ etiam fuerit locus orationis usque ad Abrahamum, Iſmaëlem, a quo ſe deducunt, & Mahhometum. *Iſmaëlitæ*, Madianitæ, Joſephi venditores Gen. 37. 28. reipſa fuerunt Arabes, Iſmael Ammon, Moab, Eſau, famoſarum ab antiquo nationum ſtirpes, non niſi Hebraicam cum lacte materno hauſerunt, quam ſecum in Arabiam tranſtulerunt, unde Hebræi, & Arabes ſine

eſſet aut emetiendum, aut abjiciendum. Ne quid nimis!

Commendare iſta convenit (pag. 3.) ſed fateamur oportet, omnia etiam ſimul ſumpta ita eſſe

---

ſine interprete ſe intellexerunt Judic. 7. 9. Gedeon Dei juſſu clam omnibus in Arabum, hoſtium ſuorum caſtra deſcendit, ſomnioque, quod alter alteri narrabat, & interpretatione ejus intellectis felix reportandæ de hoſtibus victoriæ omen cepit, quia ſumma utramque inter dialectum intercesſit analogia, quam ipſa utriusque eadem fere natura, indoles, & forma demonſtrat, et periti norunt. Jobi liber Arabum, & Moyſis ſermonem oſtendit eſſe eundem. Arabes dicti ſunt, vel per metatheſin ab ipſo patre ſuo Heber, aſpiratione ſublatâ, quaſi *yereb*, ſeu *yarab*, vel quia ceteris erant ad *yarabſh*, (pag. 776.) ſeu occidentem, vel quia longe patentiſſimum deſertum, vaſtas ſolitudines, & loca campeſtria, quæ Hebraice vocantur *yaraba*, (pag. 782.) incoluerunt; pars eorum Europæ innotuit nomine Saracenorum, (pag. 437. lin. ult.) vel ab urbe Arabiæ a Ptolomæo memorata *Saraca*, vel quod à Sara domina potius, quam ab Hagar ancilla denominari mallent, aut a perpetuis latrociniis, furtis, & deprædationibus, quibus ſemper intenti, & maxime aſſveti fuerunt, *ſarak* enim furari, latrocinari, & *sárikin* Ar. valet fures, ſed vix infame hoc nomen, niſi ab aliis fuerit eis tributum, potius ita dicti obſervante Cl. Pocockio, quod *Orientales* eſſent, & jam olim a Judæis hoc nomine appellarentur. Jer. 49. 26. *ſcharak* Ar. effulſit, ortus eſt ſol, & ſcharaki, ſeu *ſcharki* eſt idem, ac homo Orientalis; eſt Arabia in nobili Aſiæ parte, ſinu Perſico, mari rubro, & Indico fere circumſepta, ut quaſi peninſulæ formam exhibeat, vulgo in Petræam, deſertam, & felicem diſpeſcitur. Placuit omnipotenti rerum arbitro regionem hanc ſplendidiſſimum prodigiorum ſuorum theatrum facere. In hac Moyſi in ardenti rubo apparet Dominus, Hebræis manna depluit, ex hac Regina Saba egreſſa creditur, ut Salomonem inviſeret, & veniſſe Magi, ut Chriſtum Deum-ho-

eſſe comparata, ut, ubi tuto pedem figas, reperire non poſſis. Lexica etiam cæteris præſtantiora in multis deficiunt, incertum, aut falſum ſignificatum offerunt. Ex quo non immerito dicunt

hominem adorarent, ex hac Sephora Moyſi uxor obtigit, ad hanc Paulus, ut de anteacta vita pœnitentiam ageret, & ſe ad Apoſtolicas functiones præpararet, ſe ſe recepit. Gal. 1. 17. Arabiam felicem natura donis ſuis locupletavit, ut nulla in toto terrarum orbe regio fuerit olim ditior, nulla jucundior. Balſamum, thus, cinnamomum copia fecit vileſcere.

(2) Arabica lingva ſola habet gloriam integritatis, & puritatis ſuæ poſt lingvarum diviſionem per annos prope ter mille ſine aliarum mixtura conſervatæ, donec intra terminos Arabiæ concluſa delituit. Cauſa peculiaris eſt, quia ſitus regionis exteris undequaque inacceſſus, naturæ beneficio hinc procelloſis maribus, illic immenſis arenarum acervis (qui a vento ſæpe de loco in locum translati integrum invadentium exercitum obruerent, tumularentque) ſic munitus, ut omnes ad ſe aditus, extraneis præcluſos eſſe merito glorietur, ad cujus meditullium veteres nunquam penetrarunt, eo etiam non parum conferente, quod aquæ occultis ſolum puteis, quos tantum norunt indigenæ, in aridis locis contineantur, nulla hic exterorum victricia arma: avitis ſedibus non ab Aſſyriis, non a Perſis, non a Græcis, non demum a Romanis depelli unquam potuerunt, connubia vero cum exteris miſcere inſolitum eſt, & grande nefas. Ita Diod. Siculus L. 2. Biblioth. Hiſt. Plinius L. 12. C. 14. Deinde ſuperba hæc natio ſingularem, & plane eximiam habet de lingvæ ſuæ antiquitate, præſtantia, & fœcunditate opinionem, admirationem, venerationem, unde culturæ ejus ſtupendum in modum nervis omnibus intendit, literatæ laudis appetentiſſima. Ita refert Abulpharagius in Dynaſt. Arab. Hic ſcopus eſt Poëtis, quos plures numerat, quam alia quævis in orbe natio, oratoribus, & hiſtoricis propoſitus, lingvam excolere, & a corruptionis labe defenſare; atque ex hoc tot ſuperſunt monumen-

cunt complures eruditi, in ambiguis plus deferendum eſſe aliquando 70. ſenioribus, aliisque verſoribus antiquis, quam omnibus dictionariis poſterius editis. Oblatæ in iis ſignificationes non ſunt

menta literis conſignata ex aurea Arabici ſermonis ætate, ea copia, & varietate, qua nullus in Oriente ſermo poteſt gloriari.

(3) Præter antiquitatem, & illibatam integritatem, elegantia, & *fœcunditas ſtupenda* lingvam iſtam commendat, cujus repectu Latina, & licet in ſe diffuſiſſima, & maxime locuples Græca; inopes videri poſſunt, 20. mille voces ſe collegiſſe Scaliger dicit, (pag. 446. lin. 17.) etiam 12. milliones vocum numerant. Octo millia radicalium vocum Giggeji, & Golii Lexica excedunt, & tamen toties reperies vel in ipſis proverbiis, aut obviis epiſtolis voces, quas in ipſis fruſtra requiras. Affirmant ipſi Arabes, nullum, niſi Prophetico Spiritu illuſtratum univerſum linguæ ambitum poſſe comprehendere. Unius rei tot ſunt appellationes, ut liber iis compleri poſſit. Leonis habent nomina 500. Lupi nomina fere centum mihi occurrunt (ait Bochartus Hieroz. par. I. L. 3. C. 10. pag. 825.) in ſolo Lexico *Alcamus* h. e. qui *Oceanus* ob vaſtitatem ſuam appellatur, ſec. 14. a Mahomete Jacobi Phiruzabadenſis filio conſcriptus. Idem Bochartus pag. 863. jucundam ex Damire (Scriptor eſt Arabs Sec. 14. ingentis voluminis de animalibus ex aliis minimum viginti Scriptoribus collecti) adfert narrationem: Quidam cum felem ſilveſtrem (Hebr. *tzijim*) venatus, quale eſſet animal, ignoraret, quæſivit ex obvio, quomodo vocaretur, ac is reſpondit *Sinnaur*, & alius idem rogatus reſpondit *kat*, & rurſus alius *hir*, alius *zaivan*, alius *ginda*, alius *chaital*, alius denique *dim*. Dum porro felem hanc in foro venalem expoſuiſſet, æſtimaſſetque centum drachmis, reſponſum eſt, non valere ſupra dimidiam drachmam. Tum eo abjecto dixit: illi animali male ſit, cujus tot ſunt nomina, & pretium tam vile. Serpentis 200. mellis 80. enſis nomina ſupra 1000. Rerum & actionum diverſitatem exprimunt, e.

ſunt niſi conjecturæ ex contextu, & collatione locorum ſtabilitæ. Quam igitur periculoſum fuerit, ex iis notiones ratas habere vocabulorum, quæ ſemel tantum, aut rarius occurrunt! inquit Wil-

e. gr. Canis non *ſcharaba* (unde nobis *ſirup*) h. e. non *bibit*, ſed *jalach* lambit, aut ſorbet, Gr. *laptei*, Arabs ſpec. *valaga*, in coitu a tergo diu fœmellæ cohæret, hoc Arabs vocat *yidál*, dum pedem alterum elevat mincturus *ſchagara*, & ſublato ſic crure actu mingit *kahhaza*, &c.

(4) Cum religione Mahometis mox poſt an. Chr. 620. maximam Orbis partem lingva pervaſit, obſtetricante inter alia Alkorano, qui hac lingva ſuris (pag. 668.) h. e. capitibus 114. farraginem dogmatum, ex Judæorum, Chriſtianorum, & ethnicorum Arabum, moribus temere congeſtam, opinione gentis adeo eleganter proponit, ut in fidei articulum tranſiverit, Alkorani elegantiam nulli mortalium eſſe imitabilem, nec poſſe opus ei ſimile ab homine produci (pag. 575. lin. 20.) unde poſt varias diſceptationes ſuper eo habitas, an Alkoranus ſit creatus, definitum eſt eſſe æternum, & increatum, & propoſitus articulus fidei: *Si quis dixerit, Alkoranum eſſe creatum, infidelis eſt.* Sed *Merdarienſes* contrarium dogma oppoſuerunt ſectis dein enatis (Maracc. Prodrom. de Alcorano pag. 44.) *Al Mamon* Arabum Chhalipha h. e. Summus Imperator (pag. 484. lin. 4.) circa an. Chr. 820. omnis eruditionis, & virorum literatorum ſtudioſiſſimus, Græcos Philoſophos, & quos potuit, ſapientes, undique accerſivit, libros Græcorum immenſis ſumptibus in Arabicum converti juſſit, etiam dum iter faciebat, 100. eruditis ſtipari ſolitus, quos *lumina orbis* appellavit, ex quo evenit, ut Auctorum opera, quæ nos tantum ſolo nomine novimus, hodienum apud Arabes reperire liceat. Extenſionem, & amplitudinem lingvæ poſt dilatata Mahometis imperia quod attinet, judice Valtono Proleg. XIV. pag. 73.

Extra anni, ſoliſque vias ſuper Garamantas, & Indos protulit imperium, & tertiam fere orbis veteris partem pervaſit, ſeu, ut Bochartus Geogr. L. 1. C.

Wilhelm. Fridr. Hetzel in appendice ad Hiſtor. Lingv. Hebr. edit. Hallens. 1776. in 8. pag. 361.

Ad cognatas lingvas quod attinet: nemine in dubium vocante, earum opibus inopia Hebrææ lingvæ

C. 15. pag. 58. eloquitur, *fere trientem orbis veteribus cogniti*, ubi etiam addit, notum eſſe, apud Arabes artes, & ſcientias floruiſſe per annos fere ſexcentos, cum regnaret apud nos (in Europa) fœda barbaries & literatura omnis eſſet prorſus extincta. Ex eadem lingva (ita Bochartus continuat) ſcientiis omnibus, Medicinæ præſertim, & Geographiæ, & Matheſi multum lucis accederet, ſi ederentur libri Arabici, qui paſſim in toto Oriente habentur manuſcripti. In hujus lingvæ laudem multa profert etiam Joan. David Michaëlis in Præfat. Arabicæ ſuæ Grammaticæ edit. Gœtting. an. 1781. in 8. pag. LIV. ubi extenſionem regni Arabum ponit habere centum gradus longitudinis, h. e. plus quam $\frac{1}{4}$ longitudinis globi terraquei. Jo. Gottofr. Oertelius ſacrorum apud Sempronienſes Antiſtes in Harmonia LL. Orientis, & Occidentis, ſpeciatimque Hungaricæ cum Hebræa, a Joan. Hlivai Zol. Hungaro in Academ. Wittenberg. publicæ luci expoſita an. 1746. in 8. pag. 69. §. XIX. ſequentia promit: „largiuntur omnes, Arabes nullo non tempore fuiſſe rerum omnium peritiſſimos, quibus & Latium ſuam Philoſophiam, & vix non omnia ſeſe debere intelligit. Et o quam multa adhuc in Arabum, Abenſinæ, (Ibnoſina) ſeu Avicenæ, & Abenrois, ſeu vulgo Averrois, aliorumque multorum ſcriptis latent, quæ hactenus atra preſſit nox, atque caligo! quæ non alia ratione, quam tali quidem labore (addiſcendo lingvam) in apricum produci poſſunt. Sed enim in his plura exoptare licet, quam expectare.„ Ita hic ſuo tempore. Et vero: immortalis Bochartus ope Arabismi in Hierozoico, & Geographia quanta detexit! cui per hanc lingvam in adyta reconditæ omnis antiquitatis, & notitiæ, maxime animalium, quæ in Scriptura memorantur, penetrandi poteſtas facta eſt, qui proinde dicit Præf. Hieroz. Arabes, qui annis abhinc 900. omnes omnino ſcien-

væ non raro juvatur, obſcurior vocum ſignificatio illuſtratur, dubia ſvadetur (p. 458. l. 16. & 501. l. 7.) non tamen facile certitudo enaſcitur. Verba enim ex lingva Hebræa (quæ ſeu mater, ſeu ſoror alia-

ſcientias magna cura excoluerunt, de ſingulis rebus ſcitu dignis multa ſuggerere, iis pæne verbis, quæ vel mere Hebraica ſunt, vel cum mere Hebraicis magnam habent affinitatem; obſervant alii, literatiſſimum hunc virum ope Arabismi ea eruiſſe, quæ per tot ſeculorum decurſum profunda oblivione premebantur. Muratorius L. 3. de Antiq. medii ævi pag. 940. ubi Arabum extenſam eruditionem commemoraſſet: *Nos* (ait) *Arabum nomine vix audito gentem execramur, immo immundam, crudelem, infidam, indoctam, nobis continuo fingimus. Aliter ſenſere Majores noſtri, dum vacui affectibus eſſent.*

Si uſum ſpectes hodiernum, pervaſit hoc idioma præter Orientem partem occidentis, univerſam fere Aſiam, Africæ, & Europæ partem magnam, ut nulla poſt confuſionem Babelicam tantum terrarum tractum occupaverit, Paleſtinam, Syriam, Armeniam, utramque Aſiam, Perſiam, Indiam, Ægyptum, Numidiam, Barbariam, Luſitaniam, Hiſpaniam, Italiæ partem (hinc Itali aliqua, innumerabilia Hiſpani retinent vocabula Arabica, ait Domin. Macri in Hiero-Lexico pag. 82. & 460. voce *Taxatus*) Siciliam, Candiam, Cyprum &c. ut adeo per immenſos terrarum tractus extremos Orientis, & Occidentis fere jungat terminos, & ubi vulgare non eſt, ac vernaculum, etiam in Perſia, regno Mogolis, & variis Indiæ provinciis apud Japonenſes, Chineſes, Tartaros, Abyſſinos (pag. 152. lin. 17.) in ſcholis diſcitur, & tamquam idioma eruditorum celebratur.

In Africa, in ampliſſimo Maroccano imperio etiamnum perdurat, floretque; Maroccum, Feſſum, Septa, Tunetum, Tripolis, Cairus, & aliæ civitates Academiis, & infinita librorum ſupellectile abundant. In ſola Africa 50. Academias numerat Leo Africanus. (erat Joannes quidam Granadenſis, poſt varia itinera Aſiæ, Africæ, edidit Arabice deſcriptionem Afri-

aliarum Orientalium ponatur, antiquiſſima jure cenſetur, ea forma, qua a Moyſe in Pentateucho uſurpatur) in alias cognatas migrantia, ſicut flexionem, & formam ſuam, ita & ſignifi-
Fff 2 ca-

Africæ, item collectionem epitaphiorum, quæ ſunt in Africa, & vitas Philoſophorum Arabum, captus Leoni X. Pontifici oblatus, & in baptiſmo, quam converſus ſuſcepit, ab eodem levatus nomen Leonis ſibi aſſumpſit) Patrum opera apud nos vel mutila, vel penitus deperdita, apud eos extant, e. gr. S. Joannis Damaſceni (ſec. 8.) expoſitio fidei edit. Lequien Ord. Domin. Venet. 1748. Tom. I. pag. 663. poſtquam Originalis textus periit, ſupereſt quidem Latine, ſed tantum ex verſione Arabica; hanc ſi S. Thomæ legendi fuiſſet occaſio, Damaſceno negationem proceſſionis Spiritûs S. a Filio haud attribuiſſet, nam in hac dicit Spiritum S. *per illum, & ex illo emanare.* Ita & Jacobi Niſiben. &c.

Habent Arabes opera Autorum prophanorum, Titi Livii &c. *Quiquid Latini ſcripſerunt, poſtquam inſcitiæ ſuæ monuit Arabum induſtria, id totum Arabibus acceptum referre debent, Philoſophiam Medicinam, Mathematicam*, inquit Joſ. Scaliger, quia nullum Græcum Scriptorem habemus, quem in Arabicam lingvam prius, deinde ex Arabica in Latinam translatum non legerint. Ptolomæi (vixit ſec. II. mortuus an. Chr. 142.) magnam Syntaxim prius ex Græca Arabicam, ex Arabica Latinam factam tractare cœperunt. Sic & Euclides prius Arabice, dein Latine converſus. Idem accidit Ariſtoteli, quem ex Arabico primum habuimus in Latino, quia ætate S. Thomæ ex Arabico translatus eſt in Latinum. Canones I. Nicæni concilii loco XX. Arabes habent LXXXIV. editos etiam Tyrnaviæ tit. *Acta Concilii Nicæni*, an. 1701. in 8. min. quos Abraham Ecchellenſis montis Libani Maronita erudita diſſertatione, &, ſi verum fateamur, (ut obſervat Car. Sebaſt. Berardi in Gratiani Canones Tom. I. pag. 61. edit. Venet. in IV. M.) non contemnendis rationibus propugnat. Habent totum Chryſoſtomum, Baſilium, Euſe-

cationem non raro maxime pro tanta locorum, ac temporum varietate mutaverunt, quæ viciſſitudo eſt perennans in omnibus idiomatis; quod exemplis Græcæ lingvæ in variis, dialectis,

ſebium, Clementem Alexandrinum. Excellunt in Philoſophia, Hiſtoria, Medica. Abulpheda 30. in opere ſuo laudat Geographos; in Mathematicis tot ingenii ſui reliquerunt monumenta, ut tum Græcos, tum omnes alias nationes ſuperaſſe videantur. Hiſtorias habent non tantum Græcorum, & Romanorum, ſed Aſſyriorum etiam, Chaldæorum, Perſarum, Tartarorum, Judæorum, Ægyptiorum, Africanorum.

Grammaticos autem multo ante Judæos, eosque non paucos numerarunt, Judæi velut ipſorum ſimii, ubi Arabes deſierunt, cœperunt ad normam ipſorum ſuas edere Grammaticas; tales Grammatici ſunt Rabbi Juda Chijug. ſec. XI. medicus Feſſanus, qui quinque de Grammatica Hebraica Libros ſermone Arabico elucubratus eſt, eapropter Grammaticorum caput a Judæis vulgo habitus: & Jonas Cordubenſis, qui VII. in hoc genere Arabicä lingva, & methodo compoſuit libros. quorum poſtremus Lexici Hebræi inſtar ſervire poteſt.

(5) Ipſi Judæi ad hanc lingvam tamquam ad ſacram anchoram confugiunt, (pag. 501. & 542.) & ſuam in Hebraicis ignorantiam fatentur. Ita Autor libri Grammatici, cui ex Exo. 28. 15. titulus eſt *Mayaſcæh ephod* h. e. opus ephod, ſeu pallii Pontificalis, qui vixit circa an. Chr. 1394. vulgo dictus etiam Ephodæus, C. 32. hæc habet: Non *eſt, ut exiſtimes, nos hodie peritos eſſe in lectione Scripturæ, & pronunciatione literarum*, (pag. 456. lin. 30.) *qualis fuit apud antiquos.*

Itaque poſt demonſtrationes, & varias diſſertationes Clodii, Schultenſii e. gr. diſputat. de Utilitate Lingvæ Arabicæ in interpretanda Scr. S. Groningæ an. 1706. in IV. & Hebraicæ lingvæ indole ex Arabiæ penetralibus revocata Franecquer. 1724. Item Erpenii, Michaëlis, Schellingi &c. *rata eſt hodie multorum ſententia, neminem dicere ex vero poſſe, He-*

ctis, aut Latinæ, labentibus ſeculis voces diverſis ſignificationibus uſurpantis, velle uberius illuſtrare, eſſet abuti patientia lectorum, iſtud optime ſcientium. Bubalus, aut bubalis Herodoto,

 Ari-

Hebraicam lingvam ſe callere, qui Arabicam ignoraverit, quia Hebraicarum vocum notiones, & primaria ſignificata ex Hebræo, qui hodie ſupereſt, Biblico textu erui non poſſunt; in cujus rei demonſtrationem adferri ſolet primus Bibliorum verſiculus: *In principio creavit Deus cælum, & terram:* (pag. 360. lin. ult.) in hoc verſiculo *reſchith* radicem apud Hebræos deperditam, apud Arabes conſervat *raaſca*, *præfuit*, quacunque demum ratione, tempore, ordine, loco præceſſit. *Ælohim* radicem habet *alaha*, *coluit*, *adoravit*, & media chesrata, *aliha*, ſtupuit, pavit; *ſchamaim* radicem habet *ſcamä* altus fuit, *æretz*, *arada*, ſeu, ut alii tzade punctatum efferunt, *araza*, *humilis*, *depreſſusque fuit.* Poteſt tamen in contrarium adferri, (1) nec omnium nominum ex verbis repetendam originem, cum ſit difficile, ut patet vel in voce obvia *goj*, gens, ethnicus, aut *kav* linea; nec ex *alaha*, aut aliha, neceſſario ælohim derivari, cum ex *alah* juravit, maledixit, vel ex *ël*, & *jah*, quaſi Deus fortis, vel ex *jaäl*, & *hovah* duci queat; idem eſto de ceteris, ut videre licet in Janua Reineccii ad C. 1. Gen. (2) Arabum *alaha* tardius ex *Ælohim*, ſeu *Ilahon*, efformatum, ut ſi Hungarice, ex *Iſten* diceres *iſtenkedett*, nam præter morem ex ſubſtantivis verba interdum naſcuntur. Interim certiſſimum manet, loca Scripturarum ex Arabico quam maxime illuſtrari, & verum eorum ſenſum confirmari ſæpiſſime, ſed non mediocri opus eſt judicio, nec actutum omnis acceptanda ſignificatio vocis occurrentis Arabica: Pocockius, Calmetus, Edm. Caſtellus *alkum* prov. 30. 31. ex Arabico poſt 70. Syrum, Chaldæum, *cætum populi, cui Rex præſidet*, ſeu *Regem, quem ſequitur populus*, interpretantur, quia *kavmon* Arab. valet populum, *al* pro articulo habent; alii *al* prohibitivum volunt, *kum* ſurgere, *is*, *contra quem nullus au-*

Ariſtoteli, immo & poſterioribus Straboni, Æliano, Oppiano, Simocattæ, atque ita etiam Græcis Bibliorum verſoribus pro caprearum ſpecie uſurpatur; vulgus imperitum ætate Plinii feris bobus hoc nomen cœpit imponere, quod ſequuntur Martialis, Hieronymus, & e Græcis Agathias, & Philo. Obvia aliquot Latina, & Græca inſpexi Dictionaria, & in nullo aliam deprehendi ſignificationem, quam bovis ſilveſtris. Quantum erraret, ſi quis etiam antea laudatos Authores, e. gr. 70. Seniores Deut. 14. 5. ubi Hebræum *jachhmur*, capræ rufæ ſpeciem in bubalum vertunt, ita interpretaretur! *Ornis* ævo Heſiodi, an. forte 800. ante Chriſtum, avem in genere ſignificavit apud Græcos, obſervante Bochar-

auſi ſurgere. Gen. 6. 3. *Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Hebr. hodie legitur *lo jadun*, *non contendet judicio*, non diſceptabit, non judicabit; forte veteres 70. Chaldæus, & Hier. legerunt apice de *lamed* nondum detrito *jalun* h. e. non pernoctabit, morabitur, â *lun*, ſeu *helin* ut Hung. *hálni;* Pagninus a *nædæn* vagina, quaſi *jiddon*, non erit in vagina, non quaſi in vagina commorabitur Spiritus meus, nædæn corpus potius eſt Dan. 7. 15. non erit, non permanebit in corpore. Alii *dun* volunt Arabice valere *vilis fuit*, (*din* autem judicavit) *Spiritus*, ruachh, valere ultionem vindictam, Joſ. 5. 1. Judic. 8. 3. 1. Sam. 11. 6. Iſa. 30. 28. Jer. 51. 11. *mea vindicta, & ultio* (ſtudium vindicandi mei honoris) *non levis, & vilis erit ſemper*, ſeverius, quam hucdum agam, *propter ſocordiam, & teporem eorum* in cultu meo. Fuſius hæc de Arabum, & lingvæ eorum præſtantia commemoravi, quia apud eruditos quidem facilem aſſenſum, apud rudes vero, & ſimilium imperitos, qui ſe in ignorantia ſua doctos putant, effuſiſſimum merebuntur cachinnum.

Digitized by Google

charto ſub ætatem Platonis cœpit in ſpecie pro gallina, ſicut in Evangelio occurrit Matth. 23. 37. quæ aliter alectoris dicitur, uſurpari. *Magus* diu honoris, & quidem ampliſſimi vocabulum fuit, quod jam hodie in malum uſurpatur. (pag. 532. lin. IX.) Lexica polyglotta (pag. 156.) lingvarum Orientalium e. gr. Schindleri Valentini Oederani *Pentaglotton* edit. Francofurti ad Mœnum an. 1653. Edmundi Caſtelli *Heptaglotton*, inſpicienti denſiſſima earumdem vocum ſilva ſiſtetur, aliud Hebraice, aliud Syriace, aliud Rabbinice, aliud denique Arabice deſignantium. Notiſſima vox *læchhæm* Arabibus non panem, quem chhobzon vocant, (pag. 148. lin. 31.) ſed carnem notat. *ſchuph* Gen. 3. 15. *conterere* Syris inter alia *reptare*, *Chaldæis limare*, *ſcalpere*, *fricare*, *ungere*, Arabibus præter conterere *eſt polire*, *nitidum reddere*. *Ragal* Hebr. ſicut Hungarice, valet *obtrectavit*, *detraxit alteri*, 2. Sam. 19. 27. & Pſ. 14. 3. *qui non egit dolum* (contra proximum) *in lingva ſua*. Hebr. lo ragal bilſchono: non detraxit linguâ ſua. *Rægæl* autem valet *pedem*. Rabbinis valet pedes texit, h. e. ventrem exoneravit, ſignificatione rei turpis; item rei alicujus uſum habuit, aſſvevit; rægæl vero eſt foramen podicis. Arabice *ragul*, ſeu ragyzſul, eſt vir, maritus. *Yamad* Hebr. ſtetit, Syr. & Arab. baptizavit, aut baptizatus eſt in aqua, unde Matth. 3. 1. Joannes baptizans vocatur muyammid, h. e. baptiſta. *Yamar* Hebr. manipulos collegit. Syr. Arab. habitavit in aliquo loco: *amara* Ar. habitatio, ſicut *dár*, ſeculum item, & vita hominis; rurſus: *yamar* agrum proſcidit, & *amara* novale. Item elevavit, ſuſtulit; ſi ain ſuperne puncto no-

notetur, *ſubmerſit*. Evidens igitur eſt, in dialectis ſignificationes variare, & mutari. Lectoris in alia omnia intenti oculos exemplorum alterius lingvæ coacervatione morari nolim, quia tamen *cauponis* venit mihi in mentem, hic græce non œnopola tantum, affatim crebro etiam *capélus* nominatur, eo, quod *pélus*, quo lutum, & turpe cœnum Græcis vulgo ſignificatur, apud antiquiſſimos Græcos, *Jones*, vinum deſignaverit. 1. Cor, 2. 17. Referamus gradum ad Hebraica! *chun*, quod eſt aptare præparare Hebr., Rab. eſt rectà proſpicere, diligenter conſiderare. Syr. corrigere, accuſare, excuſare. Arabes vero utuntur hoc verbo vulgariſſime loco Hebræi *hajah*, *fuit*, *extitit*, e. gr. Gen. 1. 2. & *fuit* terra ſubmerſa, & obruta mari. (phecháneth il erdu gamireten, muſthabhhireten.)

Arbitraria, inconſtans, & maxime variabilis res eſt, ſicut numorum, ita vocabulorum valor, & acceptio, (pag. 531.) præſertim cum in alias dialectos transferuntur. Hodie vox iſta, vel illa Arabibus hoc determinate ſignificat, igitur etiam Hebræis, & quidem ante duo millia annorum, aut ævo Moyſis, Davidis, & Prophetarum, hoc ipſum denotavit. Nulla eſt conſecutio. Significata, quæ uſus poſterior apud Arabes invexit, ab antiquis caute ſecernenda monent lingvarum OO. periti; ſed cum libri omnes ſequioris ævi ſint, certa nos deficiunt indicia, quibus palam fiat, antiquane, e. gr. ad ætatem Prophetarum pertingens, vel novitia poſt Mahomedem invecta hæc, vel illa ſit notio. I. G. Trendelenbourg Comment. de eo, quod nimium eſt circa ſtudium lingvam Hebraicam ex Arabica illuſtrandi. Regiomon. 1780. in IV.

Li-

Liceat mihi paucis quærere: aſſentiturne literatus orbis Alberto Schultenſio viro Arabicótato, *(ff)* dum verba Biblica ex hac dialecto illuſtrat? In quibusdam omnino, ſed a pleriſque

 va-

(ff) Alb. Schultens celebris Hebr. lingvæ, & Lexicorum ejus inſtaurator, Groningæ an. 1686. natus, OO. lingvarum Franecq. & Leidæ Profeſſor, an. 1750. mortuus, ſcriptorum multitudine notus, inter alia edidit animadverſiones Philologicas in Jobum Traj. 1708. in 8. & animadverſiones Philologico-Criticas ad varia loca V. T. Amſtelod. 1708. in 8. Origines Hebræas Franecq. 1724. Inſtitutiones ad fundamenta lingvæ Hebr. Lugd. Bat. 1737. in 4. Grammatica hæc maximi fit a multis, Latine compendium ejus Bremæ 1753. prodiit. Singulare habet hoc, quod loco VII. Conjugationum Hebræos habere ſtatuat XVIII. nempe inſuper *hothpayel*, *poyel*, *poyal*, *hithpoyel*, *peyalyal*, *piylel*, *püylal*, *hithpaylel*, *ſchaphyel*, *ſchophyal*, *hithſchaphyel*, *hiſchthaphyel*. Chaldaismo, Syrismo, Arabismo vicinius. Reipſa unica eſt Hebræis conjugatio per VII. formas, uti unica eſt etiam apud Arabes, ſed per XIII. formas variata, non in ſingulis, ſed prout uſus tulerit, jam hac forma in his, illâ in aliis. Adde Hebræis formis *poyel*, *poyal*, *hithpoyel*, *piylel*, *püylal*, & *hithpaylel*, quæ formæ interdum in Biblico Hebræorum ſermone occurunt, & habes XIII. conjugationes Arabicis reſpondentes.

Quoniam multi aliqua Hebraicæ lingvæ cognitione imbuti, ejus cum Arabica convenientiam videre geſtiunt, aſſumamus verbum *natzar* Hebr. cuſtodivit, protexit, Arab. adjuvit, flexione Arabica tertia radicalis æqne per *a* efferetur, ſicut priores duæ, adeoque *natzara* adjuvit *vir*; natzara*th* adjuvit *fœm.* natzar*tha* adjuviſti *vir*, natzar*thi* adjuviſti *fœm.* natzar*thu*, ego vir, vel fœm. adjuvi. Pl. natzar*ná* nos viri, vel fœm. adjuvimus. natzar*thum* vos viri adjuviſtis; natzarthunna vos fœm. adjuviſtis. natzar*u* adjuverunt viri. natzarna a ult. brevi, adjuverunt fœm. In futuro *antzur*, vel antzuru, ut tertia radi-

ca-

vapulat in aliis, quod dialectos ceteras in auxilium non vocavit. Reineccius in Janua ſua ad radices Arabicas ſæpe provocat, ſed non eo ipſo de Biblica notione nos certos reddit. Joh. Lightfootus Calviniſticis principiis imbutus, ſed vir reconditæ eruditionis, & infinitæ in Thalmudicis, Rabbinicisque lectionis (Doctor Anglus, & Collegii S. Catharinæ in Cantabrigienſi Academiæ de-

calis u, vel o breve habeat, ego adjuvabo; tantzuru, tu vir adjuvabis. tantzuri, vel tantzurina, tu fœm. adjuvabis. jantzur, ille, tantzur, illa adjuvabit. nantzur, nos adjuvabimus. tantzuru, adjuvabitis viri. tantzurna, adjuvabitis fœm. jantzuru, illi adjuvabunt, jantzurna, illæ adjuvabunt. Si cui ſonus *tzade* difficilis, dicat *naſzara*, ut *Sz.* Hung. ſeu *S.* Latinum, e. gr. Sabaoth, loco tzabaoth. Idem experire in katzala, ſeu *kaſala*, ſono Hungarico, & ſignificatione eadem, *kaſzála*, ſecuit, enſe, vel falce reſcidit. Arab. fut. akſzulu ſecabo. Participium præſens Arabes flectunt *in benoni* forma magis Chaldaica, loco *moſer* tradens, *maſer*, & plerique *e* legunt *i*, *nátzir* adjuvans vir; nátzira, vel nátzirath adjuvans fœm. nam *on*, *athon* finales terminationes tantum ſunt Grammaticorum, nátzir*on*, natzirath*on*. Plur. nominum exit loco *im* Hebr. maſc. *in* more Chald. Grammatici Nominativum in *un* efferunt. fœm. loco *oth* Hebr. Arabice exit in *ath*, nam loco o magni, Heb. paſſim *a* magnum ponunt Arabes. Literæ *Serviles* præfixæ, ſuffixæ, præformantes, utrique lingvæ eædem, voces pariter eædem, & eadem plerumque ſignificatione, eo ſolum diſcrimine, quod vocum earumdem apud Arabes multo plura ſint ſignificata, quam occurrant in Bibliis Hebraicis; indicio ſatis claro, olim, dum lingvæ vulgaris eſſet uſus, hujusmodi ſignificata etiam apud Hebræos maximam partem viguiſſe. Qui Arabicæ lingvæ cum Hebraica convenientiam ex pauculis his, ſed in ſe multa complectentibus, non videt, cæcutit, ſummo dum ſol reſplendet Olympo.

Digitized by Google

demia Præfectus, Univerſitatis Cantabrig. Vice-Cancellarius, Valtono in edendis Polyglottis pag. 157. lin. 23. adjutor) an. 1602. natus, 1675. fato functus in *Horis Hebraicis*, & *Thalmudicis* in IV. Evangelia editionis Jo. Benedicti Carpzovi Lipſ. 1684. complura N. T[ti] loca ex Thalmudicis phraſibus, & ſententiis interpretatus eſt, ſed non etiam aſſenſum illico emeruit, quia quæ ille Chriſtum a Rabbinis mutuatum ſtatuit, malunt alii ex adverſo Rabbinos ea Chriſto ſurripuiſſe. Si quis *in Chaldaicis* periculum faciat, aſſumat obvie Caput I. Geneſ. videbit in Chaldæo Paraphraſte adhiberi quidem Hebræas voces, ſed alio ſignificato, e. gr. *fecit* Deus cete, beſtias &c. exprimit per *yabhad*, quod Hebr. eſt *ſervivit*, vel coluit Deum, aut terram. *Produxerunt* aquæ reptilia, adhibet *rachhaſch*, quod Hebr. eſt *præ fervere ebullire*, eructare h. e. proloqui. Arab. in aqua coquere, elixare. Rurſus Chaldaice etiam eſt *feſtinare*. Ita dubia manent omnia.

Quomodo tamen in omnibus his tenebris, quibusHebræus textus hodie circumſeptus eſt, accedente maturiori, & ſubacto judicio Orientales lingvæ, in primis Arabica, ad latentem textuum obſcuriorum ſenſum viam interdum planiorem aperiant, juvat paullisper oſtendere.

Primo: Deprehenduntur in Bibliis voces, aliæ ſemel duntaxat, aliæ bis, terve, aut quater etiam occurrentes, quarum tamen nec ex contextu, nec ex collatione locorum poteſt certa, ac determinata erui ſignificatio, eo vel maxime, quod verſores antiqui perinde, ac recentiores ſibi mirum quantum in translatione diſcordent:

Vo-

Voces hujuſmodi ſunt: *hithäbbah* Iſa. 9. 18. vulgo *extollentur*, ſuperbient. Hier. *convolventur*. Rab. Salom. *implicabuntur*. *Zarziph*, Pſ. 72. 6. *zarzir* Prov. 30. 31. an gallus, an vertagus, an equus? *ſemadar* Cant. 2. 13. uva minuta. *Bithan* Eſth. 1. 5. & 7. 7. *Tachrich* Eſth. 8. 15. *æſchæch* Lev. 21. 20. teſticulus. Semel legitur in Bibliis, & fortaſſe quid ſignificet, incertum. (ait Brixianus) *thachah* Deut. 33. 3. *ſcerætæt* Lev. 21. 5. *Miſchkay* Eze. 34. 18. an purificatus? *ſchætzæph* Iſa. 54. 8. breve tempus. *Schephathaim* Pſ. 68. 14. *ſchamætz*, exiguitas; bis in Jobo. C. 4. 12. & 26. 14. *ſcæchvi* monſtrante Bocharto intellectus, mens imaginatrix &c. (pag. 495. fine, & 502.) *Akko* per *vav* in fine, per *aleph* initio, tragelaphus Deut. 14. 5. (pag. 567. lin. 23.) cervi ſpecies apud Plinium L. 8. C. 32. *biththek* Eze. 16. 40. confodit, transfixit, Hier. trucidavit. *äbyabüyoth* Exo. 9. 9. *Revaloth* aliquod muliebre ornamentum faciem velans Iſa. 3. 19. *miphſcayah* 1. Paral. 19. 4. natesne, ſeu verenda? *tzamim* ſing. numero latro, crinitus. Job. 5. 5. al. ſitibundus. *phæræch* Exo. 1. 13. ferocia. *pekayim* 1. Reg. 6. 18. pakküyoth, cucurbitæ. *Pechhah* Dux Neh. 5. 14. *phoretim* cantores Amoſ. 6. 5. muſici. *pælæd*, quaſi lappid, tæda, fax Nahum 2. 4. pl. peladoth. *palatz*, terreri Job. 9. 6. *palaſch* ſe involvere; tegere cinere Jer. 25. 54, *tzanay* ſe humiliare. Prov. 11. 2. Mich. 6. 8. Arabibus, ut Hung. facere, fabricari. e. gr. Pſ. 10. juſtus autem quid fecit? Ar. albáro matzanaya? *malak* Lev. 1. 15. & 5. 8. ungve vulſit, diſcerpſit, Oleaſter addit, *neſciri quid ſit*. *chinnim* pediculi. Exo. 8. 13. *chilaj* avarus Iſai. 32. 5. *dobbë* robur-

burne, vel debilitas, ſermone, vel ſenectus? Deut. 33. 25. vulgo quaſi *daëb*, debilitas capitur, Thargum contrarie pro robore interpretatur.

Contingit non raro voces hujusmodi ab his, aut illis nationibus Orientalibus, potiſſimum autem Arabibus, ab antiquo uſu quotidiano teri ſenſu illo, qui ſi loco Biblico aptetur, aut Vulgata verſio roboratur, aut ſententia in contextu ſermonis fluet planiſſime. (pag. 542. lin. 5.)

Secundo: Offeruntur legenti *phraſes*, & *idiotismi*, quorum ſenſus nec patet ex Bibliis, nec explicatur ſatis ex natura ſolius lingvæ Hebraicæ, prout ipſa finibus ſuis profecto exiguis conſtringitur, aut in Grammaticis, & Lexicis, utique valde imperfectis, explicatur. Evenit etiam, ut vocem alias uſitatam deprehendamus ſuo loco tali notione, qualem alibi paſſim habet, non poſſe uſurpari, quin naſcatur ſenſus a contextu alienus, eique minus cohærens. His caſibus in lingvis cognatis præſidium quæri ſolet. Res exemplis fiet clarior.

(a) *Ratzad* ſemel tantum occurrit Pſ. 68. 16. *ut quid inſidioſe*, & *invidioſe obſervatis montes gibboſi?* (pag. 570. lin. 31.) Kimchhi dicit valere *exſilire*, Abenezra dicit ex Arabismo valere idem, quod *ärab* h. e. inſidiari, intentis oculis obſervare, ita & 70. *hypolambanein*, quod eſt, ut habet Vulgata *ſuſpicari*, obſervare inſidioſe, & ita ſolet Arabs vertere in N. T. græcum *paratérein*, v. gr. Marc. 3. 2. Chriſtum *obſervabant* (*ratzad*: ait ille) Phariſæi, utrum ſabbato infirmos curaret. *Chhelechah* Pſ. 10. 5. *pauper* bene a 70. verſum vel inde concluditur, quia *hhalch* Arabibus infauſtum valet. (pag. 413. lin. 33.) Ita *tachal* apud Syros, & Chaldæos *ſpes*.

(pag.

(pag. 569. lin. 20.) *Chaphah* Prov. 21. 14. Quod ſufficit indigentiæ ejus: hoc enim eſt *chapha* apud Ar. *largitio occulta ſufficit iræ* emolliendæ (pag. 148. l. 31. & 496. l. 24.)

Iſai. 9. 4. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu: alii: omnis conflictus confligentis cum ſtrepitu: Hebr. chi chol ſeon ſoën berayaſch. Monet Schindlerus: *ſaon* bellum; prælium: occurrit *hoc loco tantum; ideo pro natura orationis exponendum.* Gyrat ſe Pagninus: bellator, (inquit) tribulator, dein, quia *ſean* Syris eſt calceos induere, quidam (ait) calceamentum. *Schâne* Ar. res, negotium, cuivis ſuum, ſtatus, conditio: *omnis, quocunque ſtatu eſſet, perterritus eſt, ſicut in die Madian.* Iſai. 14. 4. *ceſſavit tributum:* Hebr. *ſchabhetha madhebah*, vulgo ad *dahab* Chald. & Syr. aurum, Hebr. zahab refertur, velut *exactio auri*, quia in Bibliis nullatenus verbum aliud occurrit, quo poſſit reduci; Ar. *dahab* cum *dal* punctato auferre, abigere, item abire, & in IV. conjug. perdere: *ceſſavit exitio dans*, perditor, vel perditio, malum, exitium. Mahometus Surâ 31. 17. dicit: ſi voluerit Deus, *perdet* vos, & loco veſtri novas producet creaturas, *perdet* eloquitur per *judhib;* hoc ſenſu occurrit in N. T. Arab.

Raphad Cant, 2. 5. C. 8. 5. *raphad: fulcite* me floribus, ſtipate me malis. (pomis) Abenezra ex Arabico ſubſidium bene petit, nam ibi valet non *ſternere*, ſed *fulcire*; unde Vulgatæ verſio contra verſionem ſtramineam non parum fulcitur. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, *innixa ſuper dilectum ſuum?* ſoli Arabes oſtendunt bene ſic vertiſſe Hieronymum, octa-

va

va eorum conjugatio Hebraicæ *hithpael* reſpondet, *irthaphaka* ab eorum Lexicographis exponitur: innixus fuit cubito: atqui recte Hebraice eſt in *hithpael* mithrapækæth. Iſai. 5. 2. ex vinea ſua dilectus ejecit lapides, eamque ita purgavit, *ſepſit illam, & lapides elegit* h. e. legendo ejecit, *ex ea:* bene: nam Ar. fodere terram lapidoſam, ut purgetur. Ezech. 16. 47. *kat* vulgo ducunt a *kut*, (pag. 323.) veluti eſſet participium *faſtidiens*, ſed bene Vulgata: *pauxillum minus*, namque valere *tantum, duntaxat*, infinita ubique occurrunt in Arabico (pag. 15. lin. ult.) exempla, inquit Schultenſius.

Cant. 4. 1. capilli tui o mea ſponſa! ſicut greges (h. e. villi eorum) caprarum, quæ *aſcenderunt* de monte Galaad. Hebr. loco aſcendederunt, *galaſch* ponitur, alibi non extat, vertitur, *quæ tondentur*, vel *tonderi ſolent*, al. quæ intra dumeta vagantes *depilantur*, deglabrantur, &c. Hieronymus, & 70. legerint *ſchæ galu: quæ ſe revelant*, oſtendunt, ſive: quæ *apparuerunt*, nam C. 6. 4. ita habet & Hier. 70. vero utrobique: eadem ſignificatione; hanc verſionem confirmat *galaſch* per gain apud Arabes, quod valet *aſcendere*, in elatiorem terræ partem venire; 70. in Complutenſi, & Pariſ. edit. *anebéſan* h. e. aſcenderunt. Porro *min har* h. e. *de monte* minore, cum Jeruſalem in elatiore ſtaret, aſcendere illuc homines, & pecora dicebantur; ex quo factum, ut *aſcendere* de monte, *deſcendere* ad montem, *aſcendere* in vallem, etiam in Hebræo textu Joſue 7. 24. (jayalu yemæk) dicatur, aſcendere, & deſcendere ſumendo præciſe loco: proficiſci. Judic. XI. 37. & XV. 11.

(b) Pleræque anomaliæ, aut Hebræis inſvetum, ſi quod occurrerit, loquendi genus, enallagæ, flexiones verborum, & nominum irregulares, aliaque orationis putata vitia, apud Arabes de norma regularis, & ordinarii ſermonis venire deprehenduntur, (pag. 414. lin. 16. & 542.) e. gr. Subſtantivum Plurale *inhumanum* (h. e. non ſignificans hominem) quoad concordiam verbi, & adjectivi cum ſuo ſubſtantivo reſpici debet, veluti eſſet fœmininum ſingulare; idem contingit, & quidem eleganter plurali etiam humano, ut: kále-nnáſco: *dixit homines*, loco: dixerunt. Erpen. L. 5. Gram. Arab. pag. 141. edit. Lugd. Batav. 1770. Huc ſpectant, quæ in verbis *pejod*, aut *lamedhe* cenſentur irregularia, ut *havtzë: educito* Gen. 8. 17. *ſchalavthi: tranquillus fui;* vel dum latet arcanum, quo *he* in *jod*, aut *vav*, *jod* in *vav*, vel vocalem, ſeu chholem, vel conſonantem v. gr. in *hivvaled*, naſci, toties commigrat, Arabiſmo id totum revelante. (pag. 783. l. ult.)

(c) *Pleonasmi* in Hebræo ſunt Gen. 31. 26. dicit Laban ad Jacob: mæh yaſcítha, vaththighnobh eth lebhabhi: h. e. *quid feciſti, & furatus es cor meum*, clam me meas auferendo filias? *to* feciſti eſt ſuperflua additio, adeo quidem, ut Arabes *yaſcah* h. e. *fecit* alio ſignificato nec adhibeant. Alkor. Sura 28. 21. & Sura 60. 8. Ideo Vulgata omiſſo uno verbo tantum vertit: *clam feciſti:* quod eodem redit. Confer 3. Reg. 8. 32. Jud. 9. 16. ſic Dan. 8. 12. *& fecit & proſperavit*, h. e. mere proſperavit, *fecit* eſt ſuperfluum. Arabes verbum *gyzſayal*, h. e. *fecit* ita uſurpant; alioquin regula eſt apud eos, verbo *cháne: fuit* in perfecto præ-

po-

poſito, ſequente futuro indicari noſtrum imperfectum, ſicque *fuit* ſignificatione *ſua* carere; ſequente alio perfecto *chane* indicat plusquam perfectum, ut *chäne kale: fuit dixit*: h. e. dixerat. Similiter Zach. 7. 5. *jejunium jejunaſtis mihi ego:* 1. Sam. 25. 24. *In me Domine ego peccatum eſt*. Gen. 49. 8. *tu Juda laudubunt te fratres tui*. 2. Paral. 28. 10. mere ſuperflua repetitio eſt ex uſu Arabum, indubie ex vetuſtate utrique olim lingvæ communi, deducto. Plurima Alkoranus, & Arabum hiſtorici offerunt exempla. Sura 19. 3. & 22. 56.

(d) *Phraſes* olim etiam Hebræis communes videntur Zach. 11. 16. malus paſtor *carnes pingvium* (ovium) *comedet*, *& ungulas eorum diſſolvet*. Hebr. pharſæhen jephared: h. e. etiam ungulas avellit, dividit, frangit, non quod phyſice, & actu iſtud faciat, ſed ut ſignificetur totalis conſumptio. (Hung. ſimil. körmöſtöl ſzöröſtöl, egy köröm-faladék ſe maradtt) Arabes volentes ſignificare rem totam fieri, vel deſtrui addunt *cum ungula ſua:* Item *ad ungulam usque equinam* Job. 59. 20. h. e. pleniſſime. Exod. 10. 26. *Ibunt nobiſcum greges*, *ne ungula quidem relinquetur*. Cant. 5. 10. *ſuper me eſt obſequium ejus* h. e. incumbit mihi ei obſequi. Ita Arabes *ſuper* uſurpant. Miche. 3. 3. *frangere* dicitur de rebus, quæ erumpunt, ſicque oriuntur: aurora *fregit*, *fidit* (aliquid ſimile eſt German. der Tag bricht an.) Hebr. patzachh, valet item vitiare, probro afficere fœminam: vel *erumpere*, & vel nihil addit, vel exordiri indicat, fere ut Lat. rumpo ſilentium. Pſ. 98. 3. *erumpite*, *& jubilate*. *Implere* Hebr. *malë* vel indicat intenſionem, & verti debet per *fortiter*,

valde, vel ſi de arcu, & ſagittis eſt ſermo, ſenſus eſt: valde intendit, valide & cum omni vi tetendit. Jer. 4. 5. *implete*, & *clamate*. ideo Hier. vertit: *clamate fortiter*. 4. Reg. 9. 24. *implevit manum arcu*. Zach. 9. 12. Item *ſub eo*, ſub ipſo, clam illo, forte valet rejecto, repudiato, prætermiſſo eo. 2. Sam. 3. 12. Ezech. 23. 5. juxta phraſim Sur. 22. 12. invocat *ſub* Deo h. e. neglecto Deo, *loco* veri Dei alium.

I. Reg. 28. 14. ad operationes pythoniſſæ apparente Samuele *intellexit Saul*, *quod Samuel eſſet*, & adoravit eum. Cum Saul, iſtud certo non cognoverit, malunt alii *jaday* h. e. *ſcivit* accipere pro eo, quod eſt ſuſpicari, vel *putare*, nam ita *yalam*, quod Hebræo *jaday* reſpondet, & *ſchayar* ejusdem ſignificati uſurpant Arabes. Sura 16. 28. irruit malum in eos, unde *non ſciverunt*. Abulpharag. pag. 540. & ſæpius. In hiſtoria fabuloſa de Salomone: *hoc ſciverunt*, *quod vivat*, usque dum annus elapſus eſt. Sura 34. 13. prorſus ut Hungari dicunt: *azt tudták*, *hogy él*. Pſ. 19. 35. *deſcendere fecerunt brachia mea arcum æreum*. h. e. fortiter attraxerunt, intenderuntque: Calmetus vertit, prout (inquit) in noſtris Bibliis hodie legitur, & *facile conteritur arcus æreus brachiis meis*. 70 legebant *nathaththa*: *dediſti*. Pſ. 38. 3. deſcendere factæ ſunt contra me ſagittæ tuæ. Vulg. *infixæ ſunt mihi*. Arabes uſurpant *garraka* per *gain*, *demerſit*, *ſubmerſit*, arcum, ſagittam, pro *potenter applicuit*, ſeu teſte Golio ſumma, qua potuit, vi traxit, & tetendit arcum.

(e) Pſ. 139. 13. tu (o Deus) *poſſediſti* renes meos. *kanah* certum eſt valere *poſſedi*, inde etiam generare, aut parere valet, (pag. 308. lin.

Digitized by Google

lin. 28.) ex quo Thargum per *barä* h. e. creavit, ut latine liberos creare, (non vero ex nihilo facere) transfert Jobi 3. & Prov. 8. ſed obſervant recentiores, Syros uſurpare pro *pingere*, icones facere, quod contextui concinne hæret, maxime ſi Hebr. legatur *rükkamthi* loco *vekomathi*, ſeu jekumi, aut jekumathi, prout 70. legerunt, h. e. ſi loco *ſubſtantia mea* ponatur *acu Phrygia variegatus ſum in inferioribus terræ* h. e. in utero matris; *kanah* itaque pro *fingere*, velut imagines ductibus delineare David uſurpaverit, licet hæc in Bibliis alibi non ſuperſit ſignificatio. Calmeti tamen judicio hîc 70 aliter, quam hodie extet, legendo, optimam verſionis dant ſententiam: „hæc (ait) explicatio, quam ferunt 70. probabilior mihi videtur, quam Rabbinica, cui recentiores adſtipulantur.„ Mox per inferiora terræ ſepulcrum, in quo cadaver hominis, Dei oculis patens, deliteſcit, intelligens ſubſidium petit ex Arabico *galam*: *oſſa carnibus nudavit; imperfectum* h. e. cadaver meum carne nudatum videbunt oculi tui. Pſ. 119. *declaratio* ſermonum tuorum illuminat: Hebr. non *oſtium*. vel *janua*, ſed vere *declaratio* verti debet, cum omnes dialecti ſic uſurpent, proprie findere, aperire, & hinc explicare valet; a findendo Zach. 13. 1. ſic Arabibus aqua e fonte *erumpens*, ut Hung. *pathachh* vocatur. Dan. 6. 19. *dachhavan*, cantiones, vel inſtrumenta, 70. & Vulgatæ *edesmata*, *cibi*; quoniam *dohhan* aliis punctis Eze. 4. 9. inter ea, de quibus Propheta ſibi panem conficere jubetur, numeratur, & milium, vel panicum reddi ſolet: alii vero ad Arabicum *dahhana*, ſeu dachhana per chheth punctatum reſpiciunt, quod valet fumiga-

gavit, e. g. Pſ. 104. tange montes, (ictu fulminis) & fumigabunt. Arab. eſt verbum *dahhana*, & fumus vocatur *dochhân;* itaque vertunt: *& ſuffitum* Rex. *ad ſe non admiſit*, nempe ſuffimenta coram Regibus in conviviis ſolebant incendi.

Prov. 14. 24. Corona ſapientium divitiæ eorum: fatuitas Stultorum imprudentia. Ivvælæth chesilim ivvælæth: cum ſonet *ſtultitia ſtultorum ſtultitia*, ſolet addi *manet*. Chaldæus: corona eſt ſapientibus divitiæ eorum: at ornamenta, & honores ſtolidis ſtultitæ ſunt; quaſi dicat: opes, & honores decent ſapientes, ſtultis ſunt dedecori. Sed optime dicitur eſſe paronomaſiam hoc ſenſu: principatus ſtultorum eſt ſtultitia, ſeu deferre ſtultis imperium ſtultum eſt. Chaldæis, & Arabibus *ävàl* primum valet, & ita *ivvælæth* ſemel ſumitur in citt. loco pro primatu, ſemel pro ſtultitia; notio hæc *primi*, & *principatus* adeo claret, ut Gen. 1. 1. primam in Bibliis vocem *in principio* Chaldæus Jonathan, & Arabs (pag. 359. lin. 37.) hac voce ordiantur, qua Arabes utuntur etiam ad ſignificandos adminiſtros Reip. quid quod etiam in Hebræo textu ita ſumatur, ubi ævile ærætz 70. & Vulgatus reddunt Principes terræ. 2. Reg. 24. 15.

Pſ. 90. 10. ſeptuaginta, vel 80. ſunt anni noſtri, quia *ſupervenit manſvetudo* (putarem afflictio, *yoni* loco *chhîſch* quaſi yanavah 70. vertunt) *& corripiemur*, h. e. rapiemur ad mortem, (pag. 690. lin. 14.) anni noſtri, ſicut tela araneæ, conſummuntur; hoc totum Hebraice eſt: verohham yamal, veyon (nolo legere yavæn h. e. iniquitas) chi gaz chhîſch, venayüphah, chillinu ſchanénu chemo hægæh. h. e. & ſuperbia,

bia, vel robur eorum (annorum) labor, & dolor. ſed hæc notio non quadrat, *rahab* Syris eſt *feſtinare*, v. gr. in conjugatione *ſchaphel*, & *æſchthaphel* Luc. 1. 29. & Luc. 19. Zachæe *feſtinans* deſcende: exprimit per *rahab: gaze*, ſeu gíz Ar. abivit, tranſiit, ſpec. vita, in IV. Conj. vitam traduxit, ergo: *in feſtino vitæ curſu labor, & dolor*, dum feſtine vitam traducimus: vel: feſtinatio eſt ad mortem cum ærumnis, quia abſcinditur tempus vitæ celeriter, & (quin imo) avolamus, *finimus annos noſtros, ſicut ſermonem.* (hægæh, ut Hung. ige ſermo.) Pſ. 104. 12. *ſuper ea* (yalæhæn, ſuper, penes aquas) *volucres cœli habitabunt:* cantando *de medio petrarum dabunt voces.* loco *petrarum* eſt *yaphäim*, cum Syris *yaphä* ſit *fronduit arbor, ramos acquiſivit*, Thargum *zizin*, ſeu ramos poſuit, *e medio ramorum;* 70. autem more ſæpius obſervato ex *tzaphä* h. e. petra, tzade in yain converſo derivarunt.

(f) Inſignis occurrit phraſis Arabum Pſ. 139. 2. *tu* (o Deus!) *quietem nocturnam*, à ſchabhat, non ſchibthi, ſed ſchobhthi) *meam, & reſurrectionem meam.* (matutinam) ſequitur: orchi, veribyi zeritha, h. e. *viam, & accubitum meum ſparſiſti*, ſed iſtud ineptum, valet *zarah* etiam ventilare, eventilare, ideo Vulgata *ſemitam, & funiculum* (vitæ fors) *meum inveſtigaſti*: *zarah* valet etiam *cingere*, unde *zer*, peripheria, ſemitam meam *cinxiſti*, Latine deberet verti *comprehendiſti;* vulgariſſime Arabes, citra dubium ex uſu antiquo, ita loquuntur, vel ſine, vel cum voce *yilmon* h. e. ſcientia. Dicit Mahometus verbo *chhút*, quod eſt cingere, ambire. *Deus jam* (utique in anteceſſum) *cingit*

 om-

omnem rem ſcientiâ Sur. 65. 12. Allahu kad achbáta bichülli ſchejjin yilmi. Sura IV. 124. omiſſa voce *yilm*, ſeu *ſcientia* abſolute profert: *eſt Deus in omni re cingens*, ſive comprehenſor: Chián-Allaho bichülli ſchejji-mmuchhitan; hinc *darà*, quod eſt Hebræum zara, z in *d* ſolito more converſo, uſurpatur obvie pro *cognoſcere*.

Gen. 19. 4. omnis populus *ab extremo* venit ad Loth, volentes nempe Sodomitæ abuti hoſpitibus Lothi: *ab extremo* Hebr. *mikkatzæh*, ſed hebraizantes, & phraſim non intelligentes, male vertunt verbum verbo reddendo, bene 70. & Vulgata *ſimul*, *unâ*, ad unum omnes; nam ipſa hæc voculá hoc ſenſu uſurpatur Arabibus in narratione, quaſi dicat: ne extremo, vel ultimo quidem relicto. e. gr. apud Abulpharagium (pag. 377. lin. 4.) Hiſt. Dynaſt. pag. 542. & pag. 538. omnes *ad unum* (Ar. ab extremo) occiderunt; clare eadem vox *ketz* in Bibliis Hebraicis eodem ſenſu ſumitur Iſai. 56. 11. *mikkatzehu* h. e. *ab extremo*, vel *fine ſuo*: ſed feliciter, & clare Vulgata: ad avaritiam omnes declinaverunt *a ſummo usque ad noviſſimum*. Gen. 31. 34. *char* non eſt aries, ſed ſella camelina, qua ex V. 17. pro more gentis utebantur, nam hæc Ar. ita vocatur; Vulgata hanc, non ſtramen per *ſtramenta* cameli, ſuper quibus Rachel, abſconſis ibi furto ſublatis patris ſui idolis, ſedebat, intelligit.

Judic. 5. 17. Aſer *in portubus* morabatur, bene ſic Vulgata; nam Hebr. *miphratzav* non exitus, non urbes deſolatas, ſed cum tzade punctato *paradza* portus eſt, ſeu locus crebra fluctuum alliſione inciſus.

(g) Cum Elcana vir duas uxores haberet, Annam, quæ ſterilis, Phenennam, quæ fœcunda fuit, atque ideo Annam affligebat, & vexabat v. 6. bene Vulgata *tzarah* vertit *æmulam*, nam Arabibus tzade punctato ſic vocatur uxor, quæ cum alia communem habet maritum, *tzarar* vero eſt lædere, hoſtiliter agere, ſpec. applicatur duabus mulieribus uni viro junctis; bene ergo, imo optime Lev. 18. 18. *litzror* Vulgatus vertit *in pellicatum*, ait Schultenſius.

Oſe. 5. 13. *mazur* Hieronymus reddit *vinculum*, alii *vulnus:* ſi Arabes conſulis, *zivár* illis cingulum, a *zur* conſtringere; etiam Iſai. 1. 6. hac notione ſumpſit Hier. a planta pedis usque ad verticem non eſt in eo (populo Judaico) ſanitas, (morum) plaga tumens *non eſt circumligata*, neque fota oleo. Hebr. *lo zoru*, quaſi (ajunt) *non compreſſerunt*, ſed melius Hier. Item Jer. 1. 5. Priusquam *formarem te* (o Jeremias!) in utero, novi te. Hebr. loco *formarem te* eſt ätzúrecha, monent, torquentque, quaſi â jatzar, cum hoc ſignificet *formare*, ut dein vav ſit *jethir*, ſeu ſuperfluum. Aſt Arabibus *tzur* vulgatiſſimum eſt pro *formare*, & ubicunque de formatione in Scr. S. ſermo incidit, adhibetur, e. g. Pſ. 139. diebus multis membra mea formata ſunt in utero, & non una vice; ita Syri quoque, & Chaldæi ſumunt, etiam Arabum ille impoſtor Sura 4. 6. dicit: *ipſe eſt*, (Deus) *qui formavit vos in vulvis:* to *formavit* hoc verbo deſignans: huve-llezi jutzavviruchum filärchhámi.

(h) Chaldaice dicit Daniel, Deum facere omnia, quæ vult, in cælo, & in terra, *& non eſt, qui reſiſtat manui ejus:* Dan. 4. 32. ve lä

 ithaj,

ithaj, dí jemachhë bideh. *Machha* hic occurrens proprie eſt percuſſit, licet cum *aleph* juxta Thalmud, & Chaldæum etiam ſit *cohibere*, quæ ſignificatio loco apprime conſentit; illuſtratur ſenſus, & vocis *machha* vulgaris notio *percutiendi* ex phraſi Arabum, etiam nobis Europæis non inſveta: *percutit tibi manum: verberat ſuper manum:* dzaraba yala jedin, h. e. impedit te, cohibet, ne facias.

Quando Daniel quatuor beſtias vidit, iterum dicit Chaldaice Dan. 7. 5. liſchtar hhad hakimat: de *ſchatar* vocula diſputatur, Buxtorfius, & alii viri maximi vertunt: *& dominatum unum erexit.* Vulgata cum 70. *in parte* (una) *ſtetit*, ſeu ad partem, h. e. ad latus ſtetit beſtia. Hebræi ajunt loco ſchin debere intelligi *ſamech*, & tunc valere latus, ut in Thargum 1. Sam. 25. 20. Arabes autem ſine omni circuitu arcanum detegunt, quibus *ſchatar* eſt latus, item pars. Impoſtor dicit Sura 2. 146. obverte faciem ad latus templi Mechchani, dum oras: Arab. ſchatrel meſcgyzſid-il Hharámi. Et Hiſt. Sarac. pag. 18. *ex parte eorum*, quos ſecum habebat, loco *ex parte* ipſa vox *ſchetar* eſt.

(i) *Ipſe autem Daniel erat in foribus Regis* Dan. 2. 49. *in aula* ponunt 70. Vox *porta* ab Arabibus, indubie etiam ab aliis Orientalibus, antiquis proin temporibus etiam ab Hebræis ſumebatur eo ſignificató, quo nos vocem *aula* uſurpamus, & Majeſtatis miniſtos titulo *Aulicorum* honoramus; Arabes *báb*, aut *ſcudda*, quod Hebræi *ſchayar*, Chaldæi *theray* dicunt, Turcæ autem *kapu.* e. gr. Hiſtor. Tamerl. pag. 129. vidimus literas transmiſſas a Majeſtate Ilchhanica, & *a porta ſplendida magna Sultanica:*
min

min el ſcuddethi-l yadzímethi-l chiebírethi. Innuitur itaque Danielem inter Principes Aulæ miniſtros verſatum, & honorifico eorum functum fuiſſe officio, non vero mediaſtini, vel oſtiarii cujusdam. Idem valet Eſth. 2. 19. *Mardochæus habitabat in porta Regis:* vox *porta* eſt in textu, ſed adverti, & ex Arabico uſu illuſtrari debet, cur 70. ubique *aulam* vertant, quia nimirum *Aula* Imperatorum Orientalibus *porta* dicitur; Dum in orbe terrarum Diabolus jam inde à primis humani generis exordiis regnum ſibi conſtituiſſet, & miniſtros aulicos: Chriſtus regnum ei contrarium fundavit, Eccleſiam; promittit Matth. 16. miniſterium aulicum (portas) inferorum, omnemque ejus impugnationem ei non prævalituram.

(k) Illuſtrari ex Arabico poſſunt, aut ſaltem explicari ſenſu ſatis commodo, & probabili ſecundum multos. *Dextera eorum* (hominum iniquorum) *dextera iniquitatis*, Pſ. 144. 8. præmiſit: *quorum os locutum eſt vanitatem*, vox vanitas, *ſchavë*, adhibetur pro re falſa, nominatim pro falſo juramento juxta Exod. 20. non aſſumas nomen Domini Dei tui *leſchavë* h. e. non jures falſo. Jemínam jemín ſchakær! non *dextra* hic, ſed juramentum (inquiunt): verti debet; *jamín* h. e. dextra ab Arabibus ſumitur pro juramento quod fit elevata dextra. Rabbi Adonim, & Ben Bileam ita explicant ex lingua kadarena h. e. Arabica. Hiſtor. Tamerl. pag. 341. in extremo judicio ad ſiniſtram collocabuntur *propter dextram* h. e. ob non ſervatum juramentum. Pſ. 125. 5. *declinantes autem in obligationes* (h. e. juxta Bellarm. non promiſſorum, aut debiti, ſed phyſice funium tortuoſas

 flc-

flexiones, dum aliquid ligatur, in fune cernitur obliquitas, & contorſio, hinc moraliter *pravitates*; vel Vulgatus poſuit obliquationes, a via recta morum deflexiones, erronee migravit in obligationes incuria deſcribentium) Hebr. in ſuas perverſitates, in iniqua conſilia, *adducet Dominus* (in judicium, & condemnationem) *cum operantibus iniquitatem.* Hebr. hammattim (a natah, declinavit) yakalkallótham *jolichem* Adonaj æth poyalé haävæn. Iſtud *adducet* nitidius transfertur *perdet*, nam verba *ire*, *abire*, in Hebr. *halach* uſurpantur maxime Ar. pro perire, mori &c. Alkor. Sura 40. 36. venit ad vos Joſeph cum evidentiſſimis ſignis, tamen non ceſſaſtis dubitare, donec *mortuus eſt*, Ar. hhaththa iza halacha *usque dum abivit.* (Hung. el tünt meg-hala) Verbum *mandavit* Hebr. *tzivvah*, ex Ar. valet in locis Biblicis compluribus firmavit, roboravit. Pſ. 133. 3. In Sion *mandavit Dominus benedictionem*, & *vitam usque in ſeculum:* notio mandati non bene, ſtabilimenti, vel promiſſi apprime textui aptatur. Pſ. 68. 29. & 105. 8. item 111. 9. nec non 133. 3. demum Pſ. 119. 151. Iſai. 23. 11.

Pſ. 37. 3. ämunah non divitiæ, ſed ſecuritas. *Tzechhiha* ſiccus, exuſtus ſole locus, quia tzechhi ajunt ſolem Æthiopice vocari. Baſcar non caro, ſed cutis Arab. ita Hebraice ſumi Job. 19. 20. Pſ. 119. 120. Pſ. 102. 6. dabeka yatzmo libſcari: adhæſit (carni) cuti meæ os meum. *yaryar* reciprocare in gutture ſpiritum inſtar moribundi Pſ. 102. 18. reſpexit in orationem *humilium* Chald. *deſolatorum*, Syrus *miſerorum* Hebr. *yaryar*, vertunt *myricæ* arboris, al. meleagridum, denique 70. ut patet, optime, cum

Ar.

Ar. ſonet *affiictum*, *ope vacuum*. Ita etiam Pſ. 58. 9. ſicut *cera*, quæ fluit, auferentur peccatores, ſupercecidit ignis iræ Dei in eos; loco *cera* Hebr. *ſchabbelúl* limacem interpretantur, ſed a *ſchabal* Syr. fluxit, hæc nuſpiam locorum occurrens vox cum 70. & Syro rectius ducitur; dein non videtur ſatis quadrare huc *abortivum mulieris: næphæl æſchæth*, ſed lectio Syr. & 70. *naphal ëſch*, vel ëſcha, h. e. ſupercecidit ignis.

(l) Pſ. 49. 20. Etiam homo dives, perinde ac pauper *introibit usque ad progenies patrum ſuorum: & usque in æternum non videbit lumen* (lucis hujus uſura nunquam deinceps fruiturus) illud: ad *progenies Patrum:* dór äbhótháv: clarius poneretur in locum, quo Patres venerunt, *ad habitationem*, *ad domum Patrum*, cum *dár* Arabibus prorſus obvia ſit vox pro domo, & loco commorationis, uti etiam Syris; hæc notio videtur eſſe affixa Iſai. 38. 12. *generatio mea ablata eſt*, *& convoluta eſt a me*, *quaſi tabernaculum paſtorum*, *dor* quidem poſſet ſumi pro tempore vitæ, ſic enim generatio capitur pro ſeculo, *naſay* tamen, in *niphal* niſſay, *translata*, loco mota eſt, ſenſum: *habitatio mea*, congruentius poſtulare videtur, ſed præcipue (ohel) *tabernaculum*, ſeu domus paſtorum in contextu.

(m) *Dabhara* Ar. ſuccedere, unde illud *yal dibhrathi* Melchiſedech, optime vertitur non ſuper, vel juxta verbum meum, ſed ſecundum ordinem, ſucceſſionem. (pag. 581. l. ult.) Pſ. 119. 28. dalephah naphſchi, non ſtillavit, ſed in Ar. eſt præ anxietate lento paſſu velut incurvatum incedere. (pag. 406.) an 70. illud *dormi-*

mitavit, *enyſtaxen* ita intellexerunt? vel, prout monuit jam Origen. & Ambr. verterint *eſtaxen* h. e. ſtillavit, liquata eſt ceræ inſtar, diffluxit in lacrymas? ſequitur: confirma me in verbis tuis: kajjeméni chidbharæcha: erige me juxta verba tuæ promiſſionis. *Tzedakah* non ſemper juſtitia eſt, veritatem quoque notat Pſ. 50. ut *juſtificeris*, verus eſſe appareas in ſermonibus tuis, h. e. promiſſis, & *vincas* cum judicaris h. e. judicaveris, aut puniveris: tunc appareat te eſſe juſtum, veracem, & adverſus querelas hominum victor evadas, & cauſa ſuperior diſcedas à judicio: hanc *zachah vincendi* notionem obtinet in lingvis cognatis, apud Thalmudicos, Syros, Luc. 11. 22. Arabes e. gr. Gen. 44. 16. & Ar. in IV. conjug. eſt *declarari pro juſto*, Symmachus, Theodotio, ipſe quoque Paulus ad Rom. 3. 4. calculo ſuo probant, cur ergo veteri lectione non contenti novam ſubrogant, reipſa quidem vix differentem, forma tamen ſua diverſam: *& ſis purus*, cum judicas? *Jaday* h. e. noſcere, cognoſcere, ſicut apud Arabes, aliquando forte valet luere, pœnas dare Job. 21. 19. *lucerna* illuſtris, felix ſtatus *impiorum extingvetur*, *cum* illis Deus *reddiderit*, *tunc* eorum quilibet *ſciet* al. tunc experietur. 70. vel reſch *jaray* legerunt, vel tali notione ſumpſerunt Oſe. 9. 7. *malo afficietur*, multabitur Iſraël, venient dies retributionis; alia tamen eſt Vulgatæ, & Chaldæi, ac modernorum interpretatio, in Oſea *ſcient*, *Prophetas ipſis falſa dixiſſe*, eosque, dum prophetias jactant, eſſe amentes.

(n) Cant. 1. 7. *cheyotejah* ut *tegens*, vel tecta, *yatah* texit, ſed ex Ar. *opertus*, *velatus*

tus valet idem, ac deficiens, elangveſcens, animi deliquium patiens; petit ſponſa, ut ſponſus una cum grege utatur meridiatione, ſecus ipſa gregem in calore ſequendo præ langvore patietur deliquium. Alkor. Sura 33. 19. volvuntur eorum oculi; ſicut qui deliquium animi patiuntur; Ar. *ſicut qui ſunt operti.* Apud Abulphar. *verberatus eſt*, *donec tectus fuerit* h. e. donec deliquium fuerit paſſus; idcirco Hier. Thren. 2. 19. ubi in Hebræo eſt *tecti*, operti, cum 70. vertit *qui defecerunt*. Bochartus cenſet Cant. 1. 7. veteres melius, Syrum, & Hieronymum, *ne vagari incipiam*, Jonathanem *divagans*, Aquilam rhembomené h. e. *circumvaga* reddidiſſe, quia non *yatah*, ſed transpoſitis literis *tayah* in codice ſuo legerunt. Sed revocemus gradum! nam et nos ultra præfixum nobis terminum in intimiores Arabiæ deſertæ receſſus evagati ſumus.

Thalmudicarum phraſeon unam, alteramve ex Lighfooti horis Hebraicis attingamus! *Caro*, & *ſangvis* idem valet, ac *homo* in oppoſitione ad Deum: e. gr. Non agit Deus benedictus, uti ſolet agere caro, & ſangvis. Tanchum fol. 18. *Ligare*, & *ſolvere* eſt judiciali ſententia decernere, hoc, vel illud agere eſſe fas, aut nefas; omnis prohibitio vocatur *ligatio*, omnis permiſſio procedens ab eo, qui habet dubia circa legem ſolvendi autoritatem, dum ex officio licere decernit, ac declarat, dicitur *ſolutio: äſur*, ligatum eſt, h. e. illicitum, *ſcharjä* ſolutum, h. e. licitum eſt moraliter. *äſar* ligare, & *ſcharah* ſolvere, ita ſumi *innumeris Hebræorum teſtimoniis docuit Lighfootus*, ait Calmetus in C. 16. Matth. Vulgares Rabbini loco *ſcharjä* dicunt

mu-

mutar. Myriada exemplorum liceret adducere, ait Ligf. pag. 378. Morinus quoque fuſius oſtendit. e. gr. ſpeculum conſulere fæminis die ſabbati ligatum eſt. In dubiis ſæpe ſchola ſchammæàna *ſolvit*, quod Hilleliana *ligat*, fere ut nos dicimus: Thomiſtæ docent non licere, Moliniſtæ licere. Supereminens ergo datur Collegio Apoſtolorum authoritas, cui, dum Divina ratihabitio accedit; error accedere nequit.

Tranſire elephantem per foramen acus, h. e. aliquid arduum fieri, aut contingere contra communem curſum. Item: ejice trabem ex oculo tuo. *Creaturæ* h. e. tritiſſima phraſi *homines*, potiſſimum vero *ethnici*, qui non ſunt Iſraëlitæ. Marc. 16. 15. Matth. 28. Coloſſ. 1. 23. Hinc forte ad Rom. 8. 22. coll. Rom. 1. 21. Epheſ. 4. 17. intenta *expectatio creaturæ* h. e. Mundi ethnici (ſibi jam tandem venturam) *revelationem filiorum Dei expectat*, ſeu præſtolatur tempus, quo gratia Evangelii, & promiſſionum Iſraëlitis jam oblata, ipſi quoque adveniat, nam ſine ea totus mentis ſuæ vanitati eſt ſubjectus.

Vidimus Arabicæ, & aliarum Hebrææ cognatarum dialectorum applicationem, & utilitatem, dummodo ſano, & maturiori judicio ſingula penſentur, & probata per Eccleſiam lectio, etiam in minutis rebus, quoad ejus fieri poteſt, retineatur; fatendum nihilominus, evenire frequenter, ut nec Syriaca, nec Arabica nec alia lingva certum, atque ſufficiens argumentum determinandis vocum Biblicarum notionibus præbeat; omnisque iſta tot lingvarum commixtio magis interdum receptis notionibus in dubium revocandis, quam firmandis ultro ſolidis veritatibus ſubſerviat; quod licet ex jam dictis patet abunde,

ju-

juvat tamen paucis illuſtrare. Primum hominem, communem omnium noſtrum patrem, nomine *Adam* novimus, quod Hebraice ruſum, rubicundum ſignificat; hanc notionem turbat alia, qua Arabice *Adama* valet *ſumme candere*, unde *adamo* ſuperlativo gradu camelus, aut aliud animal appellatur, ſi ſit ſumme candidum, Al-Camo, Giggejo, Golio teſtibus, (pag. 696. lin. 30.) ex quo illud Thren. 4. 7. *Nazaræi rubicundiores ebore antiquo*, vel margaritis: aliter juxta Bochartum vertitur; *præ margaritis lucidi*, *& candidi*. L. 5. C. 6. Hieroz. par. II. pag. 688. Deinde vulgo pro vero ſumi ſolet, hominem *Adam* ſeu ruſum dici, quod ex terra ruſa ſit formatus, obſervat non nemo, lingvam Hebræam ad ſidera tolli, quod naturas rerum exprimat, præclara ſcilicet eſſentiæ hominis expreſſio terra ruſa! ergo non Hebræos, non Syros, aut Chaldæos, non etiam Arabas, ſed Æthiopes eſſe conſulendos. *Adam* apud Æthiopes *(gg)* teſte Jobo Ludolpho Comment. Hiſt. Æth. pag.

(gg) Eodem Ludolpho interprete Comment. pag. 203. hæc ex lingva Æthiopica illuſtrari poſſunt. *i* particula negativa ſcripta per *aleph*, & *jod*. 1. Sam. 4. 21. & Job. 22. 30. ſicut *in* Latino, e. gr. indoctus. *äbhad* non periit tantum, ſed ſtultus fuit Deut. 32. 28. Jer. 4. 9. *ëzobh* 1. Reg. 4. 32. melius mentha, quam hyſſopus. *ärah* non tantum decerpſit, ſed decerptum collegit Pſ. 30. 13. Cant. 5. 1. juxta 70. inſtar vindemiatoris collegi. *äron* hinc ciſta, in quam res aſſervandæ colliguntur. *behemah*, *mutum* animal, *bóles* Amoſ. 7. 14, ficos colligans, balas ficus. *gabä* potius lacuna, palus, quam fovea. *gazam* abſcidit, ſuccidit Joel. 1. 4. gozem locuſta. *chhatä* non tantum peccavit, ſed defectum paſſus eſt, eguit re aliqua, hinc Iſa. 40. 2. cum locus agat de beneficiis, non de pœnis, ſenſum

pag. 207. notat *formoſus*, *elegans fuit*, nec alia ſumitur ſignificatione. Nimirum primi homines, quos Moyſes Gen. 1. 1. ſecutus eſt, Mundum cœli, & terræ nomine complexi, mox *tze-*

ſum eſſe: *accipiet duplum in omnibus defectibus ſuis*, h. e. in iis, quæ illi huc usque defuerunt. Vulgata: ſuſcepit (urbs Jeruſalem) de manu Domini duplicia *pro omnibus peccatis ſuis*: completum eſt tempus militiæ, & finitum, (non malitiæ ajunt, nam Hebr. tzebaah maleah, 70. impleta eſt humilitas ejus) fors, *plena adeſt jucunditas*, alias *duplicia* pœnæ innuunt gravitatem; loqui ad cor, eſt exhilarare, conſolari, aggratiata eſt pœna iniquitatis ejus, nirtzah yavonah; quia prius graviter eſt afflicta pro admiſſis peccatis. *chhotzæn* non eſt brachium, vel lacertus, ſed ſinus, ut 70. Pſ. 79. 12. *redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu* (70. optime: eis kolpon) *eorum*, *poſſide filios mortificatorum* h. e. morte punitorum, *bene themuthah* filios mortis. Pſ. 129. 7. non implevit manum, ſeu ſinum. Heb. chhétzæn, Iſai. 49. 22. Eſdr. 5. 13. chhotzen Ezech. 23. 24. currus ferreus. *tabachh*, mactavit, Æth. jugulavit, hinc gladius, Gen. 47. 30. gladiatorum præfectus potius, quam coquorum.

Pſ. 68. 14. *jerakrak* ſubviridis, ſubfulvus, melius aureus, 70. chlóros, non viridis, ſed flavus, cum vitello, & melli tribuatur. *cheläim* heterogenea, alia, & alia Æth. Lev. 29. 19. *machar* Lat. mercor, vendidit, ſed Gen. 49. 5. *mechérah*, ut græce gladius. al. habitatio. al. pactio. Schultens ex Arabico *machara* fefellit, circumvenit, *quoad fraudes ſuas*, vel: ſunt Simeon, & Levi vaſa iniquitatis *per ſuas fraudes*. Æth. conſilium, machinatio. Pſ. 44. 2. calamus ſcribæ velociter ſcribentis, *mahar* Hung. hamar, Æth. Syre, & Arab. perite, docte. Eſdræ laus erat non cita, ac velox, ſed erudita ſcriptio. Pſ. 119. 61. funes peccatorum circumplexi ſunt me: chhæblé reſchayim yivvedüni, bene monente Caſtello ex Æth. vertunt 70. perieplakéſan moi. Iſai. 40. 4. *yakabh* obliquum, curvum, pravum, doloſum; Æth. clivus, editus locus:

tzebäoth, ſeu ornamentum, decorem, ordinatam rerum ſeriem, appellaverunt, vocabulo vero convenientiſſimo. *Adama* urbs, antequam cum Sodoma, & Gomorrha everteretur, in regione Jordanis ſemper irrigua, quæ horto Domini, id eſt: excellentiſſimo comparatur Gen. 13. 10. ſita, ab amœnitate procul dubio dicta fuit: Phœnicibus igitur *Mundus Adama*, h. e. ornatus, atque ab his Græcis *kosmos*: ut verum ſit illud Ciceronis de Orat. „ Varietate diſtinctum bene Græci *kosmon*, nos lucentem Mundum nominaremus.„ Ludolf. Job. Hiſt. Æth. L. 1. C. 15. Nam ex antiquis hiſtoriis aliud non novimus, quam juxta Herodotum omnis hiſtoriæ parentem L. 5. C. 58. Phœnices, qui (tempore Joſue) cum Cadmo (h. e. kadmon, aut Kadmoni, antiquus, Orientalis) antiquo aliquo ex Oriente viro advenerant, introduxiſſe doctrinas in Græciam, immo & literas, non exiſtentes prius apud Græcos, (ideo Cad-

cus: clivi, & colles, plani, fient. Sub adventum Meſſiæ omnis vallis exaltabitur, & omnis mons humiliabitur, & erunt *prava in directa*. Malach h. e. Angelus tantum apud Æth. habet radicem, *laäch* legavit, miſit nuncium. Pſ. 42. 2. *yarag*. Joel. 1. 2. cum deſiderio, & anhelitu quærere, inclinationem, deſiderium rei habere Arab. 70. ſicut cervus ad aquas, ita ad te deſiderio fertur anima mea o Deus! kippud non teſtudo, non caſtor, non lutra, ſed hericius, congruit nomen hiſtricis apud Æthiopes, & Arabum kunphud juxta Bochartum. Cant. 8. 5. *raphak* ex Arab. & Æth. recubuit, innixus eſt: *quæ eſt iſta, quæ* (ſponſa Chriſti) *aſcendit de deſerto, innixa ſuper dilectum ſuum?* ita Ar. & Æthiopes uſitatis linguæ ſuæ vocabulis eam Hebræarum vocum firmant notionem, quam 70. & Vulgatus expreſſerunt.

Digitized by Google

mea grammata vocantur &c.) hi Græco ſermone *coſmon* parili notione dixerunt, quorum lingua dum ad Latinos migravit, etiam origo denominationis permanſit. Plin. L. 2. C. 4. Quem *coſmon* Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos a perfecta, abſolutaque elegantia mundum.„ Porro homo eſt microcoſmus, ornamentum orbis terrarum. Vides nec ipſius Adami, ſive hominis, qui tamen vocis ſuæ inventor fuit, naturam in Arabicæ lingvæ immenſitate comprehendi!

Dum 70. viri, & Hieronymus vocibus Biblicis eam, quæ in cognatis lingvis viget ſignificationem tribuerunt, ſæpe reprehenduntur ab hebraizantibus, aliisque ultra ſobrietatem ſapere volentibus, videant, ne & ipſos, dum ex cognatis lingvis patrocinia, & novos ſenſus tanto fervore colligunt, poſterior ætas redarguat. Iſai. 3. 9. hachchara (pag. 507. lin. 24.) 70. Arabicam notionem *aſchyne* h. e. *pudor* poſuerunt, & non ipſis probatur hæc verſio. Deut. 23. 10. pollutionem nocturnam paſſus extra caſtra jubetur egredi. Hebr. hæc immundities vocatur *harœh lajlah:* accidens noctis, juxta al. *mem* formativo *mikrœh* caſus, contingens. 70. *ryſis nyktos* nocturnus fluxus, ex Arabico, ut Maymonides exponit Tom. I. Berachoth pag. 11. apud Surenhuſium; nec tamen ſequuntur Hebraizantes.

Pſ. 17. 46. Filii alieni mentiti (blanditi) ſunt mihi, filii alieni inveterati ſunt, h. e. evanuerunt, defecerunt a fidelitate mihi debita, deciderunt, ſicut folia arborum, & *claudicaverunt a ſemitis ſuis.* h. e. perduellionis, & initæ cum Abſalom, atque aliis rebellibus ſocietatis rei,

ex-

externe tamen ſe mihi addictos ſimulantes, jam huc, jam illuc ſe vertebant, *jachhregu* h. e. a ſemitis rectitudinis claudicando deflexerunt, ita 70. *echólanan*, ſeu *claudicaverunt*, h. e. non ſincere mecum inceſſerunt. Vox iſta *chharag* hoc una Scripturæ loco legitur, quare vera illius ſignificatio ignoratur, ait Calmetus. Ex reali parallelismo Miche. 7. 17. æquipollere creditur verbo *ragaz* h. e. *commoveri*, ſed vulgo exponitur *horruit*, *expavit*, *timuit*, quia Chaldaice *timor*, ſeu Hebraicum *e'mah* Deut. 32. 25. *chhargü* redditur; Arabibus *chharagyzsa* vulgare eſt pro *exivit*, foras prodivit, ut Pſ. 18. in omnem terram *chharagyzsa*, ſeu exivit ſonus eorum; in *Hiphyil* achhragyzsa produxit, e. gr. Gen. 1. 12. terra *produxit* germen, achhregeth el erdu.

Quid multis opus eſt verbis? Hebræus textus vel hic Pſ. 17. vel 2. Reg. 22. 46. eſt per metatheſin, ſeu transpoſitionem literarum corruptus, idem enim eſt Pſalmus ubique; ſed illic habetur literâ gimel cum reſch permutatâ *jachhgeru*, *chhagar* Hebr. cinxit, Chaldaice *claudicavit*, & Hebræorum, *piſſachh* claudicans Thargum reddit *chhagir*, ergo 70. hanc ſignificationem, & non male elegerunt. Hieronymus 2. Reg. 22. 46. contrahentur in anguſtiis ſuis. h. e. circumcingentur. Communiſſima verſio eſt: *cum trepidatione exeunt e clauſuris*, vel munimentis, ſeu arcibus *ſuis*. Hebr. *mimmisgerothæhæm.* Non manent in locis, ad quæ diſpoſiti ſunt, exeunt non ſine metu ad hoſtes, ut ſolent occulti proditores. David uniformiter cecinit, idem utroque loco poni oportuit. Miratur Bellarminus, 70. viralis verſionis ſenſum in

re incerta deſertum a novis interpretibus. Recte dixeris: claudicando in duas partes, adeoque & cum metu *chharegu* h. e. exiverunt ex anguſtis ſuis clauſuris, quibus continebantur, ſicque a me defecerunt, non inter cives patriæ, ſed inter alienos, & extraneos numerandi.

Hieronymus Cant. IV. 1. Quam pulcra es amica mea, quam pulcra es! oculi tui (ſicut) columbarum *absque eo, quod intrinſecus latet*, capilli tui, ſicut lana gregis, dentes tui, ſicut tonſarum, (ex lavacro candentium) labia tua, & eloquium tuum dulce, ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, *absque eo, quod intrinſecus latet*, collum tuum decore eminet, duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.,, Hæc ideo ex contextu adduco, ut evincam adverſus Calmetum, & Hieronymum, (prout etiam ipſe explicari ſolet in hunc locum) partem illam ſecretiorem, quam conſultura pudori natura occuluit, iſthic non debere intelligi; quam in rem memini plura ſuo loco me attuliſſe, hic vero illud ſuffecerit, credi neutiquam poſſe, ut vel per figuram præteritionis membri illius mentio facta ſit, cujus commemorandi nulla omnino fuerat ſeu neceſſitas, ſeu convenientia; plurimum ſane abhorret a veritate, & communi ſenſu, ut, quando oculos, genas, & capillos laudat, immediate ad ſubductas conſpectui ab ipſa natura partes ſermonem detorſerit. Deinde ſi quid ſimile adferendum erat, C. 8. 2. fuiſſet opportunius. Turpitudinem mulierum ad denotandam ſummam ſexus ignominiam, & proſtitutionem revelatum iri ſacri vates præcinunt, ſed generalibus utuntur vocabulis turpitudinis, nuditatis &c. quia, *ut dicit*

May-

Maymonides in More Nebuchim, ſeu Doctore perplexorum par. III. C. VIII. edit. Buxtorf. Latinæ Baſileens. anni 1629. pag. 349. (quod opus Arabica lingva in Ægypto ante 600. circiter annos ad obſcuriora S. Scripturæ loca rectius intelligenda edidit) *Severe in lingva ſancta prohibita eſt omnis obſcœnitas oris, & ſermonis, in lingva iſta nullum extat proprium, nec virilis, nec muliebris membri generationis vocabulum, ſed exprimuntur vocabulis tropicis, ac metaphoricis.* Quod autem Iſai. 3. 17. dicitur, pariter tralatitium eſt a cardinibus oſtii, immo pro hoc ſignificato incertum, cum multi cæſariem malint interpretari. Poterat obſcœna pars Iſai. 47. 3. vocabulo *ſilentii*, velut id, quod ne nominari quidem debeat, deſignari, & vocem *tzemmathech*, quod ſonat *ſilentium tuum*, cit. l. Iſai. pro hac parte obſcœna mulieris ſupponere cenſet Hieronymus, male hinc infertur etiam in Canticis ab eodem voces: *abſque eo, quod intrinſecus latet*, pro eadem parte uſurpari, cum pro velata parte, aut capillis tecta, & latente poſſint intelligi; in Hebræo eſt *mibbayad* h. e. præter, *letzammatech* h. e. (ſi non fallimur in eo, quod nemo novit mortalium) plexuram capillorum; *mibbayad* potius *intra*, vel *e medio* cincinnorum tuorum prominent, uti columbarum. *Tamam*, quod oritur ex *tzamam* plectere comas una cum ſuis derivatis apud Arabes ſignificat: eſt etiam conſtringere, velut in nodos, ut Hung. tsomó; ita tzmmah diceretur, in ſtatu conſtructo *tzammath*, poſſetque verti: *oculi tui, ſicut columbarum apparent e medio comarum tuarum anteriorum.* 70. & Hier. *thav*, habebant pro radicali, & acceperunt ſignificatione

Arabica *tzamatah: ſiluit*, quæ ſignificatio eſt principalis vocis hujus etiam in Hebræo, licet in Bibliis nuſpiam occurrat, prout vulgo vertitur, reddunt enim *excidit*, *deſtruxit*, proprie *ſilere fecit*; ſic in Ar. verſione N. T. loco *obmutuit*, occurrit verbum hoc e. gr. 1. Cor. 15. 8. mulier in Eccleſia (tzamat) taceat. Si Arabicæ ſignificationes usque adeo ſunt obſervandæ, ut quid 70. & Hieronymus arguuntur? *Tzammath* velum capitis volunt alii denotare: de ſub velo capitis eminent oculi tui. Hieronymi in Iſai. C. 47. 3. verba ſunt: Symmachus tzammathech reddidit *ten ſiôpéſin ſu*, *quod nos exprimere poſſumus taciturnitatem tuam, quod taceri debeat præ verecundia. Quod & in Cant. legimus, ubi ſponſæ pulcritudo deſcribitur, ad extremum infert: absque taciturnitate tua; nolentibus, qui ſanctam Scram. interpretati ſunt, transferre nomen, quod ſonaret turpitudinem. - - - ergo tzammatech verenda mulieris appellantur*, *cujus etymologia* (ſi ducatur a tzamà ſitivit, ſed valde remotum hoc) *apud eos ſonat: ſitiens tuus, ut inexpletam Babylonis indicet voluptatem.*

Idem Hier. Iſai. 22. 17. vocis *gabher*, quæ Hebræis virum ſonat, (ut patet ex nomine Gabriel vir Dei, vel vir fortis, aut fortitudo Dei) Chaldæo - Rabbinicam ſignificationem adoptavit (pag. 515. l. 4.) reddendo gallum gallinaceum. Si tam conſulendæ ſunt lingvæ cognatæ, non oportuit in hanc interpretationem tot cavillos inferre. Pſ. 60. 10. *Moab olla ſpei meæ*, Symmachus, cujus translatione valde delectabatur Hieronymus: *Moab lebes ſecuritatis meæ.* h. e. ex devictis Moabitis victui neceſſaria *ſpero* eſſe

de-

Digitized by Google

deſumenda, provincia eorum mihi inſtar ollæ, carnibus, & eſcâ plenæ ſerviet. Itaque 70. & Symmachus Syro-Chaldaicam verbi *rachhatz*, quod Hebræis valet *lavit*, *abluit*, Syris, & Chaldæis, *confidit*, *ſperavit*, notionem elegerunt, non tamen adquieſcunt moderni, ſed malunt transferre: *Moab* (erit) *vaſculum lotionis meæ*, erit pollubrum meum, h. e. infima, & viliſſima mihi cogetur obire miniſteria, ſicut dicitur in contextu: Idumæam occupabo, (calcei, ſeu pedis ſuperimpoſitione terræ, ſeu fundi occupatio, & in ſuam poteſtatem redactio deſignabatur) ſive: Idumæis (velut domini ſolent famulis, quando exuunt, projicere) calceos meos projiciam. Vulg. *in Idumæam extendam* poteſtate occupationis *calceamentum meum*, mihi Philiſtæi jam veluti victori ſubditi ſunt. (pag. 573. lin. 6.) Res ipſa narratur 2. Reg. 8. 2. Aliqui per ollam lotionis intelligunt talem Moabitarum interfectionem, ut ipſorum ſangvine, & cadaveribus campi quoque repleantur, & victorum pedes, manusque laventur: ſangvine Moabitarum lavabo manus meas: ſicut Pſ. 58. 11. lætabitur juſtus viſa vindicta, *manus ſuas lavabit in ſangvine peccatoris.* (pag. 690. lin. 25.) Ergo nec in cognatis lingvis certa eſt ſpes ſecuritatis.

Et ſane incredibile videtur, voluiſſe Deum, ut ad determinandum Scripturarum ſenſum omnium Orientalium lingvarum cognitionem afferamus, nec ſecus, quam ex ſignificatione tot dialectorum interpretationem textuum liceat aſſumere. Talis Scripturas explicandi methodus eo ipſo minus ſecura eſt, quia antiquis incognita, qui in occurentibus obſcuritatibus non tam lingvis

vis Orientalibus, quam præcedenti Traditioni, & magiſterio Eccleſiæ deferendum eſſe docuerunt.

Cæterum complura adhuc poſſent adduci, quæ Hebræi ſermonis Biblici obſcuritatem, & jam hodie, remota Traditione Eccleſiæ, incertitudinem plus, quam ſatis eſt, demonſtrant, verum quia allatæ hæ ipſæ XII. cauſſæ, ſive fontes obſcuritatis hujus plene ſufficiunt, manum de tabula.

SE-

Digitized by Google

SECTIO VI.

IDEM LABOR PARANDÆ NOVÆ VERSIONIS, CUM SOLI FONTES HODIERNI PRO NORMA SUMUNTUR, EA POTISSIMUM EX RATIONE MINUS FELICITER CEDIT, QUOD FONTES ISTI MULTIS IN LOCIS CORRUPTI SUNT.

I.

Hebræum, qualis hodie ſupereſt, V. T. textum multiplex auctoritas, & graviſſimæ rationes erroris convincunt.

In Eccleſia Chriſti duplex eſt conſtituta via pertingendi ad cognitionem veritatis, & in ambiguis aſſequendi, quæ vera, ſalutaria, aut demum ſi non prorſus certa, tutiora tamen ſunt, & meliora, via nimirum Authoritatis, & rationis: utra alteri præferenda ſit, extra Eccleſiam diſceptatur, nos vero in Eccleſia Authoritati potiorem locum eſſe concedendum profitemur. *Unde igitur exordiar? ab auctoritate, an a ratione? naturæ quidem ordo ita ſe habet, ut cum aliquid diſcimus, rationem præcedat auctoritas. Nam infirma ratio videri poteſt, quæ cum reddita fuerit, auctoritatem poſtea, per quam firmetur, aſſumit.* Auguſtinus L. de moribus Eccleſiæ Cath. C. 2. Tom. 1. edit. Venet. 1756. col. 869. Dum itaque nihil in Eccleſia Catholica ſalubrius fieri potuit, quam, ut ratio-

nem præcedat auctoritas, hac primum decernamus, rationum momenta poſtmodum expenſuri.

A primis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus hæc fuit non interrupta ætatum ſucceſſione roborata Patrum, & Doctorum Eccleſiæ firma ſententia.

(I°) Alexandrinam verſionem ad repræſentandum ſcriptum Dei verbum adæquate ſufficere, Hebræos codices in multis deficere, quæ in verſione hac integre, & fideliter conſervantur. Relege Sectionis Iæ paginas 174. 183. & IIæ pag. 331. 335. 337. 339. 345. 350. 351.

II° Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis ſemi-Chriſtianorum verſiones quoad ea, quæ attributa, & circumſtantias ad Meſſiam ſpectantes complectuntur, eſſe corruptionem ſtudioſe paratam (pag. 262. lin. 17.) utpote qui intentionem omnem eo dirigerent, ut luminibus 70. viralis translationis, qua Eccleſiæ Chriſti adverſus Judæos utebantur, (pag. 344. lin. 8.) obſtruerent. Sic enim dicere ipſi ſolent, qui nobis adverſum tenent, Patres, dum Judæos de corruptione Scripturarum accuſant, de infidelibus hiſce verſionibus intelligi debere. Vadum hoc equidem difficile eſt: Patrum dicta dum attentius expendo, in genere locutos fuiſſe, ut ſignificare voluerint, Judæos etiam in Hebraicos codices ſacrilegas manus intuliſſe, deprehendere mihi videor; translationis fidem primum deſiderant, quam non adeſſe lectione cognoverunt, ſed textus Hebræi integritatem non hoc ipſo ratam volunt. (pag. 183. lin. 29. & 187. 188. 193.) Scite animadvertit Valtonus, Patrum dicta ad ſolas verſionum corruptelas ægre reſtringi; tantum de verſione locutos fuiſſe, *an de omnibus*

dici

Digitized by Google

dici poſſit, multum dubito, inquit Prol. VII. Addit Patres non putaſſe, neceſſarium eſſe circa lectiones Hebraicas occupari, etiam ne aliquid Judaismi approbare viderentur, ut omnis Judaicæ perfidiæ præſidium oblivioni traderetur, ut nemo ad antiquatum ſacrarii ſplendorem oculos referret. *Hebraicos codices* ex ratione depravationis illi repudiant, ut adeo non quomodocunque vitiatos, ſed etiam certo conſilio depravatos ſtatuere videantur.

Natalis Alexander (pag. 223. lin. 14.) Theſauri Theol. Tom. VII. par. 1. pag. 197. affirmat, Patres immanem illam, & multiplicem 70. viralis verſionis ab Hebræo fonte diſcrepantiam in Judæorum perverſitatem refudiſſe, qui codices, (utique Hebraicos) quos apud ſe habebant, poſtea vitiaverint. „*Et quidem ſacros codices a Judæis fuiſſe depravatos, omnes ferme antiqui Patres teſtantur. Juſtinus Martyr inſignia iſtius depravationis profert exempla.* Præcipue illud a Judæis reſectum: *Ego ſicut agnus deſtinatus ſacrificio, contra me cogitarunt cogitationes: venite ponamus lignum in panem ejus*, (pag. 768.) *& deleamus eum de terra viventium. Et quoniam hæc particula* (ſic vir S. continuat) *de ſcriptis Jeremiæ reſecta, ſupereſt adhuc in aliquot exemplaribus, quæ in Synagogis* (Hebraice indubie, & ex textu Hebraico, quippe in Paleſtina) *leguntur*, *(ante paucos enim annos eam ademerunt) expedire ſe non valentes ex his anguſtiis, vertuntur ad convitia. Nec veſtris Doctoribus credo, negantibus 70. ſeniores interpretis officio recte functos apud Ptolomæum Regem, dum ipſi ſecus interpretari conantur. Multas*

quoque Scripturas in totum ſuſtulerunt ex editione 70. ſeniorum, quæ manifeſte hunc ipſum crucifixum, & Deum, & hominem, & in cruce mortuum prædicabant, quod vos ignorare non patior.

Editor Tom. 1. Biblioth. Veterum Patrum curâ Andreæ Gallandi Presbyt. Congr. Orator. Venet. 1788. pag. 528. ita loquitur: „Res negari non poteſt, deerat locus Jeremiæ in novis exemplaribus Judæorum, non aberat ab antiquioribus, ea re in anguſtias conjecti Judæi cœperunt Chriſtum maledictis inceſſere.„ Proſequitur Juſtinus in eodem dialogo an. Chr. 141. adverſus Tryphonem, qui juxta Euſebium L. 4. C. 18. Rabbinorum celeberrimus fuit, idem veroſimilius cum Tarpho, prout Judæi nominant: *Hæc etiam ex Jeremiæ dictis ſimiliter reciderunt: recordatus eſt Dominus Deus mortuorum - - - & deſcendit ad eos, ut evangelizaret eis ſalutare ſuum.* Item: *Ex his igitur, quæ Esdras in legem de Paſchate ſancitam differuit, hæc reſciderunt* &c. *Et ex Pſalmo Davidis* (95°) *hæc perpauca abſtulerunt:* Gr. lexeis bracheias apheilanto tautas: *a ligno:* apo xylu: *nam cum ita dictum fuiſſet: dicite in gentibus: Dominus regnavit a ligno: reliquerunt: dicite in gentibus: Dominus regnavit.* Repetit, atque reprehendit id ipſum etiam Apolog. 1. nr. 41. Utitur vocibus *perieilon*, *periekopſan*, *apheilonto*, *aphékan* &c. pag. 529. & 530. quæ omnia furtum exprimunt Judaicum, Trypho autem abſolute inficiari non auſus tantum iſtud reponit; *utrum ex Scripturis aliquid, ut aſſeris, Principes populi deleverint, Deus ſcire poteſt. Ceterum*

vi-

videtur id incredibile. Replicat Juſtinus, eſſe quidem hoc ſcelus illa, quæ ſub Moyſe commiſſa eſt, vituli adoratione enormius, confici tamen exemplis ſatis claris. Salmeron Proleg. IV. pag. 40. edit. Colon. Agripp. an. 1612. (pag. 47.) narrat ex hoc Juſtini dialogo, a Rabbinis Jeroſolymitanis deſtinatos fuiſſe legatos in omnes oras Judæorum, qui toto terrarum orbe diſperſi erant, ut Chriſto, & Chriſtianis adverſarentur, quibus teſte Hieronymo ter in ſingulos dies in Synagogis ſuis maledicere conſveverunt. Porro Juſtinus, origine Sichemita, Hebraice doctus, idoneus teſtis cenſendus eſt, qui de Hebraicis exemplaribus, quippe in cætibus Judaicis uſitatis, loqui videtur, & quidem grande hoc crimen vitiatarum per Judæos Scripturarum Rabbino illa ætate famoſiſſimo palam objiciendo. pag. 572. *Quas* (Scripturas de Chriſto) *quidem ſi intellexiſſent Doctores veſtri, probe ſciatis, deleturos fuiſſe, quemadmodum & eas deleverunt, quæ mortem Eſaiæ ſpectant, quem ſerra lignea diſſecuiſtis.* Ita Juſtinum intellexit Euſebius Hiſt. L. 4. C. 18. pag. 154. *a Judæis quædam e ſacris libris reciſa, atque expuncta eſſe*, ut Scripturas V. Tti. noſtris codicibus facerent eſſe contrarias.

Tertullianus L. de habitu muliebri C. 3. „Et legimus omnem Scripturam ædificationi habilem divinitus inſpirari, a Judæis poſtea jam videri propterea reſectam, ſicut & cetera, quæ Chriſtum ſonant. Nec utique mirum hoc, ſi Scripturas aliquas non receperint de eo locutas, quem & ipſum coram loquentem non erant recepturi.„ Ponit vir literatus non in verſionibus tantum, ſed quoad ea, quæ Chriſtum ſonant, in

ſolidum Scripturas a Judæis repudiatas, ſicut in ſolidum verba loquentis Chriſti poſtea repudiarunt.

Chryſoſtomus hom. 5, in Matth. & hom. 9. in C. 1. Matth. Item 2. Cor. C. 2. 1. Cor. C. 14. dicit, Spiritum S. idcirco in V. T^to^ non ſemper fuiſſe aperte locutum, *ne Judæi facerent, quod in aliis fecerunt, delentes namque literas, inficiati ſunt Scripturam, in illam intendere non valentes.* Non de verſionibus, ſed de ipſo qualicunque textu Scipturæ loquitur Sanctus iſte, & Judæorum notat improbitatem pariter, & ſocordiam: *Multa* (inquit) *ex Propheticis perierunt monumentis, deſides enim cum eſſent Judæi, nec deſides modo, ſed & impii, alia quidem conciderunt, & de profanatione quidem tali Jeremias refert*, (cap. 36. 32. dum prophetiam, & comminationes Jeremiæ in carceres recluſi comburi juſſit Rex Joakim) *de negligentia vero* (IV. Reg. 22. 8. confer pag. 114. lin. 15.) *legimus, quoniam poſt multum temporis vix Deuteronomii volumen ſit repertum, defoſſum in quodam loco, ac pæne deletum.*

Paria habent Athanaſius, Theodoretus, Epiphanius. Demus interim Patres de verſionum perverſione loqui, quoniam tres illi *judaizantes hæretici Aquila, Symmachus, & Theodotion*, prout dicit Hieronymus, *multa Myſteria Salvatoris ſubdola interpretatione celarunt.* Si in verſione infideles, nec in fontium conſervatione, qua parte Chriſtum annunciant, ſunt meliores judicandi; Patres corruptionem verſionis tam exſerte objicientes non poterant non concludere, Judæos in ſuis, quos occulte retinent, exemplaribus deſcribendis eo minus eſſe fideles, & animo ſincero comparatos. Quisquis

quis enim translationes publice audet corrumpere in lingva orbi vernacula, qualis tum Græca fuit, aut verſionem falſam contra fidem priorum præſumit adducere, in penetralibus, & ſcriniis ſuis quanto magis? an veritates Chriſtianis rebus fulciendis idoneæ, ipſis in conclavi ſuo concluſis, & deliteſcentibus minus exoſæ fuerunt, ut in arcanis cuſtodirent, quas in conſpectu univerſi orbis non minus, quam Chriſtum ſunt execrati? quaſi qui publice falſas profert ſententias, occulte foveat, tueaturque veriſſimas, ut qui in luce impudicus fuerit, in tenebris continens eſſe laboret! putasne eos, qui, ut tibi eripiant Biblicæ lectionis veritatem, Majorum ſuorum ſenſa rejecerunt, in tradenda codicum ſuorum fidelitate tibi famulari voluiſſe?

III° Ad Hebræum textum pro iis, quæ fidei, aut morum doctrinam abſolvunt, verbo: pro quæſtionibus religionis non eſſe appellandum, (pag. 335. lin. 24. 337. lin. 25. 341. lin. 29. 351. lin. 15.) atque ideo Hebrææ lingvæ ſtudium non eſſe neceſſarium; quod quidem non obſcure indicat omnium de fortuita, aut potius ſtudio parata corruptione commune judicium, ſecus enim Hebraicorum codicum lectionem, &, quæ huic fini neceſſaria erat, lingvæ cognitionem commendaturi erant, & plurimi etiam ſibi comparaturi, qui ſolerter, & avide omnia veras Scripturas habendi, conſervandique media adhibuerunt.

Edic ſodes! ubi per tot ſecula ſtudium hujus lingvæ propoſitum fuerit, tamquam *propter ſe, & ex interna quadam neceſſitate* continuandum? erant in Eccleſia omni ſæculo lingvæ Hebraicæ gnari, quorum plures, ſequenti ſectio-

ne recenſere conſtitui, ſed non veluti hæc foret cognitio ad corrigendam Eccleſiæ Catholicæ verſionem per ſe neceſſaria; præcipuis in Eccleſia viris nulla occurrit cogitatio Hebraice diſcendi, ut fidei Catholicæ aliqua inde accedat utilitas; aderant ex Judæis converſi, aderant bene in Hebraicis tum adhuc verſati Rabbini (pag. 454.) ſed præter Origenem, qui teſte Hieronymo de Viris illuſtribus Tom. II. col. 893. edit. Vallars. *Hebræam lingvam contra ætatis, gentisque ſuæ naturam edidicit*, & ipſummet Hieronymum, qui eos conſulendos, aut audiendos putaſſet, vel diſcendi cauſa acceſſiſſet, non legimus: ſed neque Hieronymus ideo lingvæ hujus difficultates ſuperandas aſſumpſit, ut vulgatum in Eccleſia codicem aut inſufficientem ſtatueret, aut in momentoſis quaqua ratione reprehenderet. (pag. 338.) Tanta Hebræum diſcendi negligentia, ſi codices Hebræorum integri fuiſſent judicati, culpa non vacaſſet; minima Fontis hujus cura maximam arguit aut de nulla ejus neceſſitate, aut de manifeſta depravatione perſvaſionem.

Tardius Viennenſe in Gallia Concilium an. 1311. ſub Clem. V. (prout habes in Corpore Jur. Can. Clement. L. V. Tit. 1.) pro re nata *ex occaſione fidem apud Saracenos, aliosque infideles diſſeminandi* Profeſſores lingvarum, Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ in ſtudiis Romanæ Curiæ, Academiæ Pariſienſ. Oxon. Bonon. & Salamantinæ conſtituendos decrevit, nulla Græcæ lingvæ (ſaltem in vulgatis editionibus) facta mentione, cujus tamen propter Fontes N. Tti præcipua ratio habenda erat, ſi ex neceſſitate interna Biblicæ cognitionis hæc emanaſſet con-

conſtitutio, quam ad propagandam apud Catholicos Theologos Arabicæ lingvæ cognitionem potiſſimum refert ſynodus, quod Mahometana colluvies regna complura pervaderet, quæ Chriſto vindicare fideles, immo etiam ipſam terram ſanctam occupare voluerunt. Verba decreti ad intelligendum ejusdem ſenſum audire ſufficit: *Ut errantes in viam veritatis inducere, ipſosque lucrifacere Deo valeamus*, quod absque peritia lingvarum fieri non poteſt, quia non proſunt verba, *ſi auribus lingvam loquentis ignorantium proferantur*, ideo ad exemplum Chriſti ſuos Apoſtolos cum dono lingvarum ad prædicandum dimittentis *viris Catholicis notitiam lingvarum habentibus, quibus utuntur infideles, præcipue abundare ſanctam affectamus Eccleſiam, qui infideles ipſos ſciant, & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, Chriſticolarumque collegio per doctrinam Chriſtianæ fidei, & ſuſceptionem ſacri baptismatis aggregare:* Ut prædicatores *inſtructi, & edocti ſufficienter in lingvis hujusmodi fructum ſperatum poſſint Deo auctore producere, fidem propagaturi ſalubriter apud ipſos populos infideles.*

IV° Patrum ſententia fuit Hebræum textum in nonnullis locis corrumpi poſſe, immo non ſupereſſe, niſi mutilatum Pſ. 95. 9. *Dicite in gentibus, quia Dominus regnavit*; hoc enim diſerte aſſerunt præter S. Juſtinum, quem paullo ante produximus, Tertullianus, Lactantius, Arnobius, S. Aug. S. Leo M. Caſſiodorus, Greg. M. Greg. Turonenſis, Auctor Opuſculi de montibus Sina, & Sion, Theodulphus, vel Fortunatus, Auctor hymni paſſionis, Eccleſia acceptante: *impleta ſunt, quæ concinit David fideli ca-*

Digitized by Google

carmine, dicendo nationibus, reghavit a ligno Deus. S. Bernardus Serm. de reſurr. Domini:

Et quidem Leo M. Serm. IV. de paſſio. Dom. C. 2. Principes Sacerdotum dicentes: Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei: hiſce redarguit: *Non quidem legiſtis: Dominus deſcendit de cruce, ſed legiſtis: Dominus regnavit a ligno*: apud Tricalet. Tom. VI. edit. Baſſan. 1783. pag. 155. & 218. Olim 70. ita habuiſſe Caſſiodorus (pag. 47. lin. 30.) teſtatur, quod ex MSS. apud Scipionem Maffejum confirmatur, ubi legitur: *hoti ho Kyrios ebaſileuſen apo xylu*, nempe prout Patres ex 70. legerunt: atque ita ferunt Pſalteria Romana, Gothicum, S. Germani, Carnotenſe, & Eccleſia in commemoratione de cruce tempore paſchali: *dicite in nationibus Alleluja: quia Dominus regnavit a ligno Alleluja.* Calmetus in hunc Pſ. vult a ſciolo quodam ex margine in 70. viralis verſionis complura exemplaria eſſe illatum *a ligno;* ex illuminatione Spiritus S. a 70. verſoribus adjectum cenſet Genebrardus; Hebræos *meyetz* h. e. *a ligno* reipſa in textu ſuo quondam legiſſe contendit Tourneminius, cum enim Patres non obiter, ſed ex inſtituto, atque polemice contra Judæos lectionem iſtam proferant, nativam, & originariam eſſe ponebant, nec quæritur, rectene Patres ita de hoc loco judicaverint, (quod tamen jure præſumitur, dum contrarium probetur) infertur ſolum, cum Judæis depravationem iſthic palam objiciant, malam eorum fidem in genere ipſis fuiſſe perſpectam, & quia dixerunt, ſatis eſſe, in 70.

re-

Digitized by Google

reipſa *a ligno* legi, verſionem 70. Hebræo textui ab eis fuiſſe prælatam. *(hh)*

Cæterum ſi pauca ſuperſunt nobis etiam in aliis quæſtionibus, quibus adjuvemur, veterum monumenta, quod non tam ſcribere, quam viva voce ſententias ſuas tradere, ſeu de Scripturis, ſeu de rebus aliis ſunt ſoliti, quodve etiam, quæ ſcripto ſignata fuere, temporum injuria periverunt: Quanto a nobis minus expectandum, ut multa veterum adducamus teſtimonia in rebus iſtius modi, in quibus tractandis ſtudium nullum poſuerunt, qui nimirum Hebræo textu neglecto (pag. 331. & ſeqq.) lectionem 70. viralem, Apoſtolorum auctoritate firmatam, velut unicam fidei regulam uſurpaverunt.

Qui

(*hh*) Deus ſummum in hominem imperium arboris interdicto oſtendit Gen. 2. 17. Chriſtus vero a ligno, ſeu inde a paſſione in ligno crucis conſummata cœpit regnare Joan. 12. 32. ad Philip. 2. 9. ex quo non videtur inconvenienter dici, hanc veritatem a Davide citt. Pſ. præſignatam, cum conſtet non voculam, qualis eſt *meyetz*, h. e. *a ligno* tribus literis expreſſam, ſed integras etiam propoſitiones ex Hebræo demum excidiſſe. (pag. 690. lin. 14.) Si dicis contrarium, fateare neceſſe eſt, in exemplaria plurima, quæ laudatis Patribus præſto fuerunt, additionem ſenſum mutantem ſuccedere poſſe, quæ longo poſtea tempore apud pleroſque obtineat. Si admittis *a ligno* originarie textui adhæſiſſe, poſteaquam vocula iſta ab omnibus Hebraicis, 70. & Vulgatæ codicibus abeſſe cognoſcitur, habemus exemplum depravationis per ſubtractionem illatæ, quæ codicibus omnibus poſſit communicari, atque actu communicetur, in re non exigui momenti, & cum variatione ſententiæ, longe namque diſtincta ſunt: *Dominus regnavit:* & *Dominus regnavit a ligno.*

Digitized by Google

Qui tamen aliquam Hebraici textus rationem, notitiamque habuerunt, quorum proinde potior debet eſſe conſideratio, S. Juſtinus, Epiphanius, (pag. 19. lin. 3.) & Origenes a nobis faciunt; hujus quidem, primi poſt Apoſtolos Eccleſiarum in interpretandis Scripturis magiſtri, clariſſima eſt ſententia pagina 183. & ſequentibus prolixius demonſtrata, &, quod pondus addit non leviſſimum, quicunque veterum Patrum Danielis, & Eſtheris additamenta pro ſacris, & Canonicis agnoverunt (pag. 174.) Judæorum codices eſſe diminutos, adeoque ſubtractione ſtudioſè depravatos conſequenter, ſi non expreſſe, implicite tamen docuerunt.

Auguſtinus, licet alibi definite loqui videatur, nihilominus L. 15. de Civ. Dei C. 11. in utramque partem opinando lectorem dimittit, ut quod voluerit, ſentiat, ipſe nihil auſus definire. *Sed inquiunt non eſt credibile, 70. interpretes, qui uno ſimul tempore, unoque ſenſu interpretati ſunt, errare potuiſſe, aut, ubi nihil eorum intererat, voluiſſe mentiri: Judæos vero, dum nobis invident, quod lex, & Prophetæ ad nos tranſiverint, mutaſſe quædam in codicibus ſuis, ut noſtris minueretur auctoritas. Hanc opinionem vel ſuſpicionem accipiat quisque, ut putaverit.*

Verbo *inquiunt* ſufficienter innuit, multos ita ſentire, 70. ubi diverſum quid ab Hebræo offerunt, recte habere, Judæos autem poſt tempus adornatæ hujus verſionis quædam ſubinde in codicibus ſuis mutaſſe. Igitur auctoritas Auguſtini nobis objici non poteſt, quia, ſi ille nos ſentire, ut placuerit, permittit, auctoritas ejus ad conſenſum non cogit. Ita dein licet ra-

ratiocinari: Vel putavit Aug. Hebraicam inter, & 70. viralem lectionem non tantum diverſitatem, ſed veram contradictionem intercedere, ut alterutram errare ſit neceſſe, vel iſtud non putavit: *ſi primum*: neceſſario Hebræum textum poſtea mutatum fuiſſe cenſuit, cum 70. viralem Propheticam, & infallibilem eſſe conſtanter docuerit, (pag. 224. lin. 22.) non tantum, prout eſt ab illis olim profecta, ſed etiam qualis ævo illo extabat, pauculis lectionibus e. gr. numeros de annis Patriarcharum, aut ſimiles ſupputationes complectentibus duntaxat exceptis, quas in exemplaribus ſuæ ætatis imprudenti transſcribentium induſtriæ dabat. (pag. 310 lin. 10.) *ſi ſecundum:* Juxta Adverſarios multum erravit, ſtatuunt enim 70. verſioni reales, & quidem copioſos errores native, atque originarie adhæſiſſe, germanæ lectioni authentici codicis vere oppoſitos. Porro errantis auctoritate moveri non convenit, quem ipſum alios ſequi, & errorem oportet dediſcere.

Si Auguſtinus 70. viralis editionis, quam ſolam Eccleſia Catholica illo tempore probavit, tanta ductus eſt reverentia, ut authentiam ejus etiam in re mere chronologica contra Hebræam lectionem teneri, & doceri permiſerit, quid facturus erat, ſi textus ad Meſſiam ſpectantes in Hebræo aliter legi, & tam varie, ac miſere, ut hodie, lacerari cognoviſſet? num Hebræos codices Eccleſiæ lectioni prælaturus erat? Sed neque tanta eſt, etiamſi definite loqueretur, Auguſtini in hac quæſtione auctoritas, ut ab eo diſcedere non ſit integrum, dum alii Patres ipſi opponuntur numero plures, auctoritate hoc in genere non minores, ut obſervat Mariana.

(pag.

(pag. 52. lin. 30.) Recte dici poteſt, cum Salmerone (pag. 104. lin. 32.) Prol. 4. pag. 40. Si ſuperſtes eſſet Aug. & intelligeret, quæ libri Thalmudici, & Rabbini de literarum mutatione, & variatione punctorum tradunt, aliter fuiſſe judicaturum; nam, ſicut juxta eundem Auguſtinum facile fuit codices omnes 70. editionis ex uno male deſcripto labefactari: ita de primo Hebraico codice vitiato (pag. 376. lin. 30.) alia fluere poterant exemplaria jam corrupta.

Demum vir S. Hebræos codices numquam conſuluit, quos ex ignoratione Hebraicæ lingvæ adire non potuit; igitur dirimendæ huic quæſtioni minus fuit idoneus. Verſioni 70. virali eundem, quem Moyſis autographo, Spiritûs S. afflatum largitus eſt, ſi proin ex lectione tantam, quæ hodie intercedit, differentiam noviſſet, Hebræis codicibus minus tribuiſſet. Eadem ignorantia ipſi, quando Matth. 16. Petrum a petra diſtingvit, authoritatem detrahit, & errandi præbet occaſionem. Non puto Hebraicam lingvam ei fuiſſe penitus ignotam, tum quia eandem eſſe cum Punica Africanorum circa Hipponem, & Carthaginem, ſæpiuſcule inculcat, ut *permulta*, & *pene omnia* utrique lingvæ communia ſint vocabula, Tract. 15. in Joan. & L. 2. C. 104. contra Literas Petiliani; item Serm. 35. de Verb. Domin. Tum vero. quod Punicam, ſeu Phœniciam majori ex parte obſoletam, & apud ſolos fere ruſticos ſuperſtitem, velut Eppus. loci Intellexerit, (Serm. 24. de Verbis Apoſt. *Proverbium hoc Punicum Latine vobis dicam, quia Punice non omnes ſcitis.* Aug. apud Bochart. col. 769.) quam Hebraicæ concordaſſe poſt liquidas, & copioſas Bocharti

L.

L. 2. Geogr. toto, a Colum. 699. usque 789. demonſtrationes non ambigunt eruditi; (pag. 481. lin. 27.) exacta tamen caruit ejus cognitione, ut in quæſtionis, num in Hebræo codice omnia recte ſe habeant, deciſione arbiter ſedere non potuerit; quia, dum aliquid de Hebræo textu ſtatuendum fuit, ſemper aliorum fidei ſe commiſit, eligens doceri potius, quam docere. e. gr. Tom. VI. OO. edit. Venet. 1756. col. 739. quando *magnum*, ut vocat, Pſalmum 118. *Beati immaculati* exponit, dicit *octonos verſus in Hebraicis codicibus ab ea, quæ illis præponitur, litera incipere, ſicut nobis ab eis, qui illas noverunt literas, indicatum eſt.* Item epla. ad Memorium 101. Tom. I. Col. 357. loquens de muſica dicit: „Quibus numeris conſiſtant verſus Davidici, non ſcripſi, quia neſcio. Neque enim ex Hebræa lingva, quam ignoro, potuit etiam numeros interpres exprimere: certis tamen eos conſtare numeris, credo illis, qui eam lingvam *probe* callent.„ L. II. Conf. C. 3. Tom. I. Col. 232. *Et ſi* Moyſes loquens de creatione cœli, & terræ *Hebræa voce loqueretur, fruſtra pulſaret ſenſum meum, nec inde mentem meam quidquam tangeret: ſi autem Latine, ſcirem, quid diceret.*

Hieronymum audiamus, quem pro ſe adducere omnes conantur. Tom. VII. edit. Vallarſii Venet. 1769. Comment. epl. ad Galat. C. 3. pag. 430. exponens verba Deut. 27. 26. *maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea:* hæc loquitur. „Hunc morem habeo, ut quotieſcunque ab Apoſtolis de veteri inſtrumento aliquid ſumitur, recurram ad originales libros, & diligen-

ligenter inſpiciam, quomodo in ſuis locis ſcripta ſint. Inveni itaque in Deuteronomio hoc ipſum apud 70. interpretes ita poſitum: maledictus omnis homo, qui non permanſerit in omnibus ſermonibus legis hujus, ut faciat illos: & dicet omnis populus: fiat. Apud Aquilam vero ſic: maledictus, qui non ſtatuerit verba legis hujus, ut faciat ea: & dicet omnis populus: vere. Symmachus: maledictus, qui non firmaverit ſermones legis iſtius, ut faciat eos: & dicet omnis populus: Amen. Porro Theodotio ſic tranſtulit: maledictus, qui non ſuſcitaverit ſermones legis hujus facere eos, & dicet omnis populus: Amen. Ex quo intelligimus Apoſtolum, ut in ceteris ſenſum magis teſtimonii poſuiſſe, quam verba: & incertum habemus, utrum 70. Interpretes addiderint *omnis homo*, & *in omnibus*, an in veteri Hebraico ita fuerit, *& poſtea a Judæis deletum ſit.* In hanc me autem ſuſpicionem illa res ſtimulat, quod verbum *omnis*, & *in omnibus* quaſi ſenſui ſuo neceſſarium, ad probandum illud, quod quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſint, Apoſtolus, vir Hebrææ peritiæ, & in lege doctiſſimus nunquam protuliſſet, niſi in Hebræis voluminibus haberetur. Quam ob cauſam Samaritanorum (pag. 311. 2.) Hebræa volumina relegens, inveni *chol*, quod interpretatur *omnis*, ſive *omnibus* ſcriptum eſſe, & cum 70. Interpretibus concordare. *Fruſtra igitur illud tulerunt* (abſtulerunt) *Judæi, ne viderentur eſſe ſub maledicto, ſi non poſſent omnia complere, quæ ſcripta ſunt: quum antiquiores alterius quoque gentis literæ id poſitum fuiſſe teſtentur.*„

Ad

Ad marginem notatur: *dubitat Hieronymus de veritate codicum Hebræorum.* Hodiernus Samaritanorum textus habet apud Morinum: ärúr, äſcher lo jakim ëth *chol* dibhre haththorah hazzot: h. e. maledictus, qui non fecerit ſtare *omnia* verba legis hujus. Acuta igitur, & ſedula eſt Hieronymi obſervatio. Plerique heterodoxorum cum M. Heinr. Philip. Heerwartho, dum adhuc oppoſitæ ſententiæ Patronos ſe profitebantur, reſpondere ſolebant, Hieronymum male argumentari, rationem hanc: ſuſtulerunt, ne viderentur eſſe ſub maledicto, ſi non poſſent *omnia* complere: eſſe nullam, alioqui & alia loca corrumpere pariter debuiſſent. Nos vero paucis reponimus: nos ſolum demonſtrare, quid vir S. ſenſerit, definire autem, num etiam recte ſenſerit, neque hujus loci, neque noſtri eſſe inſtituti.

Animadvertimus (1°) Hieronymum exiſtimaſſe, Samaritanum textum hic eſſe integrum, & authenticum, Hebræum vero mutilatum, adeoque poſthabendum; ergo abſolutam Hebræi codicis authentiam non agnovit; (pag. 70.) ex quo conjicere licet, ipſum, ſi plures, præter Pentateuchum apud Samaritanos extitiſſent libri, ex illis plura etiam Hebræi codicis menda detecturum fuiſſe, ſicut mancas, & interpolatas Hebræi textus lectiones ex Theodotione in nonnullis ſupplevit. (pag 176. lin. 16.) (2°) Hieronymum fuiſſe animo ad arguendos de corruptione textus ſui Judæos tam proclivi, ut ex ratione hac, quæ heterodoxis leviſſima videtur, *ſi non poſſent omnia complere*, ipſos quædam eraſiſſe crediderit. Quanto igitur magis credidiſſe cenſendus eſt, eosdem ex immani illo nominis

 Chri-

Digitized by Google

Chriſtiani odio poſt tempora Apoſtolorum idem fuiſſe auſos, ut quoſpiam textus novæ, & ſibi e diametro oppoſitæ religioni faventes vel immutarent, vel penitus abolerent? (3°) Ex contextu ſermonis Hieronymi conſtare, ipſum de fide Judæorum in conſervanda Bibliorum integritate ſuſpenſum, & dubium fuiſſe.

Alia occaſione, dum Michæam interpretaretur, Tom. VI. edit. Vallarſ. pag. 490. ubi Joſue 15. 59. multarum urbium nomina leguntur, quæ fruſtra quæras in Hebræo, nominatim *Bethlehem*, dicit: *legimus juxta 70. duntaxat Interpretes in Jeſu Nave, ubi tribus Judæ urbes, & oppida deſcribuntur, inter cetera etiam hoc ſcriptum:* (prout & hodie legitur) *Thæco, & Ephrata, hæc eſt Bethlehem, & Phagor, & Ætham, & Culon, & Tami, & Soris, & Caræm, & Gallim, & Bæther, & Manocho civitates XI. & viculi earum. Quod nec in Hebraico, nec apud alium invenitur interpretem, & ſive de veteribus libris eraſum ſit malitia Judæorum, ne Chriſtus de tribu Juda ortus videretur: ſive a 70. additum, nequaquam liquido cognoſcentes, certum quid novimus.* Non veretur Judæos ponere tam ſubdolos, tamque perverſos, ut ambiguus hæreat, an non integrum verſum ex textu ſuſtulerint, ex ea tantum ratione, ne Chriſtus de tribu Juda ortus videretur. Confer pag. 126. lin. 7. ubi Joſ. 21. 36tum verſum ex Hebræo excidiſſe, plurimi tenent, nam 70. non ex 1. Paral. VI. 78. ſed ex vetuſto Hebraico codice habent; *quod autem exhibuiſſe hunc verſiculum olim codices Hebraicos perſvadet, illud eſt* &c. *Notum porro, hunc verſiculum & in Hebræis* ce-

codicibus jam diu olim deſiderari, *quod & Maſora notat. Quod factum ſpectat S. Patris*, (Hieronymi) *ferme perſvaſum eſt mihi*, *non potuiſſe illum a 70. accipere*, *niſi antea animadvertiſſet in Hebræo verſiculum iſtum deeſſe*, verba ſunt Vallarſii Tom. IX. OO. Hier. col. 396.

Rurſus dum illud explanaret Deut. 21. 23. quo hominis in crucem acti cadaver eodem adhuc die deponendum ſtatuitur, *quia maledictus á Deo eſt*, *qui pendet in ligno*, addit, ſe non intelligere, cur Apoſtolus addiderit aliquid, aut ſubtraxerit, nempe prout vel 70. vel Hebræum codicem fuerat ſecutus, nec enim *omnis*, & *in ligno*, quod ad Gal. 3. 13. ponitur, in Hebræo legi. *Ex quo* (ſic proſequitur) *mihi videtur*, *aut veteres Hebræorum libros aliter habuiſſe*, *quam nunc habent: aut Apoſtolum (ut ante jam dixi) ſenſum Scripturarum poſuiſſe*, *non verba: aut quod magis eſt æſtimandum*, *poſt paſſionem Chriſti & in Hebræis*, *& in noſtris codicibus ab aliquo Dei nomen appoſitum*, *ut infamiam nobis inureret*, *qui in Chriſtum maledictum a Deo credimus*. Aſſertum hoc mox inde probat, quia etſi ſexcentis locis in improbos maledictio dictetur in Bibliis, nullibi tamen nomen Dei legitur appoſitum, quam ob rem etiam hic To, *Dei*, ſeu *a Deo* abeſſe oportere. Subjicit: de cetero, ſeu ita, ſeu aliter legatur, in Chriſtum intorqueri non poſſe, dum de illo ſermo ſit, qui propter ſua peccata propria in ligno juſte damnatus pendeat, ſive, ut Symmachum vertiſſe meminit, *qui propter maledictionem Dei ſuſpenſus eſt*; addit, Hebræum, a quo lingvæ hujus cognitione ex parte imbutus

 eſt,

Digitized by Google

eſt, dixiſſe, etiam verti poſſe: *contumelioſe Deus ſuſpenſus eſt.* Textus Hebræus hodie legitur: *killath Ælohim thaluj:* h. e. *maledictio Dei ſuſpenſus*, thaluj, ſeu, ut illi dicunt, kametz per o pronunciantes *tholuj* nomen eſt, quo perfida natio Jeſum Chriſtum hodie quoque ignominioſe appellare non exhorreſcit, quaſi dicat: ille patibulo pendens.

Ne ex verbis Hieronymi alia deducam conſectaria, ſolum affero, eum judicaſſe, perfidos Judæos eſſe paratiſſimos Bibliis apud ſe conſervatis in odium Chriſtianorum depravationes inferre.

Scribit ad Marcellam an. 384. epl. 32. al. 74. Tom. 1. edit. Vallarſ. ſe modo longiorem epiſtolam non poſſe ſcribere, quod grande, & neceſſarium negotium conficiendum habeat, quo epiſtolicæ confabulationis munus excluſum ſit. *Jam pridem* (inquit) *cum editionibus Hebræorum editionem Aquilæ confero, nequid forſitan propter odium Chriſti Synagoga mutaverit, & ut amicæ menti fatear, quæ ad noſtram fidem pertinent roborandam, plura reperio.* Plura reperit in codice Hebræo, quam in editione Aquilæ, rei Chriſtianæ faventia, quia Aquila, ut ipſe dicit Hieronymus, multa, ut illud Iſai. VII. *ecce virgo concipiet:* ſubdola interpretatione celavit, (pag 262.) non tamen reperit codices omnes omni ex parte integros, ut ex ſerie doctrinæ ejus in tota ſua latitudine ſpectatæ eluceſcit.

Jam pridem decurſum longioris temporis indicat, dum Judæorum fraudes ſubodoratus Hieronymus ſe eis credere nunquam eſt auſus, &, ſiquid in favorem Judæorum dixit adoleſcentior,

Digitized by Google

tior, ætate provectior revocavit, impoſturas Judæorum demum edoctus, ut Mariana explicat, (pag. 53. lin. 1.) Adverſarii autem mæandros hîc, & quæ nulla ſunt, quærunt diverticula: ajunt Sanctum noſtrum re accuratius expenſa hanc ſuam opinionem rejeciſſe, ut improbabilem. Nænias præficæ ad portam Viminalem cantant; namque epiſtolam Marcellæ an. 384. ut jam prænotavi, commentaria in epl. ad Gal. an. 387. aut 388. in Iſaiam vero, de quo loco infra ſermo recurret, an. 408. aut ex ſupputatione Vallarſii 410. elucubratus eſt, ut non præcipiti judicio, ſed uſu, & conſideratione maturiori de ſtabili mentis ſententia, quæ ex ipſo protuli, enunciaverit.

Eruditione, ſanctitate, nec non Hebrææ, & Græcæ lingvæ notitia celebris Iſidorus Hiſpalenſis (pag. 173. lin. 6. & 182. lin. 32.) dicit librum Sapientiæ tardius fuiſſe a Judæis ex canone ſacrorum Librorum expunctum, quod valde clara haberet pro Chriſto teſtimonia. Si tantum auſi nefas judicio S. Iſidori, quid ni minus? ſi integrum librum, quia Chriſto favit, repudiarunt, unam, alteramve libri Prophetici ſententiam reſecare, vel immutare non potuerunt? Et ſi hiſtoriam Suſannæ ſuffurati ſunt e Scripturis teſte Origene, (pag. 183.) & univerſa Eccleſia, longe graviorem habebant cauſam ea, quæ Chriſto favebant, immutandi. Equum qui ſuſtulerit, ephippium furari, nihil mirum. Semel deprehenſus, centies reus.

Nicolaus ex pago Normandiæ *Lyra* Hebræis parentibus natus, ſuſcepto baptiſmo demum Franciſcanus, vixit circa an. Chr. 1320. *Doctor planus*, & *utilis* dictus, Hebrææ lingvæ

bene gnarus, de quo etiam dici, licet inepte, ſolet: *ſi Lyra non lyraſſet, totus Mundus deliraſſet.* In Gloſſa Ordin. Tom. III. edit. Venet. 1603. pag. 571. ad Pſ. 21. *foderunt* adnotat, veteres Judæos expoſuiſſe de tribulatione per Aman in Judæos excitata, dum decreverunt Judæos per confixionem manuum, & pedum in ligno affligere; ex quo patet veteres omnes legiſſe *foderunt.* Addit: *Hebræi tantum timuerunt concludi ex iſto paſſu - - - quod eorum perverſitas literam antiquam corrupit, - - - aliam dictionem quaſi ſimilis prolationis ponendo; quorum nequitiam ſenſus literæ teſtatur, cum manifeſte appareat inconſonus, & defectuoſus.* In C. 14. Geneſ. *ſciendum, quod Judæi Scripturas, quæ loquuntur de Chriſto, nituntur depravare.*

Poſterioribus temporibus eadem de Judæorum infidelitate, Vulgatæ ſufficientia, & nulla Hebraici codicis quoad res fidei, & morum neceſſitate ſententia apud Catholicos perſeveravit, quam circa, & poſt Concilium Trid. communiter ab omnibus fuiſſe defenſam pag. 40ª & ſeqq. usque 50ᵃᵐ eſt oſtenſum; Bellarminus, Melchior Canus, Pallavicinus, Salmeron, Joan. Mariana, aliique orthodoxi Theologi judicarunt, Vulgatam ad hodiernos Fontes reformari non debere, Hebræum, & Græcum textum pro abſoluta ejus norma haud recte aſſumi (pag. 49.) eo, quod ab erroribus neuter ſit immunis.

Heterodoxi primo reformationis tempore plurimi, atque etiam poſtmodum multi intentione Vulgatam eliminandi pro abſoluta Fontium integritate decertarunt; ſed hæc demum opinio procedente tempore adeo eviluiſſe videtur, ut ſo-

ſolis minorum gentium Theologis ſit relicta, quam catholici usque ad hæc tempora impugnare nunquam deſtiterunt, quorum omnium una, ſibique perpetuo conſentiens erat aſſertio, fontes quidem univerſim corruptos non eſſe, ut a nobis abjici, & prorſus negligi debeant, imo ſive ad Judæos, & hæreticos convincendos, ſive ad fidei, morumque illuſtrandam doctrinam ſufficientia ex iis offerri argumenta, in ſumma rei, in quæſtionibus fidei, & morum errorem poſitivum, qui principiis religionis *directe* repugnaret, nullum continere; rem tamen eſſe periculi plenam, Vulgatam ad eos perpetuo reformare, quod, ſi in particulari quæſtio inſtituatur, multis in locis corrupti, & mutilati decurrant. Indulſerunt multi, Judæos data opera codices ſacros nunquam temeraſſe, errores vero, quos ſemper agnoverunt, librariorum oſcitantiæ, injuriæ temporum, aliisque ſimilibus cauſis deputaverunt.

Poſſumus jam laudatis clariſſimis in Eccleſia viris addere alios ejusdem ſententiæ aſſertores. Petrus Galatinus Ord. Minor. in celebri opere ſuo *de Arcanis Catholicæ veritatis* ex Judaicis codicibus excerpto, & an. 1516. Maximiliano Cæſari dedicato, an. 1518. impreſſo L. 1. pag. 23. illatas plures S. Scripturæ a Rabbinis depravationes refert, & depravationis tres modos aſſignat. L. 8. pag. 247. & 248. oſtenſurus prædictum fuiſſe Meſſiam in cruce ſuſpendendum, poſtquam Pſ. 22. verba Hebraica: chi ſebabuni chelabim, yadath mereyim hikkiphuni, chaäru jaddaj, ve raglaj: h. e. quoniam circumdederunt me canes, Concilium malignantium obſederunt me, foderunt manus meas, & pedes

 meos,

meos: in medium protuliſſet, ſubdit „Sophrim, h. e. ſcribæ dictionem illam *chaäru* h. e. *foderunt* in *chaäri* h. e. *ſicut leo: mutantes Scripturam ſimul, & ſenſum perverterunt, quod multis quoque aliis in locis eos feciſſe, in primo libro latiſſime oſtendimus.* Addit Chaldaicam Paraphraſim, cum non ſit Jonathæ Ben Uzielis; ſed Joſephi cœci (pag. 135. lin. 23.) an. 340. poſt Chr. natum, haud eſſe curandam, quæ fert: *congregatio malignorum circumdedit me, mordentes veluti leones, manus meas, & pedes meos*, in vetuſtis namque exemplaribus *chaäru*, ſeu *foderunt* adhuc reperiri, etiam in Chaldaica translatione, qua Indi, & Æthiopes utuntur, legi *vulneraverunt, vel foderunt* manus meas, & pedes meos.

Joannis Acoſtæ verba de fontium corruptione, & Vulgatæ præ illis eminentia pag. 105. & 106. declaravimus. Jacob. Bonfrerius Proloquio in Scripturam notiſſimus Tom. III. Menochii edit. Venet. 1771, pag. 33, ſic habet: Dico ergo primo: oſcitantia, vel negligentia librariorum non dubium eſſe in Hebræo textu menda quædam, imo & fuiſſe ſemper. Dico ſecundo: *etiam Judæorum malitia nonnulla, ſed non admodum multa in Hebraicum textum irrepſere errata.* Mox Sectione ſeq. ſex loca profert corrupta: videlicet Gen. 49. 10. *ſchiloh* vocem eſſe nullius ſenſûs, mutaſſe Rabbinos contra, ac veteres legiſſe conſtat, ut ex eo loco revinci non poſſent, Meſſiam jam adveniſſe. Pſ. 18. 5. Pſ. 21. 47. Iſai. 9. 6. & 53. 8. Zachar. 9. *Capite* 14° *addit* eandem in N. T^to^ Græci Fontis in locis pluribus corruptionem eſſe agnoſcendam. Loca corrupta aſſignat ad Rom.

12.

12. 11. item 1. Cor. 7. 33. & 51. Matth. 6. 13.

Baſilius Poncius ibidem apud Menochium pag. 131. aſſeverat, majorem eſſe lectionis Vulgatæ certitudinem, quam Fontium, ſi conciliari nequeant, ſtandum Vulgatæ Latinæ potius, quam Hebræo codici, vel Græco, & potius Hebræa, ac Græca ex Latina Vulgata eſſe corrigenda, quam contra, judicandumque, mendum obrepſiſſe vel incuria tranſſcribentium, vel alia de cauſa in Hebræis, & Græcis, ut inſinuat Card. Bellarminus &c.

Houbigantium (pag. 590.) & Morinum (pag. 49. lin. 23. & pag. 590.) quantos viros! Hebræo codici longam errorum ſeriem objicientes, quid memorem? (pag. 312. lin. 35. pag. 313. lin. 16.) Gordonus Huntlæus, & alii ex ſolo V. T. locos prope 70. in Hebræo corruptos proferunt apud Heinrich. Heerwarthum Francof. an. 1659. in Scrutinio Philolog. ex Glaſſii Philologia eruto. Si errant in nonnullis, indubie veritatem tangunt in multis. Sixtinus Amama dum, in defenſionem codicis Hebræi nervos omnes intendit, negare non audet in eum errata quædam irrepſiſſe. Proleg. Valton. col. 36. Res eſt usque adeo manifeſta.

Serarium, Blaſium Garofalum, Leonem Caſtrium Pariſ. Hebr. Profeſſorem, Perizonium, Caſſium, Amort, Gretſerum, Lamyum, Andradium, Richardum Simonium, (pag. 65. lin. 18. & pag pag. 620. lin. 31.) Joan. Clericum, (pag. 611. lin. 23.) qui omnes Hebræum codicem varie corruptum conantur oſtendere, idem ſentiens pro ſe adducit Herrmannus Goldhagen Introduct. in S. Script. part. I. pag. 260. edit.

Digitized by Google

Mogunt. an. 1765. Addi poſſunt Iſaacus Voſſius, Brian. Valtonus, Kennicottus, e recentioribus heterodoxis celeb. Michaëlis, Joan. Aug. Dathius (pag. 618. lin. 12.) poſterior quidem in ſolo Pentateucho edit. Halen. 1781. locis pluribus ab Hebræo hodierno diſcedit, authoritatem veterum verſionum præferens, qua nativa Archetypi ſervatur lectio. Superfluum cenſeo loca citare.

Cum in erroribus Vulgatæ multiplicandis, & non minus ad res fidei, & morum extenſis multi ex Proteſtantibus limites moderationis olim exceſſiſſent, non eſt inficiandum, ex adverſo quosdam Catholicorum ad deprimendam Fontium auctoritatem plus æquo dixiſſe, omnes vero in id pari conſenſu ferebantur, ſeu Criticen, ſeu Scripturarum interpretationem, ſive Theologiam Scholaſticam tractarent, *Uſuales Fontes abſolutam Vulgatæ normam conſtitui non poſſe*: poſteriorum quidem exigua habenda iſthic ratio, quod ſolum in procinctu, ac velut obiter, dum ad alia properarent, aliquid etiam de hac quæſtione dixerint, communem tamen ſenſum non obſcure pandebant.

P. Antoine Tom. 1. Tract. de fide edit. Venet. 1764. pag. 60. ad objectionem: *Vulgata differt a textu originali:* inter alia reſpondet: „In illis locis ipſa exemplaria Hebræa, & Græca adulterata ſunt, certum eſt enim ea in multis locis eſſe depravata. Porro donec contrarium oſtendatur, ſemper præſumendum eſt pro noſtra Vulgata contra Fontes Hebræos, & Græcos, quales nunc extant. - - Vulgata noſtra multum prodeſſe poteſt ad corrigenda menda, quæ ex librariorum imperitia, aut incuria, vel ma-

malitia irrepſerunt in fontes ipſos Hebræos, & Græcos.„ Confer pag. 209. lin. 28.

Caſpar. Juenin Inſtit. Theol. Tom. 1. edit. Antverp. 1746. dum de Fontibus, ac Vulgata pag. 79. ſatis limate loquitur, Hebræo pariter, & Græco N. T^ti^ Fonti aliquos errores attribuit: Exod. 2. *alterum vero peperit, quem vocacavit Eliezer*, quem verſum, etſi Fons non habeat, tamen ſub aſteriſco, veluti ſigno fontanæ lectionis, (pag. 190. lin. 9.) fuiſſe deſcriptum fidem facit Coislian. MS. penes Montfauconium, ait Vallarſius. Item Iſai. IX. Bellarmino, & Melchiori Cano, quos citat, conſentit idem Jueninius.

Rmus. Fr. Michaël a S. Joſepho Pontificius Archigymnaſii Rom. Sapientiæ Cenſor Ord. PP. Excalceat. SS. Trinit. in ſua Bibliographia Sacr. (pag. 377. lin. 1) Tom. I. pag. 378. notat, Calmetum (qui tamen errores multos Hebræi textus producit) nimis audacter multa in Vulgata ex Hebræo corrigere. Non deſunt (inquit) graviſſimi Scriptores, qui ægre ferant Hebræos, Græcosve codices, qui modo extant, Vulgatæ noſtræ authenticæ æquiparari; etenim Hebræus textus non ita purus cenſetur, & incorruptus, ut pro authentico hac noſtra ætate haberi mereatur. Tom. IV. voce *Thalmud* pag. 352. „ Quod attinet ad Sacrorum librorum textum, multis in locis eſſe corruptum ſatis ſuperque conſtat ex teſtimonio Abrahami Zachut in Juchhaſin, ubi Scriptor apud illam gentem famoſus narrat, quod cum anno Mundi 4956. excitata fuiſſet perſecutio magna in regno Sehon, tunc ex Hilleliano codice Bibliorum Judæi corrigebant omnia Scripturæ S. exemplaria.„ Ad-

dit

dit authorem temerati inſigniter codicis Hebraici credi Akibam Gamalielis junioris diſcipulum, (qui fertur 24. millia diſcipulorum Jeroſolymis numeraſſe) qui ſub Nerva Principe primus fuit Judæorum in Galilæa Patriarcha circa an. Chr. 97. Ad authoritatem Aug. L. 15. de Civ. C. 11. & 13. reponit: *Cedit modeſta, prudensque S. Doctoris conjectura contrariæ aliorum Doctorum, quorum major cum Judæis fuit rerum, negotiorumque communicatio, vel opinationi, vel dubitationi, præcipue vero S. Juſtini, & Hieronymi, quibus Judæorum hac in parte temeritas fuit pene nota.*„

Vitus Pichler in ſua Polemica pag. 186. fontes dicit ita corruptos eſſe, ut non ſit tutum Latina Biblia nunc ad eos emendare, ex ſententia Bellarmini, & aliorum. pag. 192. negat fontes Hebraicos, & græcos eſſe puros. Petrus Franc. a Concept. B. V. ex-Generalis Scholar. Piar. in ſua Polygraphia Sacra edit. Aug. Vind. & Græcii in fol. Tomis V. an. 1725. quandoque ingeminat, textum Hebraicum mendis, & doloſis erroribus ſcatere.

Abbas Fleury apud Calmetum Diſſert. Pſalmis præmiſſa hæc habet: Noſtra ex 70. deprompta Pſalmorum lectio *diſſidet ſæpe ab Hebræo, qualis hodie, & qualis etiam S. Hieronymi ætate legebatur, ſed in pluribus etiam locis meliora exemplaria, ſive meliorem lectionem ſecutos eſſe 70. Interpretes conſtat.*

Omnis generis authores citandi erant, ut de generali ſententiâ corruptionis codicum Hebraicorum aſſertâ, & ſtabilita omnibus fiat ſatis.

Auctor Inſtit. Theol. ad uſum ſcholarum vulgo Theologus Lugdunenſis edit. Venet. 1785.

(pag.

(pag. 686. lin. 19. ubi annus 1785. editionis, loco 1783. erronee poſitus eſt) dum Tom. 2. pag. 317. in anguſtias redactus, objectionis enodationem ſecus deſperat, Houbigantio adhæret textum Hebraicum in cycneo Jacobi vaticinio corruptum eſſe docenti. (pag. 686.) Genebrardus (pag. 579. lin. 6.) in Comment. Pſal. edit. Pariſ. Petri Oliva L'Huillier an. 1582. modernam Hebræi textus lectionem ſæpius deſerit, ut 70. virali adhæreſcat; namque juxta ipſum *aliud eſt Hebraica veritas, aliud textus Maſorethicus.* Septuaginta viri Hebræi ſunt, ſancti ſunt, Theologi ſunt, ſine punctis, & motionibus ſcripſerunt, ſua puris, & ſimplicibus literis expreſſerunt: Maſorethæ ſunt eorum prophani interpretes, puri Grammatici - - verſus confuderunt, unde ratio carminis periit, quæ tempore 70. virorum integra erat, & perſpicua &c.

Petrus Annatus in Apparatu methodico ad poſitivam Theologiam edit. Venet. 1735. pag. 74. errores Hebræi codicis agnoſcit, authenticum dici poſſe, non ſecus, ac Silvius pag. 99. lin. 32. citatus, negat, & hanc pag. 79. ponit concluſionem: *Ex omnibus ſacrorum codicum editionibus ſola hodie Vulgata Latina eſt authentica, & fidei noſtræ regula*, quia de hujus ſolius cum originali conformitate conſtat infallibili Eccleſiæ judicio. Vulgatam habemus ex Fonte adhuc non vitiato deſumptam, unde non debet eſſe conformis Fonti *hodierno*, ſive Hebraico, ſive Græco, quippe corruptis; nam ſicut Eccleſia Latina conſtantior fuit in fide retinenda, quam Eccleſia Græca, & quam Hebræorum Synagoga, ita & vigilantior fuit in Divinæ Scripturæ libris a corruptione ſervandis.„

Apud

Apud nos Hungaros celebre eſt nomen Card. & Archi-Epp. Strig. Petri Pázmány, ille in ſuo Hodego, ſeu Kalauz L. 3. C. 12. edit. Poſon. 1623. pag. 350. ex ſententia Catholicorum, atque ipſius etiam Calvini (Lutherum idem fateri vidimus pag. 591. lin. 16. & pag. 604. lin. 37.) affirmat, Hebræum textum multis in locis vitioſe legi, quod ibi ad Græcum quoque textum N. Tti protendit. Fr. Petrus Maria Gazzaniga Theol. Polem. edit. Vien. 1778. Tom. I. pag. 410. & Prælectionum in Univerſitate Vindobonenſi habitarum Tom. V. edit. Venet. 1792. pag. 25. ubi Danielis C. 9. adducit. *Et non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt*, cum in Hebræo tantum legatur & *non ei*, (ve ë'n lo) dicit: *Quamquam autem in noſtris Hebræis codicibus duntaxat dicatur: & non ei; conjectare tamen facile poſſumus in priſcis illis codicibus, quibus S. Hieronymus uſus eſt, hæc verba reperta fuiſſe ad deſignandam reprobationem Judæorum.*

Tom. VI. Polyglot. Anglic. Pocockio Acad. Oxon. Profeſſore LL. Hebr. & Arab. adnotante in Verſ. Arab. pag. 2. Apud Orientales (quibus fraudes Judæorum magis patebant.) opinio percrebuit, Judæos ex odio Chriſtianorum ſua Biblia variis fœdaſſe corruptelis, quod Abulpharagius, Primas Orientalium clare docet; (pag. 377.) unde Arabes, aliæque nationes illius climatis maluerunt verſiones ſuas de 70. quam de Hebræo textu ſumere. Arabes, etiam dum ex Hebræo antiquitus verſionem pararunt (pag. 156.) judice Valtono Proleg. col. 95. exemplar habuerunt a noſtris codicibus ſine dubio diverſum.

Primus Methodice, & ex inſtituto fontis Hebræi errores in apricum protulit, & rem Catholi-

li-

Digitized by Google

licam egregie juvit Ludov. Cappellus Gallus, Reformatus miniſter, & Hebrææ lingvæ profeſſor Salmurienſis cum libro, cui titulum fecit: *Arcanum punctationis revelatum*, qui ſub nomine Thomæ Erpenii an. 1624. lucem vidit: tum maxime altero, cui titulus: *Critica Sacra, ſive de variis V. T. lectionibus libri ſex.* edit. Lutetiæ Pariſ. an. 1650. *(ii)*

Martianæus, & Vallarſius editores operum S. Hieronymi celebres, & multa laude digni, in

(ii) Opus hoc decem annorum ſpatio Genevæ, Sedani, & Lugduni Batavorum ne ederetur, impeditum, Lutetiæ Pariſiorum an. 1650. cura Marini, Merſenni, & Petavii prodiit, hodie melior eſt editio cum notis Ludov. Vogel Halæ Magdeb. 1775. Buxtorfius fil. anti-Criticam, ſive vindicias veritatis Hebraicæ oppoſuit an. 1653. qui ſi in nonnullis Cappellum recte redarguit, ſententiam tamen ejus quoad ſummam rei nullo modo potuit labefactare, tanto minus evertere.

Intereſſe puto, compendium operis Cappelliani Lectori ob oculos ponere. Probatur igitur in hoc opere corruptio textus *hodierni* Hebraici (1) Ex diſcrepantiis locorum parallelorum, ſeu eandem rem, eadem nomina, numerosve, ſed diverſe exhibentium, alterutro loco, ut author putat, neceſſario falſato. (pag. 749. lin. 35.) (2) Ex citatione locorum in N. T. a lectione hodierna nimium abeunte. (3) Ex keri chethib, (pag. 8. lin. 13.) & mutua diſſenſione codicum Orientalium, & Occidentalium, ſeu Ben-Aſchær, & Ben-Nephthali, (pag. 118. lin. 6.) item Samaritanorum. (pag. 311. Z.) (4) Ex diſſenſione verſionis 70. (5) aliarum poſt 70. in lucem emiſſarum, uti: Paraphraſeos Chaldaicæ, Græcarum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, Vulgatæ, ſeu Hieronymianæ. (6) Ex difficultatum mole, niſi dicamus poſtea lapſu librariorum, ſimilive fato errores irrepſiſſe, prorſus inſuperabili.

in notis ſuis lectorem frequenter admonent de errore in hodiernis Hebraicis codicibus cubante. Habeto ſpecimen! Gen. 35. 18. & 44. 20. filius ſenectutis *ben jamim*, non *jamin: dierum*, non *dextræ:* apud veteres, Samar. Arab. Abenezram, &c. Gen. 8. illud die 17°, loco 27° accuſat Martianæus, defendit (ſed minus apte pag. 317.) Vallarſius. Maledictus *a Deo* Martianæus additum putat. *lekachh* h. e. accipe, *vav* addi debet, ut plurale ſit, *lechhu*, accipite. Judic. 19. Exod. 2. Judæis id culpæ datur, quod hunc Gerſon e filio Moyſis fecerint filium Manaſſe, *Nun* addito, ſuſpenſo tamen, in medium inferre non auſi, una tamen volentes a degeneris nepotis probro Legislatorem ſuum liberare. - - Locus manifeſta luxatione laborat. pag. 478. Tom. IX. ubi I. Reg. 5. 6. legimus: Azotii dum in poſteriore parte natium gravi ulcere ſunt percuſſi, inſuper juxta Vulgatum, Hebræo nihil de his beſtiolis habente, nati ſunt copioſiſſimi mures, unde ſuperos placaturi anos, & mures quinque ex auro conflari, & offerri una arcam fœderis remittendo jubent ſacerdotes. *Et ebullierunt villæ, & agri in medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magna in civitate.* Calmetus contra hos mures multam adducit authoritatem, Vallarſius ſic dicit: „Nihilo ſecius fatendum eſt, hanc oportere alicubi tandem indicatam fuiſſe murium ebullitionem e terra, cum in contextu narrentur etiam in Hebræo, donaria oblata, C. 6. v. 4. *chhamiſchſchah yachbere zahab* h. e. *quinque ex auro mures*, ipſa (inquit) dictati ſimplicitas videtur tantam germanitatis præferre ſpeciem, ut putare malim, poſt Hieronymi tempora pericopen

iſtam

iſtam ex Hebræo decidiſſe. Et vero eam in Hebraico legit veterum quidam, ſive Aquila is fuerit, ſive Symmachus. - - Legerit pari pacto Hieronymus. col. 489. integra ex Hebræo videtur propoſitio excidiſſe errore librariorum paſſim obvio. Hieronymus legit expuncto Daleth. Paral. 1. C. 9. v. 35. *Nomen uxoris ejus Maacha* Hebr. paſſim habet non *iſchtho*, quod foret uxoris, ſed *achhtho* ſororis, quod eſt contra veritatem, obſervante etiam Grotio.

Alibi dicit Vallarſius: *Exploratum habemus & antiqua, & recentiora quædam Hebræa volumina errore librariorum eſſe mutilata.* Ad Pſ. 145. ubi in Hebræo verſus integer: *fidelis Deus* &c. deeſt, adnotat, eum ex Hebraico exemplari excidiſſe certum eſſe ex ipſo literæ *Nun*, a quo eſt incipiendus, defectu, cum autem Syrus, Arabs, & 70. legerint, etſi jam in ipſius quoque Hieronymi codice defuerit, *ſit ſane ex his veroſimillimum in Hebræo quoque archetypo ita ſcriptum olim extitiſſe.* Conſentit Grotius, & ait: „Non eſt dubitandum, quin verſus hic in Hebræis codicibus librariorum culpa exciderit: nam deeſt verſus, qui a litera *Nun* incipiat; is autem fuerit: Nææman Adonaj bechol debharav, vekadoſch bimyalelav. Quomodo ad hoc reſpondebunt, (ait) qui nos jubent per omnia Maſoretharum ſtare decretis?

Pſ. 146. 9. producit Deus in montibus fœnum, & *herbam ſervituti hominum*, tempore 70. adfuiſſe, non minus, quam Pſ. 103. 14. licet abſit hodie. II. Samuelis, dum legitur *poſt* 40. *annos* dixiſſe Abſalom ad Davidem Tom. IX. Vallarſ. col. 546. addit, doctiſſimis Criticis corruptum videri adjectione finalis terminationis

Digitized by Google

im, 4. non 40. eſſe oportere. Pſ. 36. 28. *Injuſti punientur*, & ſemen impiorum peribit; prior pars deeſt in Hebræo: Vulgo eruditis (ait) perſvaſum eſt, 70. Interpretum ætate ea litera non caruiſſe Archetypon, idque ex ipſorum verſione colligi, qui hic præponunt duo verba: anomi ekdikéthéſontæ, h. e. yævilim niſchmeru. Quamvis addat etiam yolam; vel leyolam ex verſu priori iſthuc trahi poſſe. Calmetus: non temere credi hic Hebræum eſſe mancum a tempore vetuſtiſſimo, etiam ante Hieronymum.

Ad Pſ. 21. illud *foderunt*, quod Hieronymi codices paſſim ferunt: *fixerunt manus meas, & pedes meos*: aſſerit Vallarſius lectionem *chaari*, h. e. *ſicut leo* eſſe confictam fraude recentiorum Judæorum ad eludendum Dominicæ paſſionis myſterium, ut docti viri editis propriis hac ſuper re diſceptationibus demonſtrarunt; certe ſi alia deeſſent, quæ innumera ſuppetunt argumenta, hoc ipſum, quod ex verſione Hieronymi petitur, ſane videtur ineluctabile. 70. Aquilæ, Symmachi translatio, S. Juſtini, Origenis, Euſebii lectio confirmant.

Meibomius apud Calmetum Diſſert. de Poeſi veterum Hebræorum Exodo præfixa Tom. 1. pag. 328. edit. Venet. 1767. gloriatur, ſe in ſacro textu Hebraico ultra ter mille errores correxiſſe, qui ſenſum corruperant. „Sed omne nimium vertitur in vitium.

Apud Blaſium Ugolinum in Theſauro Antiquitatum ſacrarum Tomo 31. prope finem Franciſcus Hare Epp. Ciceſtrenſis Pſalmos metrice digerit, ut hac ratione Pſalmorum liber multis in locis integritati ſuæ reſtituatur. Porro dicit, temere nimis a multis retro ſeculis creditum

tum fuiſſe, veteres Hebræos adhibuiſſe diligentiam in codicibus ſuis a corruptione ſervandis; ſed iſtud qui ſentiunt, graviter eos falli, quo tamen fundamento (ſic continuat) nititur ſententia vulgo recepta de codicum Hebræorum integritate. Dum rem aggreditur, liberrime in omni fere Pſalmo voces diſpungit, jungit, aut ſeparat, prout libuerit; ſi ipſum audias, metrum tantum non ſemper aliam poſcit punctationem, ordinem verborum inverſum, flexionem novam, voculæ unius, alteriusve inſertionem, vel ejectionem, pluralem terminationem loco ſingularis, & ex adverſo. In Pſ. 18. ait, dedita opera, & conſulto quadam tardius ab Hebræis fuiſſe mutata.

Samuel Bochartus non abhorret ab agnoſcendis Hebræi textus erratis (pag. 471. lin. 2. & pag. 475.) Pſ. 21. illud *ſicut leo* a perfidis Judæis perperam legi, clariſſimis argumentis demonſtrat. Hugo Grotius (pag. 617. lin. 12.) in annotationibus ſuis, Tomo VI. Polyglottorum Valtoni inſertis, Hebræum textum frequentius deſerit, Gen. 49. vocem *Schiloh* corruptam putat, ut loco *chheth he* ſubrepſerit, adeoque ſignificatio vera ſit *qui mittendus eſt*. (pag. 85. lin. 17.) *Mihi* (inquit) *maxime ſe probat verſio Latina, ut ſit Schiloh, pro ſchiloachh, quid enim facilius, quam aut variante dialecto, aut ſcriptura aberrante mutari inter ſe literas tam vicinas & ſoni, & figuræ? eſt ergo ſchiloahh miſſus, nomen maxime Meſſiæ proprium, qui ſumma cum poteſtate, atque auctoritate a Deo miſſus eſt.*

Eſt operæ pretium *incomparabilis* (quoad explicandas phraſes Biblicas) *hujus viri* ſenſa adverſus Maſorethicum textum adnotare. Ecce tibi! I. *Sam.* 1. 11. & 3. 13. C. 6. 18. C. 10. 19. C. 13. 5. C. 25. 6. II. *Sam.* 10. 18. & C. 15. 7. Item I. *Reg.* 1. 18. & C. 14. 1. II. *Reg.* 8. 10. & C. 15. 1. I. *Paral.* C. 9. 35. II. *Paral.* 22. 6. & 28. 15. *Job.* 3. 5. & 7. 20. & 15. 20. & 24. 6. *Pſalm.* 25. 1. male digeſtos eſſe in Hebræo verſus, contra acroſticidem: Pſ. 37. 28. incipere debet novus verſus, & *lamed* auferri. Pſ. 89. 3. Pſ. 99. 9. Pſ. 92. 11. *Iſai.* 7. 8. *videtur omnino error eſſe in Scriptura Hebræa: 65. anni pro 6. & 5.* C. 40. 6. rectius 70. *Jerem.* 2. 10. C. 16. 7. non *he*, ſed *chheth* indubie cum 70. melius. *Sophon.* 2. 14. collat. Iſai. 34. 2.

In Novo T. Matth. 6. *quia tuum eſt regnum* in orat. Domin. deeſſe in vetuſtiſſimis codd. ex liturgiis ſubrepſiſſe tardius. Marci 2. 17. *ad pœnitentiam* olim abſuiſſe, poſterius additum. &c. Depravationem Hebræi Codicis etiam Caballutius Joan. (pag. 422. lin. 23.) adſtruit. Daniel Huetius Abrincenſis Epp. vir Philologiæ laude celebris, Demonſt. Evang. Propoſ. IX. edit. Neapol. an. 1730. pag. 515. Iſai. 9. illud *Deus fortis* (pag. 287.) adulteras manus interpretum Hebraicorum ſenſiſſe, dicit, *ſed quid fidei a proſelytis Judæis, & Ebionita expectamus?* pag. 516. ad Zachar. 12. 10. *hoc teſtimonium* (inquit) *fallaciis Judæorum adulteratum eſt*, quod dein argumentis ex auctoritate ſumptis probat, & ſubjicit, hanc fraudem non ob aliam cauſam commentos eſſe, quam, ut telum Chriſtianis eripiant. pag. 633. *aſpicient ad me*, ad

eum

eum poſuerunt, (pag. 11. lin. 8.) & ſic *adulteras iis admoverunt manus.*

Fr. Joſephus Montaldi Ord. Præd. Romæ in collegio Germanico controverſiarum fidei, & Hebr. Ling. Profeſſor in editi a ſe Lexici Hebraici Chaldæo-Biblici Romæ an. 1789. Præfatione pag. 17. dicit, Latinorum codicum ad Hebraica, Græcave exemplaria collationem non fuiſſe neceſſariam, qui (inquit) ſecus cenſent, in Chriſti ſponſam injurioſi ſunt quam maxime: eidem namque abjudicant, quod non veteri modo, ſed & præſenti etiam Synagogæ decem & octo abhinc ſeculis Divinis omnibus ſpoliatæ dotibus, tot exiliis, atque malis agitatæ, maxima cæcitate percuſſæ, continenter conceſſum arbitrantur, atque tuentur; Divinam nimirum Moyſis, aliorumque Sacrorum Auctorum doctrinam fuiſſe integram ſervatam, etſi nulla ad Autographum facta collatio. - - *Sive oſcitantia, ſive ignorantia amanuenſium codices Hebraicos vitiatos fuiſſe, imo interdum aliter modo habere, quam ratio ipſa, aut veritas poſtulat, res facti eſt teſtatiſſima non Chriſtianis modo Doctoribus, ſed & Rabbinis Maſorethis præcipue.* Confer pag. 125. lin. penult. alterius Romani Critici obſervationes.

Catholici Interpretes præcipue ſunt audiendi. Joan. Bapt. Du-Hamel Iſai. 53. 8. dicit, ab Eccleſia judicari, Hebræum textum inſigniter fuiſſe adulteratum (pag. 17. lin. 1.) & quidem etiam in rebus magni momenti (pag. 100. lin. 8.) C. 2. in prol. pag. XXIX. Hebræum textum, etſi magna ejus ſit utilitas, & authoritas, perſæpe tamen ex 70. Vulgata, & aliis editionibus eſſe corrigendum, aut certe exponendum; li-

 ber-

berrime a multis defendi, Judæos plura Scripturarum loca in odium Chriſtianorum vitiaſſe, Hieronymum ipſum, qui plurimum tribuit textui Hebraico, qualis tunc extabat, de fide Judæorum plerumque dubitare; pro aſſerta corruptione citat Pezronium, Voſſium, Garciam, Sylvium; Hebræum textum interdum ex verſionibus eſſe emendandum, & reſtituendum ſciſcit, eum enim a prima ſui origine non mediocriter degeneraſſe, Juſtini teſtimonio etiam corruptionem fontium doceri, cum ea, quæ ſublata dicit ex 70. nec in Hebræo habeantur; *Fontem hodiernum non ſufficere ſolum, ut verus Scripturæ ſenſus habeatur, niſi cum verſionibus antiquis conferatur*; ex Iſai. 7. & 53. item Pſ. 21. & 109. *quæ ad ſalutarem fidem Incarnationis ſpectant, vix ex hodiernis Hebræorum codicibus poſſe ſtatui.* Regulam Auguſtini: ei lingvæ plus credatur, ex qua facta eſt translatio: non eſſe generalem, & ſine exceptione, eum etiam errorem chronologicum de annis Patriarcharum (pag. 310. lin. 10.) non auſum emendare ex Hebræo, ſed utrumque voluiſſe conciliare dicendo: *non enim eſt illa diverſitas putata mendoſitas, nec ego ullo modo putandum exiſtimo.* Origenem quoque Hebræi textûs, quem a Judæis non mediocriter corruptum judicavit, non magnam habuiſſe rationem. pag. 44. edit. Venet. in fol. 1731. Hexaplis inſeruiſſe, tantum pro caſu, quo diſputatio inciderit cum Judæis.

Bellarminus in theoria L. 2. de V. D. Hebræorum codicum, & Græcorum N. T. aliquam aſſeruit depravationem eo cum effectu, ut cenſuerit periculoſum eſſe Vulgatam ex Fontibus illi-

illico emendare (pag. 45. lin. 25.) ſed dum ad praxim venit, & Pſalmos actu explanavit, copioſos textus in Fonte corrupte legi, & veram lectionem apud 70. Interpretes, & Vulgatam ex eis translatam reperiri diſerte docuit. Pſ. 2. 6. Vulgatam Hebræo præfert, quod ille codex, ex quo 70. habent, olim fuerit emendatior. Pſ. 3. 7. Pſ. 4. 3. ex pari ratione noſtram lectionem præfert Fonti, quippe conformem codicibus Hebræorum olim probatioribus. Pſ. 6. 7. Pſ. 7. 7. Pſ. 10. 1. *ſicut paſſer* (pag. 125. lin. 14.) Pſ. 15. 1. errorem (inquit) in Hebræo eſſe non eſt dubium ex authoritate 70. & Hier. qui in prima perſona legerunt. Pſ. 18. 4. non linea, ſed ſonus eorum exivit in omnem terram, quia ſi legiſſent linea, ſeu *kav*, & non *kol*, & tamen vertiſſent *ſonus eorum*, imperitiſſimi fuiſſent 70. viri: *ex quo intelligimus textum Hebraicum eſſe corruptum vitio Scriptorum, idque poſt S. Hieronymi tempora.* Pſ. 21. 18. & 33, *& anima ejus non vivet*: cum 70. offerant clarum ſenſum, (ait ille) Hebræus autem textus nullum, *non videtur dubitari poſſe, quin textus Hebraicus ſit corruptus vitio librariorum.* Pſ. 22. 9. *& ut inhabitem in domo Domini:* Hier. *inhabitabo:* jaſchabhthi Hebræum legit, hodie ſine *Jod: ſchabthi* h. e. reverſus ſum, vel redibo, ſane incommodiſſime. *Quare lectio Hebraica poſt S. Hieronymi tempora depravata fuiſſe videtur.* Sufficiant hæc ex totidem Pſalmis, quot ſunt literæ Alphabeti Hebraici, obiter tranſcurrendo deſumpta teſtimonia, ſi plura vis, ipſum adeas. An ergo Ven. vir Hebræum textum pro abſoluta norma habuit, quem tot locis corruptum eſſe in Ex-

 pla-

Digitized by Google

planatione in Pſalmos edita tam manifeſte docuit? *(kk)*

Cor-

(*kk*) *Quæ in contrarium ex authoritate Veterum afferri ſolent, expediuntur.*

Origenis, (ajunt) atque Hieronymi, nec non Auguſtini certa fuit ſententia (1) Hebræos codices eſſe incontaminatos. (2) Omnes verſiones tamquam rivulos ad Hebræum textum, fontem ſcilicet ſuum revocari, & exigi debere. Citius clavam Herculi extorſeris, quam ab iſtis in tuam de mente Hieronymi opinionem conſenſum.

Hieronymus in C. VI. Commentarii in Iſai. Tom. IV. pag. 97. Si aliquis dixerit Hebræos libros poſtea a Judæis eſſe falſatos, audiat Origenem, quid in octavo volumine explanationum Iſaiæ huic reſpondeat quæſtiunculæ: quod nunquam Dominus, & Apoſtoli, qui cetera crimina arguunt in Scribis, & Phariſæis, de hoc crimine, quod erat maximum, reticuiſſent. Si autem dixerint poſt adventum Domini Salvatoris, & prædicationem Apoſtolorum libros Hebræos fuiſſe falſatos, cachinnum tenere non potero, ut Salvatór, & Evangeliſtæ, & Apoſtoli ita teſtimonia protulerint, ut Judæi poſtea falſaturi erant. „In C. 17. Jer.„ Pudet me contentionis noſtrorum, qui Hebraicam redarguunt veritatem; Judæi contra ſe legunt, & quid pro ſe ſit, neſcit Eccleſia. „Solemne eſt Beato Hieronymo ad codices Hebræos recurrere, & alios provocare, quos titulo *Hebraicæ veritatis* nunquam non condecorat. Teſtatur hanc ſibi eſſe conſvetudinem, ut recipiat ſe ad Originalem textum, velut ad arcem munitiſſimam, & aſylum maximæ ſecuritatis. Adverſarii (dicebat)„ ſi diſplicet fontis unda puriſſimi, cœnoſos rivulos bibant, & diligentiam, qua avium ſylvas, & concharum gurgites norunt, in Scripturis legendis abjiciant. „In C. VIII. Zach.„ cogimur ad Hebræos recurrere, & ſcientiæ veritatem de fonte magis, quam de rivulis quærere. Nempe ut Cicero etiam de Oratore ait: tardi ingenii eſt rivulos confectari, fontes rerum non videre. „Comment. epl. ad Tit. ſibi curæ fuiſſe, om-

Cornelii a Lap. illuſtre nomen eſt etiam apud eos, qui Scripturarum profunda minus
L l l 5 ſcru-

omnes V. Legis libros ex ipſis (Hexaplorum) authenticis emendare; non fontem, ſed verſiones eſſe corruptas, e. gr. in Jobo 700. aut 800. verſus deeſſe apud Latinos, ut decurtatus, & laceratus, corroſusque liber fœditatem ſui publice legentibus præbeat.

De Novo Teſtamento ſcribit ad Damaſum Papam: „Hoc certe quum in noſtro ſermone diſcordat, & diverſos rivulorum tramites ducit, uno de fonte quærendum eſt.„ Addit, inter variantia tot exemplaria Latinorum ea genuina eſſe, quæ *cum Græca* conſentiunt *veritate;* unde N. Teſtamentum Græcæ fidei, ſeu auctoritati reddidit. *Ut enim Veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt: ita novorum Græci ſermonis normam deſiderat.* In fine L. 2. Apol. *Apoſtolici viri Scripturis utuntur Hebraicis: ipſos Apoſtolos, & Evangeliſtas hoc feciſſe perſpicuum eſt. Dominus, atque Salvator, ubicunque veteris Scripturæ meminit, de Hebraicis voluminibus ponit exempla.* Epl. ad Vitalem 132. Et ſiquidem in hiſtoriis aliter haberent 70. aliter Hebraica veritas, confugere poteramus ad ſolita præſidia, & arcem lingvæ tenere vernaculæ: nunc vero quum & ipſum *authenticum*, & ceteri interpretes pari auctoritate conſentiant, non in Scriptura, ſed in ſenſu eſt difficultas. „L. 15. Comment. Iſai. Apoſtolus Paulus paraphraſim hujus teſtimonii aſſumit de *authenticis libris.* In epl. ad Corin. Præf. ad Paulam, & Euſtoch. ſe, dum ex Hebræo transfert, multa, ut in verſione 70. ſunt, permittere, ne novitate nimia lectoris ſtudium deterreat, alia vero emendare, ne contra conſcientiam ſuam fonte veritatis omiſſo opinionum rivulos conſectetur. Plura hujusmodi legere licet Tom. IX. OO. Hier. Proleg. LXXIX. pag. edit. Vallars.

Præf. in Quæſt. Hebr. in Gen. dicit, Origenem in homiliis ſuis, quas ad vulgum loquitur, communem editionem, & uſitatas lectiones ſequi; in tomis vero, id

Digitized by Google

ſcrutantur, quapropter ſenſa ejus de codice Hebræo nolo ſilentio præterire. Gen. 4. 8. *Exeamus*

id eſt: in diſputatione majori Hebraica veritate ſtipatum (al. ſuperatum) & ſuorum circumdatum agminibus interdum lingvæ peregrinæ quærere auxilia. Ex his omnibus patet, Origenem, & Hieronymum fontes Hebræos cenſuiſſe authenticos, ex quibus, & ad quorum normam verſiones omnes ſint emendandæ.

Auguſtinus L. 15. de Civ. Dei C. 13. dicit, fuiſſe impoſſibile, ut Judæi Scripturas corrumperent, in codicibus tam longe, lateque diſperſis; ſic enim loquitur, dum ingentem illam Hebræorum codicum a Græcis in aſſignandis Patriarcharum filios generantium annis diſcrepantiam (pag. 362. lin. 1.) uberius examinat. „Si quæram, quid ſit credibilius, Judæorum gentem tam longe, lateque diffuſam, in hoc conſcribendum mendacium uno conſilio conſpirare potuiſſe, &, dum aliis invident auctoritatem, ſibi abſtuliſſe veritatem; vel 70. homines, qui etiam ipſi Judæi erant, in uno loco poſitos, quoniam Rex Ægypti Ptolomæus eos ad hoc opus adſciverat, ipſam veritatem gentibus alienigenis invidiſſe, & communicato iſtud tunc feciſſe conſilio, quis non videat, quid proclivius, faciliusque credatur? (nempe hoc, nec 70. nec Hebraicum codicem primitus erraſſe, ſed in 70. vel myſterium latere, vel primum deſcriptorem numeros auxiſſe. pag. 367. lin. 3. & 369. lin. 27. item 310. lin. 10.) Sed abſit, ut prudens quiſpiam vel Judæos cujuslibet perverſitatis, atque malitiæ potuiſſe credat in codicibus tam multis, & tam longe lateque diſperſis; vel 70. illos memorabiles viros hoc de invidenda gentibus veritate unum communicaſſe conſilium.„ Ejusdem L. C. 46. ideo providentiam Dei permiſiſſe, Judæos per orbem diſpergi, ut monumenta noſtræ fidei proferrent ubique terrarum, ut Judæi tamquam capſarii noſtri libros noſtros circumferrent, ut cum pagani non credunt, quæ nos de Chriſto prædicta fuiſſe dicimus, quaſi a nobis eſſent conficta, mittamus eos ad inimicos fidei noſtræ, Judæos, qui libros noſtros circumferunt, quibus eadem

mus in campum: hæc verba (inquit) exciderunt ex Hebræo - - olim tamen ea fuiſſe in Hebræo pa-

dem habentur, quæ nos prædicamus. „ C. 13. ubi dixiſſet: ſive credatur ita factum, ſive non credatur, nempe quod primus deſcriptor verſioni 70. vitium intulerit „ Recte fieri nullo modo dubitaverim, ut, cum diverſum aliquid in utriſque codicibus invenitur, quando quidem ad fidem rerum geſtarum utrumque eſſe non poteſt verum, ei lingvæ potius credatur, unde eſt in aliam per interpretes facta translatio. Nam in quibusdam, etiam codicibus Græcis tribus, & uno Latino, & uno etiam Syro, inter ſe conſentientibus inventus eſt Mathuſalem ſex annis ante diluvium fuiſſe defunctus. „ (pag. 369. l. 30.)

L. 2. de Doctr. Chr. C. 11. iſta habet: Latini homines duabus aliis lingvis ad cognitionem Scripturarum opus habent, Hebræa ſcilicet, & Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas. - - Propter diverſitates, ut dictum eſt, interpretum, illarum lingvarum eſt cognitio neceſſaria. Alibi Judæos vocat *gentem Chriſtianorum ſcriniariam, bajulantem legem, & Prophetas in teſtimonium aſſertionis Eccleſiæ.* L. 12. contra Fauſtum Manichæum C. 12. & in Pſ. 40. „ Nobis ſerviunt Judæi, tamquam capſarii noſtri ſunt, ſtudentibus nobis codices portant. „ In Pſ. 56. Librarii noſtri facti ſunt, quomodo ſolent ſervi poſt Dominos codices ferre, ut illi portando deficiant, iſti legendo proficiant.

Reſpondemus. Primo: Dato codices Hebraicos tempore Hieronymi, & Auguſtini fuiſſe incontaminatos, & integerrimos, nulla eſt conſecutio, mille ducentis annis, ſive ad noſtra usque ſecula tales permanſiſſe, nec agendum hic ſubtilitate mentis, ſed ſtudio, & amore veritatis, ſexcentis namque de cauſis, & inenarrabilibus modis lectio Hebraica pluribus in locis menda contrahere potuit, unice ſcrutandum reſtat, quid in re ſit. Conferenda lectio Maſorethici apparatus cum illa vetuſtiſſimarum verſionum, & codicum MSS. ex retruſiori antiquitate poſteriori tem-

patet, niſi illa legas, mutilus erit hic locus. Gen. 8. 4. Hebræa, & Chaldaica hic non tam muti-

---

tempore in apricum prolatorum. (pag. 123. & 124.) Si quid diverſum, aut penitus adverſum offerunt, etſi utrumque aliquo reſpectu verum eſſe queat *in ſe, & abſtracte*, alterutrum textualiter in tali loco falſum ſit oportet, h. e. non repræſentans ſenſum autographi, adeoque nec exprimens mentem Theopneuſti ſcriptoris, qui non niſi unum aliquid ſcripſiſſe, & intelligi voluiſſe cenſendus eſt. Hac reſponſione omnis Adverſariorum arietatio retunditur; ſi enim textus Hebræus tum integerrimus erat, Patres antea laudati ſapientiſſime ad eum recurrerunt, eum pro merito Hebraicæ veritatis titulo honorarunt; ex quo tamen poſtquam multis in locis manifeſte corruptus eſt, & variatus, nos Vulgatam noſtram nonniſi inſipientiſſime ubique reformaremus. Et hoc tanto magis, quia

Secundo: Juxta Hieronymum: *verum non eſſe, quod variat, etiam maledicorum* (Adverſariorum ſuorum) *teſtimonio comprobatur*, h. e. judicio tum Hier. tum hoſtium ejus, adeoque omnium Chriſtianorum, ætate illa ratum fuit, in lectionibus quoad ſenſum variantibus veritatem utrinque eſſe non poſſe; atque inde vir S. recte intulit, *cum apud* Latinos *tot ſint exemplaria* diverſa, *quot codices, & unusquisque pro arbitrio ſuo vel addiderit, vel ſubtraxerit*, (indubie in minus neceſſariis tantum) *quod ei viſum eſt, &, utique non poſſit verum eſſe, quod diſſonat* &c. Præf. in Pent. quod rurſum iterat Præf. in IV. Evang. multa Evangelia falſum præferre, in tanta autem varietate, & ſtupenda Lectionum apud privatos homines perverſione ad fontem eſſe redeundum, & totam hanc indigeſtam Babelicæ confuſionis molem ad primam ſuam originem, unde infeliciter nata eſt, revocandam. (pag. 342. lin. 12.)

Nos quoque idem faceremus, ſi etiam hodie Latinorum codicum immenſa illa varietas, quæ tunc graſſabatur, ſupereſſet, a qua providentia Dei nos labore hujus Sancti, & ſolicitudine Eccleſiæ liberavit, &

tila, quam diſtorta, & divulſa ſunt, pro *yaſcar jom*, h. e. 10. dies, legendum conjunctim *yeſcrim*

& in quam nos conjicere flagitioſe laborant, quicunque uniformem Vulgatæ lectionem etiam in iis textibus, qui in Hebræo aut vitioſe leguntur, aut ambigue, loco moveri, incertamque aliam ſubrogari poſtulant. Malum hoc ſiniſtro fato ſuo experti ſunt hæretici tempore Reformationis per Lutherum tentatæ, dum contempta penitus Vulgatæ lectione verſiones ex eodem fonte Hebræo in multis toto cœlo diſtinctæ prodiverunt, (pag. 591. & ſeqq. maxime 594. lin. 16.).

Utimur igitur argumento Hieronymi in Adverſarios *veritatis Latinæ*, ſic enim vocat Auguſtinus (pag. 397. lin. 5.) verſionem latinam, quæ fuerit legitima, qualem noſtram eſſe non ambigitur: Quod diſſonat, non eſt utrinque verum; non eſt verum, quod variat: atqui uſualis codex Hebræus, & Græcus in plurimis diſſonat locis, & deviat a lectione codicum MSS. Hebræorum, & Græcorum, item verſionum antiquiſſimarum, (pag. 123. & 125.) ex fontibus paratarum; quod a ſanioribus Criticis demonſtratum præterea teſtimonio ſenſuum, adeoque ſummo veritatis criterio docetur. Ergo vel uſualis codicis Hebræi, & Græci, vel codicum MSS. & antiquiſſimarum verſionum lectio eſt malefida, & a primigenia veritate aliena. Poſterius *ſemper* obtinere, nemo ſobrius ſibi perſvadebit, aut ſi ita, facile erroris convincetur. Igitur *aliquando* confitendus eſt uſualis Hebræi, & in N. T. Græci codicis error.

Altercari porro pluribusne, (quam e. gr. Vulgata, vel 70. viralis editio) an paucioribus in locis fontes ſint corrupti, dum in nonnullis corruptos dicimus, nimis puerile eſt, & meram prodit infantiam. In numerato ſane nullus habet. Incumbit onus Adverſariis, cui ferendo non ſunt, virgineam integritatem fontium hodiernorum demonſtrandi, nobis ſufficit, vel unum textum oſtendere eſſe vitiatum, jam fundata erit ſuſpicio, etiam alibi interdum luxari codicem, cujus lectio ab illa veterum paraſangis multis

Digitized by Google

ſcrim h. e. 20. (pag. 317. lin. 21.) perperam ergo Eugub. Cajetanus, & Lipomanus dixerunt no-

---

tis noſcitur deviare. Imo abſolute ſufficeret ſententiam noſtram in tantis utrinque dubiis gravi quadam probabilitate, interna, & externa niti, ſic enim ex legibus rectæ Logices oppoſita ſententia certa eſſe nequit, opinio manet, quam repudiare nobis integerrimum eſſe profitemur. Et tu documentum ex integro, atque in omnibus teſtificationibus practice authenticum dicis, de cujus integritate gravibus ex cauſis dubitatur? De vocabulo diſceptavimus antea. (pag. 62. & ſeqq.)

Tertio: Videtur Hieronymus per verba: *Hebraica veritas* nihil aliud intelligere, quam *textus Hebraicus*, ceu originalis, in oppoſitione ad verſiones Latinas inter ſe diſcrepantes; nam, ut mox dictum, textum Scripturæ etiam Aug. vocat *veritatem*, Latinam proin verſionem *Latinæ veritatis* encomio commendat. Codex Hebræus juxta Hier. eſt Hebraica veritas, h. e. in oppoſitione ad infinitam Latinorum inter ſe diffidentium exemplarium varietatem eſt aliquid uniforme, ſibique conſentiens, atque hinc *plerumque*, *& ordinarie* verum *Conc.* h. e. Virginea, quam ex autographo primitus traxit, integritate per totum Bibliorum corpus decurrit. *Tranſmitto.* Quid enim ad me? qui non qua ſe fide tum commendaret, ſed quali hodie prædita ſit, inquiro. Videtur Hier. tot diſcrepantes Latinos codices ſpectaſſe *formaliter*, *& reduplicative* qua tales, quo reſpectu codicem ſuum Hebraicum, ſibi ubique conſtantem, appellavit *veritatem Hebraicam;* nec tamen per hoc indicare voluit, Eccleſiæ codicem Latinum, aut 70. viralem editionem eſſe falſitatem, alioquin valde erraſſet, & dum Hebræorum codicibus extollendis ſtuduit, ita pronunciando Eccleſiæ Catholicæ non parvam feciſſet injuriam. Certe falſus, & ridiculus foret iſte ſenſus: Eccleſia non habet veram Scripturam, niſi ego vertam ex Hebræo; Hebræus textus veritas eſt, Latina editio falſitas. Reſtat ergo, ut Hebrai-

noſtrum textum hic eſſe corruptum „cum nempe ad mentem ejus potius Hebræus textus ſit cor-

braicam veritatem tantum in oppoſitione ad varietatem editionum Latinarum interpretemur.

Neque urgeas: In mente Hieronymi expreſſio iſta: *Hebraica veritas*, arguit latere in Hebraicis codicibus veritatem primigeniam. Nam verum eſt hoc *relative*, & in oppoſitione ad infidelem, aut minus accuratam, atque a ſenſu textûs Originalis diſcedentem Lectionem; nec tamen indicat in verſione Itala non deprehendi veritatem. Ut ſi dicas, corruptis ex parte potiori teſtibus apud unum ceteris longe veraciorem, quæri debere veritatem. Omnis verſio proba Dei verbum eſt, adeoque veritas; ſic Vulgata eſt veritas Latina; innumeræ nationes ex hac ſibi veritatem lingvæ ſuæ paraverunt, & rurſus corruptam apud ſe verſionem Latinæ fidei reddiderunt; Verſio 70. viralis per prima quinque ſecula communis quidam erat veritatis Divinæ theſaurus, ex quo, & ad quem exprimebatur omnis veritas Scripturarum per orbem totum. (pag. 331. & ſeqq.)

Quarto: Vel legit Hieronymus in Hebraico ſuo codice Pſ. 21. *cháru: foderunt*, Pſ. 18. *kolam*, in omnem terram exivit *ſonus eorum*, ad Rom. 12. *kyrio* h. e. *Domino* ſervientes & cet. vel legit *chaari: ſicut leo*, *kavvam*: *linea eorum*, *karó: tempori ſervientes*. Si prius: ævo ejus integri erant fontes, & poſtea eſt illata eis corruptio. Si poſterius: in verſione ſua *Hebraicam veritatem*, h. e. *id*, *quod vere*, *ac realiter erat in Hebræo*, deſeruit, quia erroneum, aut minus rectum putavit. Non evinces in æternum, Hieronymum, ac 70. Symmachumque, Pſ. 18. *ſonus eorum* fuiſſe verſuros, niſi *kolam* legiſſent; quod enim poſt Pocockium in notis Miſcell. ad Portam Moyſis C. 4. monent eruditi, *kav* Arabibus ſonum eſſe, & abſtruſiori illo ſignificatu 70. Hier. & Symmachum accepiſſe, nimis ſubtile, & e longinquo petitum videtur; & forte Arabes per *kav* ſonum robuſtiorem, inconditam vociferationem, quæ huic loco non quadrat, intelligunt, ſyntaxim præterea Arabicæ

corruptus. Gen. 49. *Schiloh* dicit legendum eſſe ſcheliachh, ſeu *mittendus* (pag. 85. lin. 16.) Exod.

---

cæ originationi repugnare advertunt alii. Nego Hieronymum aut habuiſſe in mente *kav* Arabice pro ſono uſurpari, aut notionem hanc tam ſtudioſe delegiſſe. *Kolam* igitur legit cum 70. Symm. & Syro, & hæc unice vera lectio eſt autographi, ut nec Schindlerus negat, & Vogelius in notis ad Criticam Cappellii ſubmonet; qui una aſſerit Judæos quædam in Bibliis ſuis etiam certo conſilio depravaſſe. Aquila *Kanona* h. e. regulam tranſtulit, unde pronum eſt conjicere in codice ejus lectum fuiſſe *kavvam*, unica litera *lamed* excidente, evidens enim eſt, unam, alteramve literulam ſæpe loco motam fuiſſe; aut *kolam* ſine *vav* ſcripſerunt, *lamed* vero parte ſuperiore extrita *vav* evaſit, & lectioni *kavvam* occaſionem dedit.

Cogimur juxta Hier. *ad Hebræos recurrere.* (1) Nempe moris eſt ita loqui, non, ut proprie unicum hoc eſſe remedium ſemper innuamus, ſed ut innuamus, facillimum, obvium, præſentibus circumſtantiis in primis accomodatum. (pag. 341. lin. 1. & 342. lin. 24.) Credo Hieronymum editionem omnino authenticam parare potuiſſe ex verſionum 70. Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, quintæ, item & ſextæ collationibus, ſicut, judicante Eccleſia eam habemus in LL. Sapientiæ, Eccli. partibus Danielis, & Eſtheris. In N. T. in Evangelio Matthæi, quod Hieronymus, licet in Originali proſtaret, corruptelis onuſtum ſequi noluit, ſola verſione Græca contentus: & in epl. ad Hebræos, cujus fons conſpectum ejus effugerat. Ergo vult tantum dicere: inter tot, ac tantas diſſidentium, additionibus, & ſubtractionibus luxatarum verſionum monſtroſas varietates, cum adſit Fons, communis omnium mater, magis uniformis, ſibique conſentiens: ſalutare hoc medium cogimur apprehendere.

(2) Vir S. dictum hoc certo limite conſtringit, quo adverſæ opinionis de mente ipſius jugulum petit. Sic enim habet Tom. VI. OO. pag. 851. in fine, agens de levidenſi quadam inter tot interpretamenta diffi-

Exod. 32. 28. *tria millia* pro: *viginti tria millia* inter errata ponit, (pag. 319. lin. 25.) eo, quod ſcriba aliquis pro *viginti* per compendium ſcripſerit literam Chaph, quam alii poſtea quaſi

 no-

ficultate, an intelligantur jejunia menſis Julii, Auguſti, vel Octobris, & quorſum referri debeant: „In hoc noſtrorum multi multa dixerunt, & inter ſe diſſonantia; quidam obſcuritatem ſilentio profeſſi, quaſi profundiſſimam foveam in commentariis tranſierunt, rectius arbitrantes nihil omnino, quam parum dicere.„ Dein ſubjicit: *cogimur ad Hebræos recurrere.* &c. immediate addens: cum non ſit hic res momentoſa, vel Prophetia, quo caſu Judæi mendaciter ſolent veritatem occulere (pag. 341.) hic vero *hiſtoriæ ex præcedentibus, & conſequentibus ordo texatur.*

Itaque dicit, & facit Hier. quod omnis noſtrum ſentit, & facit etiam hodie. In rebus hiſtoricis ad uſum, & conſvetudines gentis reſpiciendum eſſe; utiliſſime procul dubio etiam ad textum Hebræum, etiamſi decuplo adhuc vitioſior eſſet; addita tamen cautela, ne id paſſim fiat in Prophetiis de Chriſto, cum ibi veritatis loco mendacium offerant, perfacile etiam in codicibus, ut Hier. videtur ſubindicare. Ægerrime poteſt ſuſtineri, codicum non eſſe depravatores in Prophetiis de Chriſto, qui ibi veritatem occulunt mendacio. Nos parum curamus, Auguſtone vel Julio, aut Octobri ſua obſervanda cenſeant jejunia perfidi; an textus momenti majoris ad Eccleſiam novam pertinentes vitioſa ſcriptione aliquando non perverterint, poſt tempora Hieronymi, vel eorum codices injuria temporum non ſint deformati, an ad eorum lectionem omni tempore devincti ſimus, etiam quando 70. & alios veteres diverſum ab hodierno textum præ manibus habuiſſe idoneis rationibus convincimur, in hoc unice ſumus intenti, quia hoc noſtra omnium intereſt maxime.

Reliqua in objectione accumulata utilitatem recurrendi ad Fontes oſtendunt, ſed quæ ſtante etiam tali, qualem aſſerimus, corruptione inſignem in in- ter-

Digitized by Google

notam ſimilitudinis acceperint pro *quaſi*, alioquin incredibile videri tam paucos fuiſſe cæſos. Exod. 2. 22. in dubio relinquit, an lectio 70. viralis, & vulgata ex Hebræo exciderit, Hebræa enim

---

terpretatione locum habet, ut ſequenti ſectione declarabitur. Ceterum in rebus fidei, & morum neceſſitatem recurſus *per ſe* nunquam demonſtrabis, utilitatem, & ex incidenti, propter pertinaciam Judæorum, aut hæreticorum, Vulgatam rejicientium, pro præſenti caſu etiam neceſſitatem aliquam (externam videlicet) admitto (pag. 210. lin. 28.) judico tamen, eum, qui lectione Vulgatæ non movetur, ex Fontium authoritate vix aliquando ad viam veritatis reductum iri. Valde parva eſt non rei, ſed *expreſſionis*, *& modi* in his diſcrepantia. (pag. 211.) Accedit, Hebræos codices plerumque in textibus illis aut variatione punctorum, aut interpunctionis, & vocis occurrentis ambiguitate (pag. 663. 716.) eſſe flexibiles. Confer cum Judæis, quod dico, expertus credes. Inter nos autem, & Heterodoxos vix aliqua eſt in momentoſis quoad V. Ttum. differentia, atque etiam in N. Tto. haud magna; quæ in contentionem veniunt, ſeu Vulgatam, ſeu Græcum textum ſequaris, plerumque æquo diſtant intervallo, & ſi hoc intereſſet ſolum inter utroſque, daremus non illibenter, ut lectiones codicis Hebræi, & Græci teneant, modo in ceteris conſentiant, & decreta Conciliorum ſuſcipiant.

Triplex cauſa fuit Hieronymo, recurſum ad Fontes urgendi, quarum nulla hodie ſubſiſtit, (pag. 339.) quia internus Bibliorum Hebraicorum ſtatus, & omnis conſtitutio alia eſt hoc tempore, poſtquam Maſorethicus apparatus, nova puncta, & progreſſu temporis non pauca immutata, veluti novam iis formam indiderunt. (1) Tempore Hier. nulla verſio extitit certo Eccleſiæ judicio probata, & præſcripta, uſus vero diverſos in diverſa trahebat, (pag. 387.) ipſa veteris *Italæ* exemplaria inter ſe multum diſſidebant, qualibet Eccleſia codices ſuos præferebat, quod ex dictis Hieronymi clareſcit. (2) Codicum

enim ſubinde eſſe mutila. Judicum 18. 30. germanam lectionem agnoſcit *filii Moyſis*, non, ut delirant Rabbini, *filii Manaſſis*. Proleg. in Eccli. pag. 21. animadvertit, Vulgatam omni-

Mmm 2

bus

cum a diverſis translatoribus oblatorum innumerabilis erat multitudo; ut enim aliquis aliquantulam utriusque lingvæ (Græcæ, & Lat.) notitiam ſe habere confidebat, novæ verſionis author factus eſt, ut dicit S. Aug. quæ res in populo Chriſtiano non potuit non generare perturbationem, & confuſionem. (3). Ex adverſo codices Originalem textum exhibentes longe minus fuerunt vitiati. Recurrere itaque ad Fontes temporibus illis apta medela fuit, qua etiam hodie non una de cauſa utimur.

Non poſſum ſilentio premere inſignem Hieronymi locum, quo affirmat poſt tempora Apoſtolorum textus quoſpiam adverſus ſe ab Apoſtolis citatos Judæos reprobaſſe, & in exemplaribus ſuis corrupiſſe, qui tamen ante adventum Chriſti nihil ſtudioſe immutaverint, Præf. in Geneſ. *Aliud eſt*, inquit, *ſi contra ſe poſtea ab Apoſtolis uſurpata teſtimonia reprobaverunt*, & (idcirco) *emendatiora ſunt exemplaria Latina, quam Græca: Græca, quam Hebræa.* Hoc eſt: uſitata in Eccleſia, & pluribus probata exemplaria Latina habere debent primum gradum dignitatis, ſecundum Græca, tertium Hebraica, quia in locis iſtiusmodi uſurpata contra ſe teſtimonia Judæi reprobaverunt, h. e. inquit doctiſſimus Vallarſius, *rejecerunt*, ſuisque e codicibus vel eraſerunt, vel ſubdola *interpretatione adulterarunt.* OO. Hier. Tom. IX. monet editor, vulgo citari *probaverunt*, ſed ex toto contextu non aliam eſſe veram lectionem, quam *reprobaverunt*, miraturque Criticos, & Editores iſtud hucdum latuiſſe.

Origenem in Tomis ad Hebraica exemplaria recurriſſe Hier. dicit. *Reſp*. Etiam nos eruditionis cauſa recurrimus, (pag. 333. lin. 35.) habent ſemper eruditi, quo ex Fontibus lectionem Vulgatæ non quidem evertant, ſed illuſtrent, confirmentque. (pag. 624. lin. 10. & ſeqq. lin. 20.) Aliqui etiam ex Catho-

bus aliis verſionibus, item Græcæ, Syriacæ, & Arabicæ lectioni eſſe anteferendam; interdum inculcat Vulgatâm in hiſce libris deutero-Canonicis ex

tholicis interpretantur, exiſtimaſſe Origenem, Hebræos codices eſſe adæquatum Scripturæ V. Ti. principium, ut quod XXII. illis libris non comprehenditur, ſit omnino reſecandum; errant, (pag. 166. fine, & pag. 183. medio) virumque inſigniter eruditum ſibi contrarium ponunt, quaſi in homiliis ad vulgum docuiſſet, partes Danielis; velut Canonicas retinendas eſſe, a parte rei vero, & quando locutus eſt ad eruditos, jugulandas tradidiſſet. (pag. 183. lin. 29.) Quis viris iſtis hanc mentem indidit? itane promiſcuam plebem in homiliis luſit Origenes? Non alia mens Hieronymo de Origene fuit, quam in expoſitione Scripturarum, quam plebi Chriſtianæ paravit, verſione uſitata contentum, in eruditis diſſertationibus etiam Originales textus, quippe cauſa eruditionis, fuiſſe ſcrutatum, quod nos quoque facere conſvevimus: ex quo dein ſubinfert Hieronymus, ſibi eandem concedendam eſſe libertatem.

Chriſtus, *& Apoſtoli*, *virique Apoſtolici* juxta Hier. *Scripturis utuntur Authenticis.* Reſp. Vox *authenticis* ſignificat *originalibus ipſis*, quæ dignitatem, qua pollent, a ſe ipſis habent, nec aliunde, uti verſiones, mutuantur; ita *authenticum* ſumitur, ut verſionibus opponatur, e. gr. apud Tertullianum; (pag. 116.) Porro qua dignitate polleant authenticæ illæ Scripturæ, non explicat Hieronymus; jure longe meliori tunc authenticæ dicebantur, cum hoc nomen hodiedum mereantur. Chriſtus, & Apoſtoli aliquando Hebræo textu, prout 70. virali verſioni contra ponebatur, videntur uſi fuiſſe, ex quo infert Hier. ſibi quoque jure hoc utenti non eſſe oblatrandum; ſolam ad Hebræum textum recurrendi, & ex eo vertendi libertatem vult evincere, & nihil plus; ſi verba illius ultra extendas, retorquebo. Chriſtus, & Apoſtoli communiter non Hebræo textu, cujus vix aliquam habuerunt rationem, niſi ubi ad Judæos Hebrai-

Digitized by Google

ex Græco non eſſe corrigendam, nominatim in lectionibus Libri Sapientiæ.

Exemplum profert Eccli. 44. 16. *Henoch translatus eſt in Paradiſum, ut det* (poſtquam

Mmm 3 in

braice loquebantur, ſed 70. virali verſione, etiam dum ab Hebræo diſcedit, uſi fuerunt, (pag. 280. lin. 6. & 282. lin. 1. & 14.) ſicut apud omnes eſt in confeſſo; ergo hæc præ Hebræo textu fuit jam tum authentica. Hieronymi verba, æſtu diſputationis prolata, reſtringi debent ex ſcopo ejus, ut illis ſua ſtet veritas. Nimirum perſvadere S. vir conatur Hebræi textus uſum licitum, utilem, & minime, prout hoſtes ejus obtendebant, perniciosum; erant enim Chriſtiani de altero extremo perſvaſi, inſecurum, & periculi plenum eſſe, eo quod Hebræi Scripturas corruperint, ad codices Hebraicos recurrere. (pag. 197.)

Præf. Quæſt. in Gen. dicit Hieronymus, illa exemplaria eſſe veriora, quæ cum N. Tti. auctoritate concordant. Atqui 70. viralis lectio magis concordat, quam Hebraica, ut inductione patet. (pag. 283.) Ergo exemplaria 70. viralis verſionis &c. Apoſtoli ſtudioſe 70. viralem lectionem præ Hebræa ſequuntur, ſtudioſe propter Hebræam numquam deſerunt; auſim dicere, uſualem V. T. codicem Apoſtolis non fuiſſe Hebræum, ſed Græcum 70. viralem, Hebræum ab ipſis tam fuiſſe neglectum, ut poſtea neglectus eſt ab Eccleſia. (pag. 863.)

Ad Origenem nos relegat Hieronymus, quem refert ſic ratiocinantem: Non corruperunt Judæi codices ante Chriſtum, ſecus Chriſtus hoc ſcelus eis objeciſſet: nec poſt Chriſtum, quia videmus hodienum omnia ſic legi, ſicut Chriſtus citavit.

Reſp. Argumentum hoc, ſi nobis opponatur, multiplici vitio laborare, nos autem nullatenus ferire. (1) Quia nos nullibi ex profeſſo aſſeruimus, ævo Hieronymi, & Origenis, eo minus Chriſto, & Apoſtolis adhuc inter homines agentibus, codices Hebraicos *in totum, & quoad ſubſtantialia* eſſe falſatos a Judæis, aut fluxiſſe in ſolidum vitiatos. Equidem

in fine Mundi revertetur) *gentibus* ſuo exemplo, & prædicatione *pœnitentiam*, docendo eós modum agendæ pœnitentiæ. In Græco deeſt *in Paradiſum*, & loco *ut. det* pœnitentiam gentibus

dem importunis Adverſariorum impetitionibus provocati, tempora invectarum corruptionum ſecundum veritatem, quoad poſſumus, promovemus, ſed ſufficit nobis, ſi caſu, vel ſcribarum oſcitantia falſæ lectiones ſubrepſerint, Si ponamus jam ætate Chriſti citra operam Judæorum, *automatós*, & fortuito codices in nonnullis vitiatos, citra tamen errorem perniciofum, minime erat neceſſarium, ut Chriſtus eos vel redarguat, vel depravationis iſtius admoneat; non venit Salvator, ut Criticam tradat, ſed ut errores tollat pernicioſos, & viam ſalutis oſtendat errantibus, cui fini 70. viralis verſio plene ſufficiebat. Concedas interim Hebraicos codices eo gradu, quem Morinus, & Houbigantius adſtruunt, adeoque non mediocriter hodie eſſe vitiatos, num Judæo, qui tibi convertendus traditur, peccatum iſtud identidem oggerere, atque exprobrare oportebit? an non rectius ages, ſi ſtatu Hebræi codicis, qualis eſt, ſibi relicto, veritates Chriſtianæ religionis primarias eum docueris?

(2) Dicimus argumentum Origenis de toto corpore Biblico accipi debere; niſi hanc interpretationem recipias, Hier. & Orig. ſibi contradicunt, nam Origenes in epl. ad Julium Africanum clariſſime docet Judæos multa de Scripturis fuiſſe ſuffuratos, (pag. 183.) Hieronymus vero ea dicit, quæ ſuperius adduximus. Viderint alii, quomodo hæc reliquis eorum dictis concilient: nos iſtud expedimus more apud homines recepto, explicantes: dici non eſſe corruptum, quod in ſolidum eſt integrum, etſi in particulari ſuos habeat defectus; volunt Origenes, & Hieronymus, Hebraicos codices ſui temporis quoad ſubſtantiam, & partes potiores recte habere, & authenticos dici oportere, non vero ex integro corruptos, quaſi nulli uſui jam forent, nec deberent conſuli ullo modo, prout Adverſarii Hieronymo objecerunt. Accipe, ut

Digitized by Google

bus, legitur: *tranſlatus eſt exemplum pœnitentiæ*, (vel futurum, in fine Mundi, vel quod erat, dum inter homines ageret, poteſt enim utroque modo accipi) hinc Janſenius negat probari poſ-

ut vis, ex hac argutiola id unum bene inferretur, Judæos codices ſuos data opera non depravaſſe, caſu tamen adhuc potuere vitiari.

(3) Demus, argumentum plene valere, potuerunt codices usque ad noſtra tempora ſeu caſu, ſeu certa malitia decurſu mille annorum corrumpi; nam de tempore, aut modo illatæ corruptelæ nobis nulla eſt cura, qui id unum inquirimus, qua ſe facie hodie exhibeant. Certum eſt interea magnam contigiſſe mutationem, quia ætate Hier. Tobiæ, Judith, &, ſicut ipſe Præf. in LL. Salomonis narrat, Eccli. & primi Machabæorum Originalis textus Hebraicus extabat, ex quo Tobiæ, & Judith librum etiam convertit in Latinum, ſed poſtmodum penitus ſunt deperditi, *tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas.* Applica huc verba Iſidori Hiſpalenſis dicentis, poſtea ob clariſſima de Chriſto teſtimonia a Judæis ex albo Divinorum librorum reſciſſos fuiſſe libros ſapientiales, & a lectione ſemotos. L. 1. de Offic. Eccleſ. C. 12. (pag. 104. maxime pag. 52.)

(4) Quid ſi non gens tota in pravitatem hanc conſenſit communi conſilio, ſed quidam privati ſuos codices in nonnullis locis depravarunt? Chriſtus ipſos Phariſæos, totamque gentem, iniquitatis illius haud conſciam, reprehendere non debebat. Quid ſi corrupta erant Biblia, ſed in locis ad N. Legis ſtabilimentum non neceſſariis?

(5) Quid ſi Chriſtus eos reprehendit? non enim omnia, quæ fecit, ſcripto conſignata ſunt.

(6) Chriſtus, forte quod cum pertinacibus contentionis funem ducere nollet, Divinam ſuam miſſionem potius certis oſtendens ſignis, & prodigiis, non redarguit, aut ſaltem redarguiſſe non legitur Judæos, etiam dum erroribus longe pernicioſioribus publice, & ad omnium notitiam conſtitit fuiſſe ex inſtituto implicatos. *Saducæi* primæ dignitatis viri, opulen-

tia,

ſe, Henochum in Paradiſum translatum. Reſpondet Cor. a Lap. olim in Græco aliter, nempe *hina dó metanœan* h. e. ut det pœnitentiam loco *hypodeigma* h. e. exemplum, fuiſſe ſcriptum.

---

tia, & authoritate Phariſæis potiores, Rectores magni concilii, ut ex Joſepho Ant. L. 13. C. 10. & L. 18. C. 1. colligitur, item ex Act. 5. 17. & 23. 6. Act. 4. 6. ex Baba Bathra (porta poſterior) & aliis in Thalmud locis, quorum plures, uti Caiphas Joan. 11. 50. etiam Pontificatum gerebant, nullam admiſerunt ſubſtantiam extra Deum, præter res corporeas ſub ſenſum cadentes, animos corpore ſolutos in nihilum redigi, quia non ſunt ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, profeſſi ſunt, apparitiones Angelorum, quarum narratione non caret Pentateuchus, ad emanationes ex Deo ipſo prodeuntes, rurſumque revertentes referebant; ſequebatur ex hoc, nullam eſſe reſurrectionem, quæ animorum ſupponit permanſionem, nullam alterius vitæ felicis, vel infelicis expectationem, quæ ſola humanæ perverſitati frœnum injicit, & qua amota homines, plus quam pecora, in nefanda quævis prolabuntur. Matth. 22. 23. Act. 23. 8. *Saducæorum doctrina animas non minus, quam corpora extingvit*, nam *permanſionem animarum, & apud inferos pœnas, & honores tollunt*, ait Joſephus Fl. apud Grotium in Cit. C. Matth. paucis verbis exprimit Hieronymus: *animam putabant interire cum corporibus.*

Salvator de reſurrectione provocatus, dum iniqua conſultatione eum capere, & argumentis irretire volebant, paucis reſpondit; de immortalitate animæ diſputationem inire noluit, contentus ex obſcuro Pentateuchi loco: *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaach:* hanc formare conſecutionem: *non eſt Deus mortuorum, ſed viventium:* quaſi dicat: dum igitur multo poſt eorum vitam tempore Moyſes ita locutus eſt, Abrahamum, & Iſaacum (non corpore, ſed) animâ vivere, adeoque animam eorum ſupereſſe profeſſus eſt; ex Pentateucho argumentatus fuit Chriſtus, omiſſis libris poſterius editis, in quibus cla-

tum. Demum quidquid ſit, Græcis modernis Latina Vulgata præferenda eſt, non latina græcis, ſed græca latinis aptanda ſunt. Olim in Græco ita, ut Latine legimus, extitiſſe vel inde (ait) con-

clarior eſt futuræ vitæ mentio, eo, quod *Saducæi* ſolum admitterent Pentateuchum, ceteros libros mere, ut opera humanæ induſtriæ, minime vero Divinitus inſpiratos reſpicerent. Itaque juxta communem ſententiam (cui tamen non parvæ difficultates opponuntur, videri meretur etiam Lighfootus in C. 4. Marci v. 15. Hor. Hebraic. pag. 999.) inficiati ſunt (una cum iis, quæ vulgo dicimus *neceſſaria neceſſitate medii* ad ſalutem) librorum omnium præter Pentateuchum Divinitatem: ſcelus hoc erat aliqua textuum depravatione ſexcenties magis deteſtandum, & exprobrandum, nec tamen invenimus a Chriſto ipſis fuiſſe objectum.

Eo minor eſt vis ſecundæ partis: Non poſt Chriſtum: quia etiam hodie ita extant textus, prout citarunt Chriſtus, & Apoſtoli. Solum valet, ſi conſtringatur exiguis illis limitibus, quibus continentur textus a Chriſto, & Apoſtolis citati, & quidem directe ex Hebræo, quales textus vix aliquos poteris proferre in medium. Bene habes: in iis textibus, quos citarunt Chriſtus, & Apoſtoli, ævo Hieronymi ſuos codices Judæi nondum corruperunt; ergo nec in aliis longe utique pluribus. Quæ iſta conſecutio? Nonne integros habemus libros, ex quibus Chriſtus, & Apoſtoli ne voculam quidem afferunt, adeo in paucis citant V. Ttum. Quin imo ſi ex citatione eſſet decernendum, cum in confeſſo ſit, a Chriſto, & Apoſtolis plerumque aliter, nempe juxta 70. textus laudari, ſequeretur, poſt tempora Chriſti, & Apoſtolorum vel data opera, vel caſu Hebræis codicibus vitium fuiſſe illatum, prout judicare celebrem Michaëlis ante diximus.

(7) *Retorqueo:* Si 70. viralis verſio fuiſſet quocunque demum caſu vitiata, Chriſtus, & Apoſtoli ea nec ipſi uſi fuiſſent, nec Helleniſtas, & univerſum orbem ea ſola utentes, ſine reprehenſione gravi di-

Digitized by Google

conficitur, quod omnes in Paradiſum credant Henoch tranſlatum, nec tamen eſt alter clarus Scrip. locus, qui id ſignificaret. Ad Zach. 9. 11. ubi hodie omnia ſunt fœm. generis; continet

dimiſiſſent; ergo 70. viralis verſio tempore Chriſti, & Apoſtolorum nullo modo fuit vitiata. Si autem dixeris, eam poſt tempora Chriſti extritam, & deformatam, cachinum tenere non potero, ut Chriſtus, & Apoſtoli teſtimonia ex ipſa ſic protulerint, ut poſtea manu temeraria, aut ſiniſtro caſu mutata fuit. Ergo 70. viralis verſio ævo Hieronymi virginea integritate floruit. Certum eſt, loca a Chriſto, & Apoſtolis laudata non tantum ætate Hier. ſic lecta fuiſſe, verum etiam hodie ita haberi, quemadmodum Chriſtus, & Apoſtoli ea uſurpaſſe leguntur. (pag. 182. & ſeqq.)

Quid quod ipſe Hier. luculentus teſtis eſt, ætate ſua in Hexaplis editionem 70. non illam *communem*, ſed quæ in libris eruditorum conſervatur, adeo fuiſſe veracem, ut quidquid ab ea diſceſſit, etiam ab authenticis Hebræorum voluminibus fuerit diverſum. (pag. 262. lin. 4.) Atqui Hexaplaris illa editio ita habebat, ſicut Chriſtus, & Apoſtoli teſtimonia ex V. T. adduxerunt; ergo Hexaplaris editio ſec. IV. nullatenus exerravit. Certum nihilominus eſt, abluſiſſe ipſam a lectione codicis Hieronymiani, & aliorum ævi illius. Ergo codices Hebraici ſeculo IV. & V. non erant illibati. En quos in caſſes ſe induunt, qui Hieronymi verbis ultra ſcopum extenſis, ad defenſionem præconceptarum opinionum ſuarum abutuntur!

(8) Ex conſideratione loci, quo iſtud Hier. protulit, Tom. IV. pag 97. patet, hunc eſſe, & non alium ſenſum: ex eo, quod Apoſtoli non citent Hebraicam lectionem, ſed 70. viralem, etiam dum ſermonem ad ipſos Hebræos dirigunt, non conſequi, Judæos codices ſuos penitus de induſtria corrupiſſe. Quod facile ſibi objiciendum ratus, prævertendum duxit authoritate Origenis. Verſat nimirum Iſai. 6. 10. illud (pag. 639.) *Excæca cor populi, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, ne forte videat:* dicitque: juxta 70. facilis eſt interpretatio, quod ſit

net vero textus veritatem Catholicam de Limbo, & Purgatorio, ut explicat Hier. in h. l. & S. Cyrillus Alexan. dicens: *evacuaſſe Chriſtum mortuum infernum, & Spiritibus in cuſtodia de-*

ſit *prædictio, in Hebraico difficultas eſt.* Agnoſcit minus apte legi in Hebraico, quam in 70. quærit, cur Paulus lectionem 70. præ Hebraica amplexetur, dein velut admirabundus quæſtionem inſolutam relinquit; tacite nimirum cogitavit Hieronymus, hinc inferri, Hebræum textum eſſe vitioſum, negat iſtud conſequens, negamus & nos, nam poteſt & 70. viralis verſio citari a Paulo, nec tamen eo ipſo Hebraica lectio damnari, aut rejici; aliæ enim ſubverſari debent rationes ad arguendum textum Hebraicum, hæc ſola, quod a Paulo 70. verſio lectioni Hebraicæ præoptetur, nulla eſt. Obiter animadverto, lectionem utramque ſola punctorum variatione Iſai. 6. 10. diſtare (pag. 639. & 641.) ex quo fluit, adducto ex verbis Hieronymi argumento, aut nihil, aut multum probari; ſi enim ſtringit, Hebræi codices ſuos nec additione punctorum hodiernorum deflexerunt a ſenſu archetypi, h. e. nequidem in punctatione aberrarunt unquam, quod utique falſum eſt omnium confeſſione.

Auguſtini authoritas ad quæſtionis hujus deciſionem referri nequit, quia (1) nihil decernit, ut conſtat ex contextu a nobis laudato (pag. 868.) imo etiam in caſu maximæ diſcrepantiæ, qualis eſt ſex prope ſeculorum in annorum in utroque codice poſitorum recenſione differentia, nec Fontis, nec 70. verſionis fidelitatem dicit in dubium eſſe trahendam; ergo tam ſtat pro verſoribus, quam pro lectione Fontis, & neutri vult præjudicare. Addit equidem tali caſu ei lingvæ convenientius credi, ex qua per interpretes facta eſt translatio. Hoc in præſenti quæſtione de annis Patriarcharum verum eſſe cenſet ille, verum alii etiam iſthic refragantur, (pag. 310. & 362.) & hoc principium toties hodie fallit, quoties 70. viralis lectio Hebraica manifeſte melior, & archetypo conformior eſt, quod non raro contingere vel ex Pſalmis liquet; conditionate, *ſi cetera ſint paria.*

detentis aperuiſſe portas inferas, *neminem latet*. Aug. epl. 99. ad Evodium, & L. 12. in Gen. C. 33. apud P. Widenhofer h. l. (pag. 657. l. 30.) *Tu quoque* o Meſſia! *in ſangvine te-*

---

ria, admittitur, (pag. 367. lin. 14.) nam pari ratione etiam lectio originalis potuit labefactari in apographiis, ut per ſe patet, & prophana quoque docent exempla.

(2) Auguſtinus loquitur ad caſum præſentem, & ſingularem tractat quæſtionem, eamque non fidei, vel morum, ſed chronologicam, in qua concedunt ipſi Adverſarii etiam in Hebræum textum poſſe errorem irrepere, ſtante etiam ſumma, & maxime commendabili fidelitate Judæorum; deinde etiam quoad veritates religionis an Hebraica, vel 70. viralis lectio vera ſit, non multum intereſt, modo, quæ vera eſt, conſervetur alicubi. Unde magni illi viri, qui cum antiqua Eccleſia lectionem Alexandrinam retinent, non videntur eſſe reprehendendi; nos in quæſtione plurimum intricata citra præjudicium aliter opinantium argumenta pro veritate 70. viralis lectionis attulimus. (pag. 371. fine)

Graveſon Hiſt. Eccl. in fine Tom. I. pag. 129. edit. Auguſt. Vindel. an. 1751. ſacram *Indicis* congregationem in contrarium producit, quæ librum S. Juliani Archiepiſcopi Toletani propter Chronologiam 70. viralem cenſorio ſtigmate, veluti etiam Antonii Cointii ſententiam confixerit. Verum hujusmodi declarationes ad ſolam Vulgatæ defenſionem tendunt, ne quis privatus uſu receptam ejus lectionem turbare, vel immutare audeat, quod non faciunt, qui antiquiorem 70. ſeniorum calculum ſequuntur, quæ pro ſe habet diploma Pontificium declarationibus illis ponderoſius. (pag 304. fine) Pro Vulgata extat declaratio, ne vel una in ea ſyllaba, aut litera, jotave unum mutetur, (pag. 41.) an AA. ſtricte iſtud accipiunt, & obſervant? an non potius docent, multa in Vulgata ex Fontibus debere emendari? (pag. 421. & 468.) eos qui 70. editionem in Chronologia ſequuntur, Romanæ Eccleſiæ minime eſſe injurios, illud

teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu, in quo non eſt aqua (refrigerii, & perfectæ conſolationis.) ſubjicit Corn. a Lap. *Dico textum Hebræum modernum hic eſſe corruptum, vel a Ju-*

illud etiam argumento eſt, quod multi eorum *cum Morino* prorſus Pontificii ſunt.

Non de dogmate, ſed de calculo diſputatur, uter veritati factorum magis conſentiat. Qui codices Hebraicos ſequuntur, ſpatia temporum quam exiguis finibus conſtringant, habeto ſpecimen! Rmus. D. Steph. Katona AA. LL. & Philoſ. Doctor, I. Regni noſtri Hiſtoriographus, Metrop. Eccl. Colocenſis Canonicus, & Eccl. ejusdem Bibliothecæ Præfectus in Synopſi Chronologica Hiſtoriarum Par. I. Tirnaviæ 1771. Period. II. pag. 17. ita ſubducit: Anno Mundi 1757. poſt diluvium centeſimo in campo Senaar turris Babel inchoatur, 13. annorum labore prope nubibus æquatur. An. M. 1770. ſeu exactis 13. annis lingvarum orta confuſione genus humanum in varias Mundi plagas diſpergitur. Anno poſt diluvium 114. Nemrodus Monarchiæ Aſſyriorum fundamenta jacit, Aſſur Semi filius an. M. 1835. Chaldæos, & Aſſyrios ſub unum imperium cogit, Beel, ſeu Dominus omnium effectus, ab obitu pro Deo habitus eſt, cujus filius Ninus an. M. 1890. bella cum exteris gerit &c.

Huncne calculum ſi quis factorum veritati diſſonare dixerit, peccat? Ergone fidem periculo committemus, niſi ſtatuamus a tribus vel quatvor conjugum paribus intra centum annos illam robuſtorum hominum catervam fuiſſe generatam, quæ inſanam Babelicæ turris molem intra 13. annos prope nubibus æquaverit? Ergone jam fas non erit, illam exemplo Majorum ſequi chronologiam, quæ remotiſſimi hujus temporis ſpatia factorum veritati convenientiora aſſignaverit?

Audiamus Jacob. Perizonium (fatis ceſſit an. 1715.) Hebraico textui alioqui addictiſſimum, qui, ubi dixiſſet Phaleg natum fuiſſe paulo poſt centeſimum a diluvio annum ex Chronologia Hebraica, quæ (ait) præ-

Digitized by Google

Judæis, ut hoc oraculum de Chriſto corrumperent, vel potius a librariis, nam cum Vulgata legunt 70. & omnes veteres. In argumento libri Sapientiæ idem: Græca hic, æque, ac in Ec-

præferenda Græcæ, mox ſubjicit: *fateor tamen viciſſim nimis exiguum videri ſpatium totius intervalli, quod inter diluvium, & Abrahami ætatem in Hebraica chronologia intercedit; ſed quod alterius, & longioris eſt disquiſitionis.* Hieron. in C. 1. epl. ad Tit. ſex mille necdum noſtri orbis implentur anni. Aug. de Civ. L. 12. C. 10. & L. 18. C. 40. Cyprian. de exhort. Martyr. ſex millia annorum jam pæne complentur, ex quo hominem diabolus impugnat. Severus Sulpicius Latinus (ſec. IV. an. 363. natus) Hiſtoriographus, qui Chronica ſua ab orbe condito usque ad Stiliconem Conſulem, h. e. an. Chr. CCCC. perduxit, *Mundus* inquit *a Domino conſtitutus eſt abhinc annos jam pæne ſex millia*, quod vero in Hebraico, & aliis editionibus ſæpe multiplex reperiatur differentia, abſolvit paucis in hæc verba: cum diſſenſus in chronologia vel Dei nutu, vel vitio vetuſtatis eveniat, calumnia carere debebit.

Tanto minus ſtringunt aliæ Graveſonii rationes; nam ſi hodierna Hebræi textus ſupputatio tantum ſeculo VI. cœpit in Eccleſia, altera vero primis V. ſeculis (ut Graveſon dicit) obtinuit, ex ſolo Trid. Concilii decreto abſoluta neceſſitas novioris hujus calculi efficaciter non oſtenditur. Falſum etiam eſt, quod addit Graveſon, Eccleſiam Romanam palam edixiſſe, a Vulgata neminem *ne transverſum quidem digitum* diſcedere debere, a qua amore Hebraicæ lectionis AA. etiam mille paſſus diſcedunt. Nec illud recte pronunciat, in caſtigandis Bibliis V. Tti. quotiescunque codices diverſum offerunt, Græcis Hebraicos anteponi debere; exempla in contrarium ex Bellarmino, & aliis ſparſim in hoc opere producta nimis clara ſunt. (pag. 10. 11. 14. 26. &c.) Si verum eſſet, quod dicit Graveſon, in textibus illis, quibus Chriſti ex Patre æterna generatio Pſ. 109. (pag.

Eccleſiaſtico ſæpe incerta ſunt, (tantum Græca ſuperſunt vice fontium) & variant, conſulenda ergo multo magis Latina Vulgata, quæ hic purior eſt, quam ſit Græca, ideoque Græcæ præ-

(pag. 15.) prædicatio Evangelii per orbem terrarum Pſ. 18. Chriſti patientis circumſtantiæ Pſ. 21. præſignantur, in Hebræo autem hodie jam aut perplexe, aut vitioſe narrantur, neglecta Chriſtianorum lectione Hebræis aures accomodare deberemus.

(3) Ex citt. Auguſtini loco ſic licet arguere: ſolo primo deſcriptore verſionis 70. annos una centuria augente omnia, per orbem terrarum usque adeo propagata, exemplaria effecta ſunt erronea; ergo etiam uno Rabbino, aut una eorum congregatione caſu, vel malitia textus aliquos immutante lectio talis immutata aſſumi, exemplaria vera ſenſim antiquari, deſcriptionibus corrupta multiplicari, demum univerſaliter recipi potuerunt.

(4) Juxta Aug. primus deſcriptor, cui abſurdum videbatur, quod in textibus tam numeroſis legebat, non abhorruit totius narrationis fidem ingenioſa ſedulitate, & arte veteratoria ita demutare, ut tandem annorum 586. falſiſſimum calculum mendaciter ſubinferret, & totum, qua late patet, orbem induceret in errorem. Ergo etiam Hebræi, vel eorum aliqui Rabbini authoritate præditi in plebem, odio vero immani in Chriſtianos excæcati, abſurdum reputantes, textus, qui his tam aperte favebant, hoc modo legi, poterant in locis hujusmodi immutare.

Nullibi dicit Aug. talem corruptionem fuiſſe impoſſibilem apud Judæos, (imo corruptionem reipſa contigiſſe ex deſcriptione in 70. affirmat) qui credibilius ſit, an hos, aut illos fuiſſe ſtudioſe mentitos, quærit, ac denique ſtatuit, hanc labem nec his, nec illis eſſe inurendam, errorem in Græcos codices immigraſſe tardius peccato tranſcribentis. Ex his ejus verbis non debebat idea generalis effingi, quaſi Aug. docuiſſet, impoſſibile fuiſſe codices longe, lateque per orbem diffuſos corrumpi. Si diffuſio obſtaret, 70. viralis verſio præ Hebraico textu omni-no

Digitized by Google

præferenda, ac habenda S. Scra. authentica, ut ſanxit Conc. Trid. Seſſ. IV. Rurſum C. 2. Eccli. v. 1. fili præpara animam tuam ad tentationem: *ſta in juſtitia, & timore.* Poſterius poſita verba deſunt

no diffuſſa fuit. Idem 70. viralem verſionem Divinam, & infallibilem, atque Propheticam eſſe docuit, ergo Hebræum textum ei præferre, aut dignitate præponere non potuit; & tamen Divinum hoc opus in tot locis unius ſcribæ malitia tradidit fuiſſe depravatum; ergo idem de alio Divino opere, ſeu de codice Hebræo cenſuit eſſe poſſibile.

Aug. Judæos dicit noſtros capſarios, in eorum libris noſtram extare doctrinam, & ad eos provocat. Ita eſt: ſed ex hoc inferre, ipſum exiſtimaſſe, Hebræos zelare pro lectionibus res noſtras juvantibus, ab omni corruptela præſervandis, & codices eorum nec in vocula, aut apice ab autographi fide deviare, hominis eſt, nihil ex ſcopo, & adjunctis, omnia ex imaginatione, & cerebri ſui commento interpretantis.

Scilicet duplex perverſorum hominum genus vir S. impugnavit, Manichæos, qui V. Ttum. novo contrarium, velut a diabolo profectum blaſphemabant, & paganos, qui ex illa in annis Patriarcharum immani in utriſque codicibus diſſenſione Divinarum Scripturarum authoritatem ſugillaverunt, & calamitates Orbis, recentemque illatam Romanæ urbi a Gothis vaſtitatem in Chriſtianam religionem, quæ tutelarium Deorum cultum eliminavit, odioſiſſime referebant. Auguſtinus zelo domus Dei inflammatus XXII. libros de Civ. Dei contra eos elucubratus est qui Tom. IX. OO. edit. Venet. 1764. continentur. Igitur in his de Civ. Dei libris cetera inter ſtatuit, religionem Chriſtianam, dogmata noſtra, *quoad ſummam rei* etiam in libris Judæorum, maximorum Chriſtiani nominis hoſtium contineri, hæc omnia non fingi a nobis, ſed ibi multis ante ſeculis prænunciata legi, quæ nos jam præſentia contuemur, Etiam, hodie ſi cum ethnicis, & barbaris ageremus, e. gr. in converſione Sinenſium, Malabaricorum dicere-

Digitized by Google

ſunt in Græcis hodiernis, ſed ea legit S. Aug. in ſpeculo, & Cypr. Tract. de mortalitate; unde patet ea olim fuiſſe in Græco, & interpretem noſtrum eſſe pervetuſtum, qui pleniora ha-

bue-

ceremus non abſimiliter, religionem noſtram, dogmata noſtra Hebræorum libris, (etſi decuplo corruptiores forent, quam vel hodie ſint) qui multo ante Chriſtum tempore conſcripti ſunt, contineri. Hæccine verò adverſus ſententiam noſtram ex Auguſtino adferenda erant?

Aug. lingvarum Hebrææ, & Græcæ agnoſcit neceſſitatem non ad res fidei, & morum cognoſcendas, alioquin ſecus etiam ſibi aliquod neceſſarium defuiſſet, qui ſe Hebraicam lingvam neſcire non uno in loco dicit. Res nempe ibi tractat non magnas, *Amen*, *Hoſanna*, *alleluja*, *racca*: ad res igitur definiendis veritatibus religionis non neceſſarias, ad Grammaticalem vocum ſignificationem, non vero ad Eccleſiaſticam, lingvarum notitia per eum eſt neceſſaria. Porro de hiſce minutis paucis te volo: edic quæſo! quid detrimenti paſſa ſit religio, dum quidam Patrum partim affectu pietatis, partim ignoratione Hebræi ſermonis *Paſcha* à *paſchein* verbo Græco ſignificante *pati*, quaſi a paſſione Chriſti, qui Paſchali tempore pro nobis paſſus eſt: venerandum nomen *Jeſus* à *jaomæ*, ſive *jëſasthæ* h. e. *ſanare*, quod vere livore ejus ſanati ſumus Iſai 53. cum Cyrillo Jeroſ. Clem. Alex. & Epiphanio derivaverunt? derivatio talis præterquam quod in re noceat nihil, ædificat multum, fovetque pietatem. Ex adverſo dum hodie arcana Orientalium lingvarum profundius, & ſubtilius omnes ſcrutantur, aliquid ſcilicet magnificum, & ſalutare nos docent: Gen. 1. Moyſen nihil aliud dicere, quam in principio operis ſui Deum cælum, & terram affabre expoliviſſe, quia *barā* præjacentis materiæ efformationem, non proprie creationem ſignificet. (pag. 360. 518. lin. 7. 583. 594. 617. 618. lin. 27.)

Inſtas: Valere hoc argumentum. Si Judæi Chriſtianis invidiſſent auctoritatem, & ex hac invidentia co-

buērit exemplaria Græca, quam modo ſint.„

Dominicus Macri in ſuo Hierolexico edit. Venet. 1788. pag. 519. ad difficultatem ſuper 30. argenteis Matth. 27. 9. dicit, errorem teſte

codices ſuos aliquatenus mutaſſent, ſibi eripuiſſent veritatem; atqui tam ſtulti, atque impii non fuēre, ut ſibi veritatem Scripturarum eriperent; igitur nec auctoritatem aliis ita inviderunt, ut aliqua propterea mutarent.

Reſp. (1) Perverſiſſimum quempiam, & fortunæ alterius inimicum malle ſibi quoque ex parte aliquid detrahi, modo alterum poſſit a conſecutione boni impedire. Reipſa ita fecerunt Judæi, dum juxta S. Iſidorum Sapientiæ librum, juxta Origenem hiſtoriam Suſannæ ſuppreſſerunt. (2) Sibi, & perverſis ſuis opinionibus, ſaltem prout expoſuerunt, ſervientem veritatem Judæi per hoc minime eripuiſſent, quod aliquos de Meſſia ſonantes textus mutilaſſent. Hos delere, alios ſervare ad falſæ ſuæ profeſſionis conceptam impie veritatem ipſis utile videri potuit. Debite adplicatum Auguſtini argumentum unice hoc ſignificat, Judæos non ita *omnia* e codicibus ſuis eraſiſſe, ut eorum libri nobis ſervire jam non poſſint, ſi enim *omnia* vel deſeviſſent, vel immutaſſent, ſibi quoque veritatem eripuiſſent.

Si cogitemus Auguſtini, & Hieronymi profundam erga Eccleſiæ decreta reverentiam, & illud poſterioris aſſertum: Si 70. verſio pura permanſiſſet, fruſtra ſe novam ex Hebræo verſionem paraturum fuiſſe, quia ei, quod ſemel in Eccleſia aures hominum occupaverat, inhærendum ſit; Pſalmos quoque ita canendos, prout canere (nempe juxta 70.) in Eccleſia conſvevimus, propter ſolam uberiorem Scripturarum notitiam aliquibus in Eccleſia viris etiam id ſciendum eſſe, quod offert codex Hebræus &c. (pag. 342. 269.) Luculentiſſime intelligemus non alia de cauſa eos novæ verſionis conſilium iniviſſe, aut demum probaſſe, nec aliunde recurſum ad Fontes ſvaſiſſe, quam quod *primo* quidem Latinarum editionum infinita eſſet varietas, *ſecundo* univerſæ Eccleſiæ,

Digitized by Google

ſte Hieronymo, & aliis ex incuria librariorum irrepſiſſe, provocat etiam ad librum Arabicum *margaritarum pretioſarum*, cujus author dicit,

 odio,

ſitæ, aut Oecumenici Concilii authoritate declarata authentica quæpiam, qua omnes uti juberentur, verſio deeſſet, *tertio* Fontes minus, quam hodie, perturbati, & puriores fluerent. Diſtingue tempora, & concordabis jura.

Reſponſiones hæ in compendium redactæ.

(1) Origenes, & Hieronymus locuti ſunt de codicibus ſuorum temporum, a quibus noſtri in non paucis diſcedunt, & vel hoc ipſo de mendis ſuſpecti ſunt. Senſerunt iſti viri Hebraicos codices eſſe incontaminatos *quoad ſubſtantiam, & potiorem partem*, adeoque utiliter adhiberi, iisque dogmata Chriſt. religionis vere, meritoque confirmari, nec eos abjici, aut repudiari debere *conc.* ſenſerunt eſſe incontaminatos etiam quoad ſingulas partes, ut nulla in iis deprehendatur partium luxatio, aut in hoc, vel illo textu, vel ſaltem vocabulo ab archetypis diſceſſio *nego.* Non ſemel affirmant magni hi viri Judæos aliqua mutaſſe; teſte Hieronymo in C. 17. Jerem. Tom. IV. col. 956. verſum primum: *peccatum Judæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo* h. e. fortiſſimo ad perpetuandam ignominiæ memoriam, *in ungve adamantino*, Hebr. lapide *ſchamir* duriſſimo, adeoque indelebiliter, Origenes diſerte docet Judæos pervertiſſe: *Quoniam difficile eſt aliquem ſe malum confiteri, ideo Judæi, qui exemplaria nonnulla falſarunt, etiam hoc loco pro peccato Judæ peccatum eorum poſuerunt.* (pag. 52. 187.)

(2) Vulgaris lectio Latina, aut Græca juxta Orig. & Hieronymum ad Fontes exigi debet, ubi Fontes certo integri ſunt, & nullatenus mutati *conc.* Etiam ubi fluunt defectuoſi, puta in partibus Danielis, Eſtheris &c. *Nego.* Neque dicta hujusmodi unquam ad res fidei, & morum extenderunt, ſed nec in aliis textibus aliter, quam ex ſuppoſitione illa, quod fontes ibi integri ſint, verſiones autem inter ſe varient, hoc ſuum aſſertum intelligi voluerunt.

(3)

odio, & malitia Judæorum inſignem hanc de venditione Chriſti Prophetiam eraſam fuiſſe, quam ex Arabico dein adnectit Latine converſam;

(3) Juxta Hieronymum pudenda res eſt Hebræam veritatem velle redarguere, nam quod Judæi legunt, favet rei Chriſtianæ. *Reſp.* Pudenda res eſt velle redarguere *ex toto*, *& in ſolidum* abjiciendo, tamquam nulla ſit ejus utilitas. *Conc.* Velle redarduere in hoc, vel illo textu, ubi Judæi aliqua ſuſtulerunt, vel in odium Chriſti *reprobaverunt* (pag. 907.) *Nego.* Favet rei Chriſtianæ, quod Judæi legunt, nimirum præ textu Latino, aut Græco. *Diſtingvo*: Favet h. e. Interdum *clarius*, *& efficacius* ſonat in Hebræo, licet quoad ſubſtantiam, & rei veritatem perinde legatur in Latino, & Græco *Trans.* (pag. 107. l. 4.) h. e. Aliquid nobis Chriſtianis valde utile deeſt in Latino, & Græco, quod deprehenditur in Hebræo. *Neg.* Fruſtra iſtud jactatur, ſi exemplis nunquam demonſtratur. Proferantur faventiora illa effata Hebræi codicis! in rigore falſum eſt in Hebræo lectiones nobis faventiores inveniri.

Judæi multa legunt contra ſe, h. e. veras archetypi lectiones hodiedum retinent plerumque, eas etiam, quibus ipſos errare oſtenditur; hoc non obſtante multos textus legunt Judæi, legeruntque jam ſec. III. & IV. detorte, ac corrupte, ut non faveant rebus noſtris, e. gr. Iſai. 53. Zach. 12. Pſ. 18. & 22. (pag. 890. 894.) Fontis unda *puriſſimi* in comparatione cœnoſorum rivulorum etiam nobis placet, malumus tamen puram ex rivulis aquam, quam obſcœnum ex fonte liquorem bibere. (pag. 110. l. 24.)

(4) Dum textus N. Teſtamenti in Latino variant, fontis vero una, ſibique in omnibus apographis conſentiens lectio deprehenditur, nos quoque caſum hunc inter eos numeramus, in quibus recurſum ad fontes ſvademus. Neque tamen cenſemus Hieronymi tempore absque omni exceptione ſemper illas fuiſſe veras lectiones, quæ cum Græca quacunque apographia conſenſerunt, quia jam tunc legebantur ad Rom. 12. 11. Matth. 2. 5. (pag. 387. 391.)

No-

ſam; etiam Lectionarium Copticum ex relatione Antonii Vogt in commentario N. T. Tom. 1. in 8. edit. Mogunt. 1790. pag. 112. in Jeremia hoc vaticinium habet, atque ipſe Hier.

 nar-

Novum T. in quibusdam locis minus apte converſum, & multitudine variantium exemplarium haud modice turbatum meliorum codicum Græcæ fidei reddidit Hieronymus. Nam in illis varietatibus nondum exiſtente una communi a tota Eccleſia adprobata verſione, ut veterum librorum fides de Hebræis, ita novorum vacillans ex diverſitate verſionum authoritas de Græcis codicibus, quippe tunc adhuc purioribus examinanda fuit. Hodie regulæ huic locus non ſemper conceditur, illud prius conſtet neceſſe eſt, fontanam lectionem tali loco archetypo eſſe conſentaneam.

Urg. Canon: *Ut veterum* Corpori Juris Eccleſiaſtici illatus etiamnum vim legis obtinet. *Reſp.* Non obtinet vim legis, obſervatur nihilominus iſta regula illis caſibus, qui vulgo aſſignantur, ut ad fontes recurrendi utilitas demonſtretur. Caſus illi ſunt I. ſi Vulgatæ editionis codices varient, aliqui codd. habent hanc vocem, alii aliam, & ſic dubitatur, quæ ſit primitiva Vulgatæ lectio, inſpecto fonte facile plerumque detegitur. II. Quando error ex incuria deſcribentium, aut negligentia typographorum in codd. Vulgatæ ſubrepſit; quamvis huic tollendo alia etiam ſufficiant media.

III. Quando in Vulgata occurit lectio anceps, & ambigua, quæ hoc, aut pariter etiam alio ſenſu poſſit uſurpari, ambiguitas commode tollitur inſpectione fontis, qui vocem offeret determinatæ, & minime ambiguæ ſignificationis. IV. Ad phraſes, energiam, proprietatem, emphaſes, & idiotismos plenius intelligendos V. Ad intelligendam Originalis textus polyſemiam, (pag. 779.) atque paronomaſias, item voces Hebraicas, & Græcas in officio Divino receptas explicandas. Sed de his ſequenti ſectione uberius.

Igi-

Digitized by Google

narrat in oblato ſibi Nazaræorum exemplari apud Jeremiam ita fuiſſe lectum; hoc exemplar Hier. apocryphum vocat, attamen hodie detectis pluribus veritatis ejus indiciis, mitius de illo exemplra-

---

Igitur Canon: *Ut veterum* uſu ipſo, qui optimus eſt legum interpres, monſtrante ad poſteriora iſta tempora non pertinet. Namque in Decreto Gratiani emendato Gregorii XIII. juſſu edito Lugduni an. 1584. pag. 27. Gloſſa ſic habet: *Hieronymus in ſecundo Prologo Bibliæ contrarium ait dicens, quod emendatiora ſunt exemplaria Latina, quam Græca, & Græca quam Hebræa.* (Ecce quo ſenſu jam a tempore ſatis longo aliquot ſeculorum textus Hieronymi fuerit intellectus! quod Vallarſius non advertit. „ (pag. 907. lin. 21.) *Sed Auguſtinus* (dici oportuit Hieronymus, nam ejus eſt textus) *ad primitivam Eccleſiam reſpicit, quando exemplaria Græca, & Hebræa non erant corrupta; ſed procedente tempore cum populus Chriſtianus multum eſſet auctus, & hæreſes multæ eſſent factæ inter Græcos, in invidiam Chriſtianorum Judæi, & Græci ſua exemplaria corruperunt: & ſic factum eſt, quod exemplaria eorum magis corrupta ſunt, quam Latinorum, ad quod tempus reſpicit Hieronymus. Vel reſpicit ad Latina exemplaria a fidelibus interpretibus translata. Auguſtinus reſpicit ad exemplaria Latina a non fidelibus, & falſatoribus translata: in quibus ſi quid falſitatis videatur, dicit eundem eſſe ad originalia. Vel dic, quod in hoc magis credendum eſt Hieronymo, quam* Auguſtino, *quia inter iſtos tres Aug. Hier. & Gregorium, Auguſtino magis credendum eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtoriis, & translationibus: Gregorius in moralibus præponitur, quia non omnes in omnibus, ſed certi per certa* &c.

Non utique nova, aut poſt Trid. Concilium excogitata eſt hæc gloſſa, quæ, priusquam Lutherus, aliique reformatores, qui celebrandi Concilii cauſa fuere, naſcerentur, illico, ubi typographica ars in uſum venit, tota legitur impreſſa, in editione anni 1472. Idibus Auguſti ſub Sixto IV. & Frid. Rom. Re-

plari judicium ferri poteſt. Item graves ab antiquis inde temporibus viri apud Calmetum Matth. 27. 45. cenſent in relatione de hora, qua Salvator in crucem actus fuit, *tertia*ne, vel *ſexta* fuerit, Marci 15. 33. Luc. 23. in alterutro Evangeliſta errorem ſubrepſiſſe, nempe juxta Auctorem comment. in Pſalm. 77. ſub nomine Hieronymi: *error Scriptorum fuit: & in Marco hora VI.* (non III. ut hodie legitur) *ſcriptum fuit, ſed multi epiſémum ſigma putaverunt* (ob ſimilitudinem) *eſſe gamma.* Vel juxta Chronicon Alexand. Nonnum, & codicem Cantabrigienſem, ubique deberet ſcribi *hora III.* nam

 Pe-

Rege in nobili urbe Moguntia, (verba ſunt ad calcem editionis) quæ noſtros apud Majores aurea dicta, quam Divina gratia dono gratuito præ ceteris terrarum nationibus arte impreſſoria dignata eſt illuminare.

(5) Hebraicos textus *Authenticos* h. e. Originales vocant Hier. & Origenes, vel Authenticos *quoad partem potiorem*, & in genere, non vero quoad omnes prorſus lectiones, & abſolutam integritatem. Juxta Aug. ei lingvæ potius eſt credendum, ex qua facta eſt translatio, ſi ejusdem certa ſit in loco controverſo integritas, non vero ſi ab orthodoxis plerisque, & aliis doctioribus, prout hodie fit, vocetur in dubium, (pag. 367. & 369. lin. 30.) unde mox addit Aug. *in codicibus veracioribus* verſionis idem reperiri, quaſi dicat, merito fidem Hebræi codicis tunc præferri verſioni, quando fidem hanc etiam verſionum authoritas confirmat in codicibus veracioribus.

Duabus aliis præter Latinam lingvis Hebræa, & Græca opus eſt in interpretatione Scripturarum, non quaſi verſio authentica juxta Aug. in rebus fidei, & morum non ſufficeret, ſed pro caſibus antea memoratis, & ex ſuppoſitione, quod verſiones in tali loco inter ſe diſcordent, fontes vero minime ſint luxati.

Digitized by Google

Petrus Archi-Eppus. dicit ſuo tempore in autographo Evangeliſtæ Joannis, quod tum in ſancta Epheſiorum Eccleſia ſervabatur, (pag. 116. lin. 12.) & emendatiſſimis exemplaribus ita fuiſſe ſcriptum. Notum cuivis, alias ſupereſſe vias conciliandi, ideo ſolum hæc affero, ut palam faciam, eruditos non abhorrere a confitenda etiam Fontium aliqua depravatione. Schindlerus in Lexico Pentaglotto verbo *tzud*, Joſ. 9. 12. *viaticum ſumpſimus*, hitztajjadnu, 70. & Thargum. Hier. ut verſ. 11. & 12. Præcedit verſ. 4. jitztajjaru, h. e. *legatos ſe finxerunt*, ut ſit locus depravatus ex literarum *daleth*, & *reſch* ſimilitudine, quod confirmat cum Thargum, tum tota narratio, nam judicante Maſio per paragrammatismum errore librariorum ſic ſcriptum eſt.

Claudat agmen Calmetus! ſi quidem hujus eſt decernendum judicio, non male reputaveris ex iis, quæ in univerſo corpore Biblico in Fontibus luxata, & depravata ſunt, libellum confici poſſe. Aliqua ex jam adductis repetamus! Pſ. 4. illud: *Filii hominum usque quo* &c. corruptum dicit in Hebræo (pag 26. lin. 8.) Gen. 4. 15. a primæva lectione deflexiſſe, (pag. 143. lin. 22.) Pſ. 10. 1. duos errores in eodem textu Hebræo agnoſcit (pag. 125. lin. 24.) Judic. 19. 2. Vulgatum, 70. & Chaldæum melius legere, quam Hebræos (pag. 688. lin. 8.) Pſ. 73. 19. lectio 70. præ Hebraica ei arridet, (pag. 684. lin. 33.) Pſ. 89. 9. priſcos, 70. Syrum, Arabem, aliosque illud legiſſe, quod, non ſecus, ac voces nonnullæ, & integri etiam verſiculi, ex Hebræo extritum ſit. (pag. 690. lin. 14.)

Sciſcit porro Fontes Hebræos, & Græcos ad Vulgatam reformandos, dum ipſa correctior,

&

& defæcatior fluit, quod opinione ejus omnes docti norunt haud raro evenire. Pſalmi 21. verſum 18. corruptum circumferri in Hebræo, peculiari Differt. demonſtrat Tom. IV. edit. Venet. 1771. pag. 21. & ſeqq. Diſſertatione in textum, & veteres verſiones pag. 31. erudite obſervat omnes verſiones ad Fontem Hebræum exigendas fuiſſe, ſi corruptus non eſſet, ſed aliquam de corruptione ejus ſuſpicionem admittendam, ex fide verſionum textum originalem interdum emendandum, falſam & inanem eſſe Hebræorum de integritate ſui textus jactantiam. Subjicit IV. textus diverſis e Pſalmis lectionis apud Hebræos depravatæ, alia duodecim loca, quæ ſuſpicione non vacant, Pſalmi IV. verſum tertium apud Hebræos apertiſſimo mendo laborare adſeverat: Uter melius, Hebræusne, an 70. verſio quædam loca adducat, ambigit.

Hæc ſatis, inquit, in ipſo commentario utraque pagina ſimilia præfert exempla. Præf. in Pſalmos §. V. paginæ 13. medio ita loquitur: *Hebræus*, (textus) *qualem in noſtris Bibliis legimus, non uno in loco apertiſſime corruptus eſt, cujus rei certiſſima argumenta præbet diverſa legendi ratio, quam* 70. *Syrus, & S. Hieronymus ſecuti ſunt.* Menda ſunt pariter alia, quæ *recentius invecta creduntur.* Adductis rurſum exemplis aſſertum ſuum firmat, adjicitque, ex commentario ſuo ad ſenſum demonſtrari, jam inde a veteri ætate Hebraicum Pſalterium menda aliqua admiſiſſe, 70. alioſque veteres exemplaria hodiernis probatiora præ manibus habuiſſe. *Conſtat* (inquit ille) *non unico exemplo Hebræum textum, quem ille* (Hieronymus) *in ſua verſione adhibuit, diſcrepaſſe*

in multis ab eo, quem habemus ſuperſtitem. Præf. Generali in V. T. Tom. I. pag. 13. lin. 44. edit. Venet. 1767. Nihil proclivius, nihil naturale magis, quam ex his ita arguere: vel Hebræus Hieronymi textus, vel iſte, quem habemus ſuperſtitem, a fide Archetypi diſceſſit. Primum expreſſa de Hebræo Hieronymiano textu Vulgatæ fides integerrima juxta Catholicos AA. dicere vetat; alterum itaque confitendum. (pag. 419. lin. 24.) Dico: *juxta AA.* Ego enim opinor, Hebraicos codices nec ætate Hieronymi fuiſſe omnis labis expertes, variaſſe jam tum, & interdum a vera lectione fluxiſſe devios. Iſtudne, vel oppoſitum ſtatuas, ad præſentem quæſtionem intereſt nihil; namque de hodiernis codicibus quæritur, qui ſi ex parte ſunt vitiati, non ſequitur, etiam codices ſeculi V. fuiſſe vitiatos. Quia vero a curioſis, & inquietis hominibus, qui ad cavillandum præcipites, ſententiam meam criminandi nullam prætermittunt occaſionem, odioſa hæc movetur quæſtio: an juxta me codices Hebræorum jam ætate Hieronymi fuerint corrupti? quod ubi affirmavero, actum, & conclamatum eſſe de Vulgata vociferantur; ut etiam iſtis ſatisfaciam, opinionem meam ſequentibus declaro.

I° Indubium eſt, poſt ætatem Hieronymi codices Hebræos mutatos, & ſeu ſtudio, vel errore librariorum, ſeu caſu, vel injuria temporum, in lectionem aliam, plus, minus, diverſam, quandoque ad primigeniam facile reducibilem, quandoque autem etiam falſam, & ſenſui ejus repugnantem fuiſſe deflexos. Conficitur iſtud rationibus iis, quæ pro corruptione Fontium vulgo adduci ſolent, ex quibus una clareſcit,

Hier-

Hieronymum ex Hebræo vertentem aliam veram, & archetypo conformem in codicibus ſuæ ætatis paſſim deprehendiſſe lectionem. e. gr. Pſ. 21. 17. *polythrylléton* illud *foderunt*, ſeu, ut ille transfert, *fixerunt manus meas*: explorata veritas eſt, omnes usque ſec. VI. ita legiſſe, unde etiam Chaldæi Paraphraſtæ illud *mordentes* tardius ſubrepſerit. Gen. 2. 18. *œyœſcœh* h. e. *faciam*, videtur codex Hieronymi, non minus, quam Aquilæ habuiſſe *nayaſcœh* h. e. faciamus, ſicut C. 2. 26. actu in Hebræo quoque legitur. Pſ. 35. 1. *Dixit injuſtus in ſemet ipſo: non eſt timor Dei ante oculos ejus:* hodie legitur: effatum prævaricationis impii *in medio cordis mei:* reliqua tantum a punctatione pendent, ſed illud *in medio cordis mei*, quod tamen jam Symmachi, & Chaldæi codex habuit, Hieronymus cum 70. & Syro legit non *cordis mei*, quod loco incongruum eſt, & valde ineptum, ſed *cordis ſui*.

Pſ. 119. 3. *Quid detur tibi, aut quid apponatur ad lingvam doloſam?* h. e. quid tribui oportet tibi a Deo contra fallaces lingvas, & dicteria hoſtium tuorum? vel: quid boni ſperas a lingva doloſa, o improbe! vel: quid commodi dabit tua oblocutio tibi o doloſa lingva? nihil. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus *deſolatoriis*, h. e. valde inflammantibus, ignem diu alentibus, proin ad comburendum, perdendumque aptiſſimis: h. e. calumniatoris lingva ſimilis eſt ſagittis ignitis a potente bellatore ad perdendum alios emiſſis. Telis accenſam ſtupam obvolvere moris erat ad incendenda loca, quo tela pertigerint. Forte captivorum Judæorum queſtubus Deus reſpondet: quid dem vobis

pro

pro auxilio contra calumniatores? vultisne, ut ignitis eos ſagittis (quæ ardent, ut carbones juniperorum, Hebr. *rhethamim*, ſeu *geniſtarum*, quæ adhibitæ pro ſagittis prævie accenſæ emittuntur, ut ardeant diutiſſime in loco, quo pertigerint) conficiam? Paſſive legit Hier. hodie active legitur. Sed pendet tantum a punctis.

Pſ. 103. 4. o Deus! *qui ponis nubem aſcenſum tuum*, h. e. qui veheris, & equitas ſuper nubibus: ſequitur: *a voce tonitrui tui formidabunt*. Hier. omnia verba habet in 2ª perſona: qui *tegis*, *ponis*, *ambulas*, *fundaſti* terram, *facis* Angelos tuos Spiritus: & epl. ad Suniam, & Fretellam docet ſic legi debere. Hebræus hodiernus habet vel participium, vel 3ªm perſonam, e. gr. *jaſad*, *non jaſadtha*, *fundavit*, non *fundaſti;* incipit ſane perſona 2ª etiam in Hebr. gadaltha mëod h. e. magnificatus es vehementer. Oſe. 3. 4. Dies multos ſedebunt filii Iſraël ſine Rege, ſine ſacrificio, *ſine altari*, 70. ſine *thyſiaſtério*, quod idem eſt; cum Hier. vertat *ſine altari*, ut 70. procul dubio legit *ën mizbeachh*, hodie legitur *ën matztzebah* h. e. ſine ſtatua; (vel tribu ajunt) Calmetus in h. l. „lectio *ſine altari* probabilior eſt; & cum S. Hier. nullas variantes afferat lectiones, putandum eſt Aquilam, Symmachum, Theodotionem cum 70. conſenſiſſe; eodem modo legunt Syrus, & Arabs. „ Non utique ſtatuam, ſed altare exigit præcedens *zæbachh* h. e. ſacrificium. Iſidorus, Arias, Pagninus, (pag. 577.) Hebraizantes apud Corn. a Lap. ex vitioſa hac lectione vertunt: erunt *ſine idolis*, per ſtatuam ſimulacra Deorum intelligentes. Conveniens videlicet pœna Deicidii in Judæos! erunt *ſine idolis*.

Pſ.

Digitized by Google

Pſ. 67. 37. *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis*, h. e. in templo ſuo, quod vocatur ſanctum ſanctorum h. e. ſanctiſſimum, Germ. Heiligthum; (ad perſonas ſanctas non aliter poteſt referri, niſi in quantum ſunt templa Dei viva) Hier. legit ut nos cum 70., hodie habetur *mimmikdaſchæcha*, h. e. *ex ſanctuariis tuis.* Pſ. 55. 7. *Pro nihilo ſalvos facies eos.* hoc foret Hebraice: *yalyaín*, & ita legit Hier. cum vertat: *quia nullus eſt ſalvus in eis.* Hodie habetur *yal yavæn*, *jod*, & *vav* permutatis, h. e. *pro iniquitate:* & ſenſus eſſe poteſt: ſuper iniquitate ſua ſalus, evaſio eis, nempe hoſtibus meis ſit? cum iniqui ſint, adhuc tamen evadant? abſit! confringes eos &c. Sed melior eſt ſenſus prioris lectionis: nihil boni egerunt ſuis viribus, (juſti) tamen ſalvabis eos. v. 8. poſuiſti lacrymas meas *in conſpectu tuo* h. e. *benægdæcha* Hebr. ita legerunt 70. Syrus, Symmachus, & Hier. hodie Hebr. habetur *benodæcha*, *Aleph* poſt *Nun* poſito, & vertitur *in utre tuo* vel *in laguncula tua;* ut Hebræum textum tueantur, ajunt, præficas lacrymas ſuas in phyalam colligere conſveviſſe, ita Deum guttas lacrymarum a piis fuſas in numerato habere. Pſ. 33. 5. *accedite ad eum*, *&* *illuminamini.* Hier. *reſpicite ad eum*, *&* *confluite.* (hoc poſterius *nahar* peræque valet) hodie legitur in in præterito perfecto *hibbitu*, non *habbitu*, *reſpexerunt ad eum*, *&* *illuminati ſunt.* Sequitur: & facies *veſtræ* non confundentur: Hier. & vultus *veſtri* non confundentur: Hebræus hodiernus: facies *eorum* non confundentur. Varietates hujusmodi non verborum, ſed rerum ſunt, & permultæ ſunt, poſt Hieronymi tempora Hebræo codici illatæ.

IIo

II° Hebræus textus nec ſub ætatem Hieronymi fuit ex integro, & in omnibus locis incontaminatus, ſed jam tum in quibusdam voculis, aut etiam verſibus per ſubtractionem, aut aliam variationem, & ab autographo ſuo aberrationem, ſive fortuitam, ſive certo deſcribentium conſilio inductam mutatus. Patere iſtud videtur (1) ex iis, quæ leguntur apud Chaldæum, & Trium-viros illos Aquilam, Sym. & Theod. immo juxta AA. etiam 70. ſæpe legerunt id in codice ſuo, quod non poterat non eſſe a fide archetypi deflexum, & variatum; ſed maxime omnium eluceſcit ex ipſo Hieronymo; namque ea jam tempore illo lectio invaluit, quam ſequenti ſeculo inventis punctis textui appoſuerunt, firmaveruntque Maſorethæ. Ita Pſ. 109. Hieronymus legit: *populi tui ſpontanei erunt* &c. (pag. 16. lin. 25. & 17. lin. 19. item 18. lin. 26.) Pſ. 118. 119. in Samech. loco: *prævaricantes reputavi*, Hier. legit: *quaſi ſcoriam computaſti.* h. e. *chhaſchabtha* cum Symmacho, & Aquila. Nos cum 70. *chhaſchabthi*, addito *Jod;* hodie loco *chheth* paſſim viſitur litera ſimilis *He hiſchbaththa*, ſabbatizare, quieſcere feciſti, deleviſti omnes prævaricantes. Calmetus hîc: Aliter aliquanto hodierni legunt Hebræum, quam legerint 70. S. Hieronymus, veteresque interpretes.„ Hoc eſt, ni fallor, ſerius, aut citius mutata eſt lectio primigenia.

Pſ. 48. 19. *confitebitur tibi*, laudabit te, *cum benefeceris ei*, nos cum 70. & Syro. Hieronymus jam cum Maſorethis legit: *laudabunt te*, *cum benefuerit tibi:* vel juxta MS. Ciſtercienſe: cum benefeceris tibi. Pſ. 36. 37. vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros

dros Libani: & tranſivi, & ecce non erat, & non eſt inventus locus ejus. Hier. cum Maſorethis: vidi impium robuſtum, & fortiſſimum, ſicut indigenam virentem: & tranſivit &c. legit *cheëzrachh rayanan*, ëzrachh porro vertitur *indigena*, 70. legerunt *cheërze Libanon*, æræz, cedrus, aliter vulgo æræn, quaſi dicas ornus. Calmetus addit: Hebræus noſtræ ætatis aliter legit, quam qui vetuſtis Græcorum interpretibus fuit.

Pſ. 30. 11. Infirmata eſt *in paupertate* virtus mea; *beyoni* hoc foret. Hier. cum Maſor. infirmata eſt *in iniquitate* fortitudo mea. *Beyavoni* hoc foret, *vav* inſerto. Pſ. 29. 8. *Domine in voluntate tua* h. e. ex puro beneplacito tuo, *præſtitiſti decori meo virtutem*. Ita nos ex 70. & Syr. Hieronymus cum Maſor. loco *decori meo* h. e. *hadri: monti meo* h. e. harri. Pſ. 46. 9. Principes populorum congregati ſunt *cum Deo* Abraham. Hier. cum Maſor. loco *cum Deo* h. e. *yim*, habet *yam* h. e. *populus Dei Abraham*. Pſ. 73. 7. prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum *yavonam*; Hier. cum Maſor. *yénam*, oculi eorum. (pag. 411. lin. 6.) Pſ. 37. *yain* litera h. e. verſus unus ex alphabetico Pſalmo jam defecit ætate Hieronymi; vulgo eruditis perſvaſum eſt, 70. interpretum ætate ea litera non caruiſſe archetypon, ait Vallarſius. Defuit ætate Hier. Pſalmi 144. ille verſiculus *fidelis Deus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis*: defuit jam ætate Origenis, & Chaldæi Paraphraſtæ. Pſ. 24. 15. *firmamentum* eſt Dominus timentibus eum h. e. *jeſod*. Hier. *ſecretum*, h. e. *ſod*, jod extrito. Pſ. 4. 3. Hier. legit: usquequo inclyti

mei

mei ignominioſe diligitis vanitatem? Nos cum 70. Filii hominum usquequo gravi corde? ut quid diligitis &c. & iſtud quia convenientius eſt, Originale fuiſſe multi conſentiunt, (pag. 14.) uti Bellar. Calmetus, qui ex conſequenti dicere coguntur, Hebræum Hieronymi textum jam degeneraſſe in aliquid diverſum, in eundem tamen ſenſum iſthic reducibile.

IIIº Nec debent rerum iſtarum minus periti hac ſtatutæ jam ante Hieronymum corruptionis alicujus aſſertione turbari, in quam eruditiores conſentiunt. Simonius quid dicat, ex parte audivimus. (pag. 65. lin. 28. & 621. lin. 9.) Si nec 70. viri nacti ſunt codicem Hebraicum omni ex parte illibatum, eo minus Hieronymus. Michaëlis in Introductione ſua pag. 217. difficultati, quod Apoſtoli in N. T^to^ toties V. T^tum^ citent, non ut eſt in Hebræo, ſed, ut habent 70. reſpondet a vero non abhorrere, in tali caſu ipſos exiſtimaſſe, græcam lectionem eſſe meliorem, & veram, fieri enim potuiſſe, ut jam tum aliquæ corruptelæ in Hebræum textum irrepſerint, aut etiam, ut in textu Hebræo aliter legeretur, quam hodie in textu Maſorethico. Bellarminus in textu: *ipſe fecit nos*, & *non ipſi nos* (pag. 10. l. 22.) diſerte dicit, Hieronymum uſum fuiſſe codice in hoc textu corrupto; & Pſ. 86. 7. ut ſupra diximus, (inquit) 70. habuerunt magis correctos codices, quam Hieronymus. Pſ. 12. 4. *Torrentem* (tribulationum) *pertranſivit anima noſtra:* Hier. vertit contrarie: torrens pertranſivit animam noſtram: Bellarminus addit: 70. interpretes meliores codices habuiſſe credibile eſt, quam S. Hier. habuerit. Pſ. 131. 1. Nec Hieronymus incidit in He-

Hebræum codicem omni ex parte authenticum, dicit Ludov. Cappellus. Aliqui dicunt cum Petro Fran. a Concept. B. V. in Polygraph. Sacr. Tom. V. litt. S. pag. 179. Pſalmos Hieronymianos ideo Eccleſiam non adoptaſſe, quia jam ejus codex deterior fuit, quam ille 70. interpretum.

Partes Danielis, & Eſtheris jam ad ætatem Origenis furto Judæorum ex Hebraicis codicibus exciderunt. (pag. 176.) Tobiæ, Judith, Eccleſiaſtici, primi Machabæorum quædam Exemplaria Hebraica nactus eſt Hieronymus, (pag. 178.) poſtmodum penitus amiſſa, ſolis eorum translationibus perennantibus; quod etiam Exemplari Hebraico primi Evangelii, & epl. ad Hebræos novimus contigiſſe. Quid igitur mirum, ſi jam ad ætatem Hier. una alterave lectio in codd. Hebraicis, ſaltem multis, detrita fuerit, & immutata? Duhamelius aſſerit, Origenem ideo Hebraici codicis non magnam habuiſſe rationem, quod eum forte non mediocriter corruptum exiſtimaverit. Proleg. pag. 44. Quotquot Chronologiam Hebraici codicis a 70. virali tam notabiliter diſtantem repudiant, & Akibæ in Chriſtianos odio Scripturas immutatas dicunt, (pag. 374. & 376.) immo quotquot ex Juſtini Martyris, aliorumque ante-Hieronymianorum Patrum authoritate corruptionem illatam probatum eunt, Hebraicos ſec. Vi codices vitiis jam onuſtos fuiſſe implicite confitentur. Et vero: ſi induſtriam redolet illa, quam tot Auctores ſtatuunt, corruptio, ea cumprimis ſec. II. & III. operata eſt adverſum Chriſtianos, & Alexandrinæ verſionis authoritatem, quidquid demum potuit.

Si corruptio talis quoad Græcum N. Fœderis textum ad prima IV. ſecula exporrigitur, quid ab ea veteri metuimus Teſtamento? jam tum legebatur Matth. 2. *in Bethlehem Judææ*, (pag. 6. l. 15.) Rom. 12. *tempori ſervientes*, (pag. 393. lin. 12.) quod Hier. ita repudiat; ut non niſi a bipedibus aſinis aſſerat adoptari. Jam a codicibus oppido multis aberant pericopæ, propterea controverſæ, (pag. 164.) atque illud 1. Joan. 5. 7. luculentum pro Trinitate teſtimonium. Hieronymus ſe Criticum prudentem præſtitit, non cæcum uſualium codicum adoratorem, aut ſervum.

IVº Hebræos V. & Græcos N. T. codices jam ſec. IV. variantium (non verborum, de quibus parva nobis eſt cura, ſed ſententiarum diſcrimine) lectionum multitudine turbidos fluxiſſe, temere quiſpiam negaverit, nam ex diverſitate verſionum 70. Syri, Hiero. & trium illorum Aq. Symm. Theod. abunde conficitur. Porro meliori judicio carere cenſendi ſunt, qui e myriadibus variantium hujusmodi lectionum invectam non colligunt mutationem, quicunque enim de his egerunt, (pag. 123. l. 28.) aſſentiuntur; autographum non niſi unum aliquid, ſibique conſentiens continebat. Le Long Prolog. pag. 467. „Tot ſunt variantes ubique lectiones, ut nonniſi perplexæ fuerit difficultatis comprobare, & demonſtrare, quæ in ipſis haberi, ac cenſeri debeant pro germanis, Apoſtolicis, (in N. T.) & intemeratis. Græca exemplaria diſſident a Latinis, Græca pariter, & Latina moderna a veteribus, vetera a veteribus, moderna a modernis; in tanta ergo codicum varietate, quo confugias, quid ſequaris, cui tuto credas?„

Que-

Digitized by Google

Querulantur Rabbini apud Joan. Bern. de Roſſi Ling. Or. Parmæ Profeſſ. in opere: *Variæ Lectiones V. T. ex immenſa MSS. editorumque codicum congerie hauſtæ:* Parmæ an. 1784. tempore captivitatis, rurſus etiam poſtea exemplaria complura eſſe corrupta; Esdram optimas editiones curaſſe creditur, ſed quæ rurſus ante tempora Chriſti ſuis mendis non caruerint, evitari hæc citra miraculum nec potuere. (pag. 672.) Intelligentes defuiſſe, ſæpe levi ductu exerrans ſcriba errorem a ſe admiſſum in alios incautus transfudit, inde poſt captivitatem, quot partes Mundi, tot diverſa in multis ferebantur exemplaria.

Si Keri, chethibh (pag. 8.) ita exponi debet: *Scriptum quidem eſt ita, ſed debet legi, prout notatur in margine*, ſequitur, codices progrediente tempore demutaſſe. Beza ait: Joan. 8. *varietas iſta* (de adultera) *lectionum facit, ut de totius rei veritate dubitem;* eſt ſane iſtud naturaliter inſitum hominibus, ut in tantis variationibus mutationem, atque corruptionem ex alterutra parte ſuſpicentur. Variantes Lectiones non obſunt authentiæ quoad ſubſtantiam, v. gr. Terentii opera manent vere Terentii, non obſtante lectionum varietate, obſunt tamen perfectioni, & authentiæ relativæ in his, aut illis codicibus, & locis, præſertim ubi vetuſtæ translationes ejusdem originalis refragantur &c. Joan. Wowerus in ſyntagmate apud Hottingerum in Theſauro Philologico ait C. 12. pag. 95. Librarii „*omnes, quaſi facta conjuratione ſacram Scripturam depravarunt*, cum igitur tam multi ad eundem offenderent lapidem, abeſſe non potuit, quin Scriptura multis modis luxata, omni parte

 (ubi

(ubi talis diſſenſus eſt) mendoſa prodiret; hinc natæ tot varietates penitus inter ſe diſcrepantes, quas *in vetuſtiſſimis* (ante Hieronymum) *ſcholiis* notatas videmus, ut vel ſumma ingenia ſine metu naufragii hæc vada, & ſyrtes tranſire non poſſint. „Quoties legimus in veterum, modernorumque operibus de loco hoc, aut illo Authoris? *propter variantes lectiones nihil certi ſtatui poteſt.* Rmus. D. Viſer Par. III. Herm. pag. 90. *Dico variam eſſe Codd. Græcorum lectionem, & ideo ex fonte Græco hic nihil certi nos poſſe colligere.* Quam certum eſt, Hebraicos, & Græcos codices jam ætate Hier. variaſſe, tam videtur exploratum, aliquos jam tum eſſe plus minus vitiatos. Lectorem vehementer obteſtor, iſtud ſi nimium putat, non propterea ſententiæ meæ de corruptione *hodiernorum* Fontium ſeculis poſt-Hieronymianis invecta ſuccenſeat, diſtingvat tempora, & de poſterioribus ſua mihi non neget ſuffragia.

Socrates Hiſt. L. 7. C. 32. pag. 321. edit Auguſt. Taur. an. 1747. Neſtorianos accuſat invectæ corruptionis 1. Joan. 4. 3. omnis Spiritus, qui ſolvit Jeſum, non eſt ex Deo. *Ignorabat* (Neſtorius) *in Catholica Joannis epiſtola ita ſcriptum eſſe in antiquis exemplaribus: omnis ſpiritus, qui Jeſum a Deo ſeparat, non eſt ex Deo: hanc enim ſententiam e vetuſtis exemplaribus ſuſtulerunt, qui ab hominis diſpenſatione Divinitatem ſeparare ſtudebant. Quambrem & priſci interpretes id ipſum obſervaverunt, fuiſſe nimirum quoſdam, qui hanc epiſtolam depravarint, hominem a Deo ſejungere cupientes.* An Patres tales corruptiones recte attribuant hæreticis, vel potius caſui deputan-

tandæ veniant, nihil attinet dicere, unum perinde, atque alterum ſcopo meo ſufficit, perſvaſos fuiſſe veteres de illata locis Biblicis etiam momentoſis depravatione. Verba Joan. 3. 6. *quia Deus Spiritus eſt* Arianos ſuſtuliſſe, dicit Ambros. L. 3. de Spir. S. C. 11. Aug. L. de Trin. C. 12. Hier. in Matth. 24. Ambros. L. 5. de fide C. 7. Iren. L. 1. contra hær. C. 29. Baſilius L. 2. contra Eunom. Plures hæreticorum depravationes collegit S. Epiphanius hær. 42. Marcion quidem inveterato actus odio Moyſaicæ legis, verba Jeſu Chriſti Matth. 5. 17. *non veni legem ſolvere, ſed adimplere*, ſacrilega temeritate ita pervertit: *non veni adimplere, ſed ſolvere.* Atteſtatur Euſebius L. 5. Hiſt. C. ult. edit. Aug. Taurin. pag 221. de diſcipulis Artemonis: „Relictis, atque abjectis ſacris Dei Scripturis Geometriæ ſtudent, & ſubtili impiorum hominum verſutia Divinarum Scripturarum adulterantes fidem - - hinc eſt, quod Divinis Scripturis manus intulerint, eas a ſe emendatas eſſe dicentes: atque id a me non falſo eis objici, quisquis voluerit, facile cognoſcet, nam ſi quis exemplaria ipſorum undique conquiſita inter ſe contulerit, inveniet profecto illa inter ſe plurimum diſſentire. Certe Aſclepiodoti exemplaria non conveniunt cum illis, quæ ſunt Theodoti.„ Quid clarius? Judæos idem facere haud auſos putas? ſed quis perditæ mentis homines, odio Chriſtiani nominis ad omnem improbitatem, & infanda ſcelera paratiſſimos, etiam ſeculis ætatem Hieronymi prægreſſis fecit minus audaces, minusque ſceleratos? Deinde non poſſum in animum inducere, ut credam, Judæos aut paratiores fuiſſe, aut conſtantiores in codicibus ſuis

tere, immutando magnum ſe Deo præſtare obſequium?

Caſui tamen, & temporum injuriæ tribui poteſt plurimum, ſupinam enim fuiſſe Judæorum in conſervandis Scripturis etiam temporibus ante Hieronymianis negligentiam, Clericus, Grotius, & alii notarunt, Franc. Hare in Pſ. 34. cum Pſalmus (inquit) ſit Alphabeticus, manifeſtum eſt caſu aliquo excidiſſe verſiculos duos, & quædam periiſſe ex ipſo ſenſu liquet, cum nullus ſit nominativus, cum quo *hibbitu* conveniat. in Pſ. 25. *conſtat*, (inquit) *quam negligentes olim ante Maſoretharum tempora Judæi in ſacris libris conſervandis fuerint, nihil enim facilius fuit, quam hujus generis Pſalmos* (Alphabeticos) *a mendo integros præſtare;* ad lacunam illam Pſ. 145. ubi manifeſtarium eſt, unum in Hebræo textu verſum excidiſſe, ſubjicit: *ſtupendum plane exemplum Judaicæ* (etiam jam ante Hier.) *negligentiæ, inertiæ, & inſcitiæ in ſacris codicibus conſervandis, quod tota periodus in Pſalmo Alphabetico potuerit excidere, illis dormientibus, & de omiſſione per multa ſecula ſecuris.* Calmetus in Pſ. 24. *conjice, quam parum fideliter Pſalmos Hebræi cuſtodierint.* Buxtorfius Hebraici textus, ſi quis, defenſor potentiſſimus, & acerrimus in Præfat. commentarii Maſorethici edit. Baſile. in IV. an. 1620. dicit nihilominus: *Pudenda vero hic Judæorum eſt negligentia, immanis incuria, & oſcitantia, ad manifeſtiſſima etiam vitia cœcutiviſſe.* Fatetur Judæos jam inde a tempore Esdræ negligentiores fuiſſe circa textum Hebræum, & non curioſos circa lectionem veram; fatetur, neſcire ſe, quid reſpondere debeat, quan-

do apertum eſt, Aquilam, ſymmachum, Theodotionem, Hieronymum in Hebræo aliud vidiſſe, quam hodie legatur. Quid igitur orba parente ſuo, Hebræorum in codicibus a labe præſervandis vigilantiam proletaria Theologorum turba crepat? (pag. 674.)

Atque hinc exiſtimant non pauci, libros Hebraicos, qui, in V. T. tam frequenter citantur, & 15. univerſim apud P. Widenhofer in Proleg. pag. 16. recenſentur: puta *Liber bellorum* Num. 21. 14. *Liber juſtorum* Joſ. 10. 13. 2. Reg. 1. 18. *Liber ſermonum dierum Regum Juda* 3. Reg. 14. &c. fuiſſe revera Divinos, a Prophetis ſcriptos, ſed injuria temporum, & oſcitantia Judæorum deperditos. 1. Paral. C. ult. & 2. Paral. C. 9. & 3. Reg. 4. Hujus ſententiæ eſt Druſius celeber Calviniſta Libro de quæſitis per epl. & dicit: ajo ex iis periiſſe cum alios multos, tum omnes eos, qui citantur in libris ritualibus Hebræorum, quod mecum affirmant plerique omnes PP. Origen. Præf. in hom. in Cant. Aug. de Civ. Dei C. 38. L. 18. Chryſoſtom. hom. 2. & 9. in Matth. Eucherius in L. Reg. nec diſſentiunt Theologi recentiores. Paucos excipio, quos errrare tam certum mihi, quam bis duo quatuor eſſe. „Bellarminus, (licet dein alteri adhæreat opinioni ex vi Græcæ expreſſionis de epiſtola ad Paulum potius data per Laodicenſes) L. 4. C. 4. de V. D. Maldonatus, apud Corn. a Lap. Complures apud Calmetum cenſent ex verbis ad Coloſſ. 4. 16. Paulum omnino ſcripſiſſe ad Laodicenſes eplam. quæ penitus interciderit; quæ opinio, ſi argumentum ex antiquitate accederet, omnium maxime foret probabilis, ait Calmetus; ex hoc patet, judicio tantorum virorum

non

non repugnare, ut liber aliquis Divinus, maxime ob hominum ſocordiam, penitus depereat; neque in Græcanica voce *ek Laodikeias* tantum eſt præſidium, quantum vulgo exiſtimatur; nam ſenſus eſt: *ex Laodicea* mittetur, ad vos, a me ad Laodicenſes ſcripta: inquit Maldonatus. Grotius ita exponit: *ten Laodikeias*, h. e. *& eam, quæ Laodicenſium eſt, vos quoque legatis.* Hæc (ait) vera lectio: non *ek Laodikeias;* Laodicenſium vocari, quia Laodicenſium uſibus erat a Paulo ſcripta, & deſtinata. En utrumque virum Græcis literis inſigniter eruditum, Catholicum unum, alterum heterodoxum, ſenſum, qui Græcæ locutioni attribui ſolet, repudiantem!

Dices: Si codices Hebraici, & Græci jam ante Hieronymum ſunt vitiati, actum eſt de Vulgata, cujus omnis eo devolvitur auctoritas, quod Hier. Vetus T. ex Hebræo adhuc incorrupto verterit, Novum vero Græcæ fidei, ſive Fonti reddiderit; h. e. Vulgatam eſſe exemplar, quod Hebræum, & Græcum textum, nativum illum, qui feliciori Patris hujus ſeculo incontaminatus defluxit, ſincera translatione redhibeat. Unde & Pontificum cura eo ſolum tendebat, ut verſio hæc a mendis poſtea illapſis vindicata, priſtinæ ſuæ integritati, qua de manibus S. Hier. exivit, reſtituatur, (pag. 421. 463. 468.) adfuturum tunc Eccleſiæ exemplar autographi ſinceriſſimum, & maxime repræſentativum. Si Hieronymi codex Hebræus, & Græcus ſine mendo non fuit, tua ex iis adornata Vulgata pariter mendoſa eſt.

Repono: 1° Etſi ætate Hier. multi codices Hebræorum eſſent vitiati, illi tamen præſto fuiſ-

ſe integros, & minime mendoſos; hæc ſi placet reſponſio, res etiam juxta te ſalva eſt.

2º Nego ſequelam. Etiamſi codex Hier. nævos habuerit, non tamen eſt actum de Vulgata, quia nævos codicis Hebræi, ſi qui fuerint, Hier. non adoptavit; nam nec ille in omnibus ſecutus eſt codicem Hebræorum, & Græcorum uſualem, quo Scræ. completam germanitatem reſtitueret. Ut patet ex allatis antea rationibus, e. gr. in Daniele, & Eſthere deficientes Hebræi codicis partes ex Theodotione ſupplevit, (pag. 176.) partes N. T. ab uſuali Græco codice abſentes in emendatione N. T. non prætermiſit. (pag. 164.)

3º V. Ttum ex Hebræo vertit nec ea mente, nec eo cum effectu, ut veterem Italam damnaret, aut verſioni ſuæ contrariam, proinde *quoad ſenſa*, & *cogitata* vitioſam diceret in momentoſis. Quando affirmat in Jobo 700. aut 800. verſus deeſſe, valde corruptum privatum quoddam exemplar reſpicit, nam in Vulgari Latina, & 70. virali editione verſus illi legebantur. Magna Bibliorum pars ex vetere Itala in Eccleſia hodiedum retinetur, (pag. 415.) atque ipſum etiam Pſalterium, (pag. 405.) unde Vulgata tantum majori ſua parte eſt de verſione Hieronymi, (pag. 421.) qua carere Eccleſia abſolute loquendo potuiſſet, atque ſine ea ſcripturarum veritatem in omnem ætatem conſervare, acceſſit tantum per hanc verſionem aliquid de bono meliori, non quod ſimpliciter fuerit neceſſarium.

4º Poteſt intelligi corruptio codicum ante Hier. in iis, quæ authentiæ latius ſumptæ non præjudicant, (pag. 69.) ut evincatur ſola multi-

plex

plex apographorum a fide archetypi in minutioribus deflexio, qua ſtante adhuc verſionum vitia ex hujusmodi fonte recte emendantur; fere eum in modum, ſicut hodie, dum aliqua Hebraicorum, & Græcorum codicum corruptio jam in conceſſis habetur, multa nihilominus menda verſionum laudabiliter ex iis emendantur.

5º Etiamſi corruptiſſimus fuiſſet jam ſec. IV. Hebræus textus, ex ſolis hexaplis, & aliis variarum nationum verſionibus, & collatis inter ſe exemplaribus Latinis, & Græcis integritatem Scripturarum dare Hieronymus potuiſſet, immo non erat opus eam de novo dare, cum in ſinu Eccleſiæ in vetere Itala præſto fuerit. Quæ Hier. emendavit, magis ad Philologiam, eruditionem, & ſenſuum claritatem, quam ad rerum momenta pertinebant; quando dicimus, Hieronymum Scripturas nobis emendaſſe, non aliud innuimus, quam quod variantia tot inter exemplaria Latinarum editionum unam aliquam fontibus genuinis magis conformem, non ſolis uſualibus fontibus, ſed aliis quoque ſubſidiis criticis uſus, propoſuerit, &, ſi quæ ex Hebræo, & Græco, ubi integre fluebant, emaculari potuerunt, ad claritatem, & uniformem lectionem reduxerit, in emendationem ſuam transfundendo, quidquid melius, & perfectius in fontibus ſuæ ætatis deprehendit. *Hieronymus* (dicebat Caſſiodorus L. de Inſtitutione Divin. Script. C. 21. apud Duhamel pag. 48.) *nobis in translatione Divinæ Scripturæ textum præſtitit, ut ad Hebræum fontem pene non egeamus accedere.*

6º Etiamſi Hier. Vulgatam veterem, ſeu Italam nunquam emendaſſet, de ea non fuiſſet conclamatum, nec ſi vertit, aut correxit e fonti-

bus

bus ſuæ ætatis, de ea actum eſt, quia emendavit in minutioribus, & ibi, ubi fontes incorrupte currebant. Non itaque eminentia Vulgatæ pendet in ſolidum ab induſtria Hieronymi, alias Eccleſia usque Hier. caruiſſet authentica Scriptura uſuali; tantum ſenſus eſt: Vulgata, quæ etiam ante Hieronymum erat *verborum* archetypi *tenacior cum perſpicuitate ſententiæ*, (pag. 388. l. 10.) ſi quid imperfectionis, & nævorum habuit, quod ex fontibus tolli, & perfici potuit, labore S. viri factum eſt, ut etiam omne id ſit conſecuta. Ita laborem Hieronymi æſtimare, & laudare debemus, ut lectionem quatuor ſeculis in Eccleſia uſitatam non damnemus.

7° Tandem ipſa Hieronymi verſio ſubjacet judicio Eccleſiæ, quæ deficere in uſu Scripturarum non poteſt: Poſitio hæc: *actum eſt de Vulgata:* impoſſibilis eſt; ſolum ſequeretur, caſu, quo Hieronymus ex corrupto ſubſtantialiter fonte vertiſſet, Eccleſiam verſionem ejus non fuiſſe accepturam. De Vulgata, aut alio exemplari conclamari nequit, dum conſtat eam ab Eccleſia adoptari. Etiamſi omnes Originales textus deficerent, non deficeret Scriptura S. in ſinu Eccleſiæ Catholicæ; alioquin etiam humana induſtria de ſolis antiquis verſionibus poſſet retineri. Sanctum, atque inviolabile ſit illud Tertulliani: *Ubi apparuerit eſſe veritatem diſciplinæ, & fidei Chriſtianæ, illic erit veritas Scripturarum.* (pag. 38. l. 18.)

Pro-

Proponuntur rationes, quibus Fontes Hebraici erroris convincuntur.

Prima

Impreſſi codices Hebræi ſi conferantur MSStis. Ipſi quoque MSS. inter ſe comparentur, videbit quisque denſiſſimam variantium lectionum (Machhalſphoth hakkeriah dicuntur) ſilvam, & longiſſimam ſeriem in codicibus iſtis dominantem, circa accentus diſtingventes, a quibus ſenſus dependet, circa literarum additionem, omiſſionem, tranſpoſitionem, permutationem &c. in quibus certum, atque perſpicuum eſt, plurima in mendis cubare, cum Autographi unam, certamque lectionem fuiſſe nemo ambigat. Satis de his in præcedentibus locuti ſumus. pag. 123. 124. In re ſatis manifeſta, & citra demonſtrationem pervia ſuperfluum eſſet textus coacervare. Joſue C. 21. 36tus. & 37mus. verſus, quibus non parva res (4. civitates refugii Levitis datæ) memoratur, in Hebræo omittuntur, fatentur etiam Fontium defenſores hos verſus ad tractatæ materiæ veritatem, & plenitudinem hoc loco pertinere. Nec poteſt in his, aut illis error negari, niſi quis ſciens, & prudens oculos ſibi velit eruere. Neceſſe eſt in admirationem rapi eum, qui apud Auctores, qui variantes lectiones collegerunt, contra uſualem Hebræum codicem audiverit, legeritque: Ita codices 20. 30. 80. Ita Samaritanus, 70. Syrus cum Vulgata: favet analogia, contextus, verſio Arabica, Arabico-Samaritana &c. (pag. 126.).

Reponunt communiter Fontium uſualium Patroni: tantum eſſe *variantes lectiones*, varians autem lectio non eſt corruptio. Quod erudite de-

deinde oſtendunt, quaſi a quopiam negaretur. Nos vero dicimus 1° Variantem lectionem frequenter id efficere, ut ſenſus ſit incertus, & ambiguus, nec poſſit in tali loco cognoſci, quid in archetypo primitus fuerit, adeoque hujusmodi lectionem ad repræſentandum archetypon quoad nos plene haud ſufficere. Unus codex habet hoc, alter illud, tertius rurſus aliquid diverſum, & fortaſſe nullus amplius retinet lectionem archetypi, aut certe unicus, ſed quis ille, ad hoc definiendum codices hos non eſſe idoneos; igitur nec ad conſtituendam certam fidem archetypi. Ex recta terminorum apprehenſione, adeoque primo intuitu clareſcit, e variantibus lectionibus non niſi unam eſſe veram.

2° Variantem lectionem authentiæ non obeſſe, *ſi non mutet ſenſum*, ſicut frequentiſſime non mutat ſaltem notabiliter, & in momentoſis. e. gr. in illo Ciceronis L. 1. Offic. „ Ipſe ad meam utilitatem ſemper cum Græcis Latina conjunxi, neque id in Philoſophia ſolum, ſed etiam in dicendi exercitatione *feci*. „ Codices MSS. to *feci* alii ponunt. alii omittunt, utroque caſu idem eſt ſenſus; igitur authentiæ, h. e. repræſentando Ciceronis archetypo non incommodat hæc variatio.

Tales variantes lectiones ſunt, dum Vulgata, vel 70. viralis verſio addit aliquid cauſa claritatis. Vel omittit, tamquam in ſermone Latino, & Græco per ſe ſubintelligendum. e. gr. 70. Pſ. 21. 1. in illo: Eli, Eli lamma ſabachthani: addunt *reſpice in me* (pag. 190. fine) Vulgata Gen. 4. 7. *ſtatim* in foribus erit pœna peccati o Cain! ſi mali quid feceris; *ſtatim* in Hebræo cenſebat verſor noſter ſubaudiri. quia

ma-

malum eſſe ad januam, idem valet, atque illud illico adeſſe. In N. Tto. 1. Petr. 5. 7. humiliemini ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet *in tempore*, Vulgata cum codd. Græcis ſatis multis addit, *epiſcopes*, ſeu *viſitationis*. 2. Petr. 1. 10. e contrario vulgaris Græcus contra fidem MSS. multorum omittit *per bona opera*, quod tamen non excludit, imo verbis *bebæam piiſthæ*, h. e. *vocationem firmam faciatis* comprehendit; unde peſſime faciunt, qui voces *per bona opera* poſitive, tamquam loco incongruas expungunt. Mox eodem C. V. 18. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: *ipſum audite*. Cum reapſe eo ſpectet, velut refertur in Evangelio, Vulgata addit: *ipſum audite*. In epl. Joan. 3. v. 4. Majorem horum non habeo *gratiam*, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare, h. e. in probitate vitæ converſari. Græcus paſſim legit: *majus* (hac re) his non habeo gaudium, h. e. *charan*, noſter legit cum nonnullis *charin;* gratia mihi contingit, vel gaudium, ſi vitæ munia probe faciatis. epl. ad Epheſ. C. 1. 6. gratificavit nos, gr. *echaritóſe* h. e. gratos, acceptosque ſibi reddidit Deus Pater in dilecto. *Filio ſuo* Græcus omittit, ſed non difficulter ſubauditur.

Matth. 6. 1. attendite, ne *juſtitiam* veſtram faciatis coram hominibus: Græcus impreſſus habet: *eleemoſynam*. Non dubito vocem hanc non primigeniam, ſed prioris explicativam tardius in textum fuiſſe ſubillatam. Salvator, & poſt eum Matthæus pro ſtylo Nationis, & temporis *tzedakah*, h. e. *juſtitiam* dixerit, verſor, aut deſcriptor obſcuriori voci aliam Græcis hac ſignificatione uſitatiorem ſuffecit, cui non fuit cura de

ver-

verbo, dum ſenſus eſſet in tuto. Ita Gen. 3. 17. an legas *beaybûrecha*, in transgreſſione tua, ſeu propter te, transgredientem meum mandatum, terra maledicta eſt; vel *beaybhodecha*, in opere tuo, dum coles eam, maledicta, & ſterilis erit, quia unum ex alio conſequitur, non multum refert. (pag. 683.)

At vero ſi varians lectio ſenſum mutet, corruptioni æquatur, eo perniciofiori, quo id in gravioribus rebus contigerit. Ut ſi ponas originale Patris tui teſtamentum habuiſſe: In agris, pratis, & ſilvis filium natu majorem hæredem conſtitui, duo autem millia florenorum, quæ in ciſta ſacco viridi continentur, Orphanotrophio loci aſſignandos venire: *In copia*, ſeu tranſcripto exemplari legi: In agris, pratis, & ſilvis filium natu minorem hæredem conſtitui, duo autem millia florenorum mox memorata Patribus Ord. S. Franc. ſacris celebrandis ſtipendio cedere. Prodi in medium, & ſerio affirma, copiam eſſe authenticam, eſſe enim tantum variantem lectionem. S. Scriptura Patris noſtri cæleſtis teſtamentum eſt, cujus ſolas inter ſe in multis diverſas copias habemus, aliæ, quas Eccleſia non uſurpat, ab iſta, quam uſurpat, longe diſcedunt.

Exploratiſſima res eſt, maxime in Hebræo unius vocalis, aut literulæ mutatione, inſertione, trajectione, vel eraſione ſenſum, h. e. ſignificatam in archetypo veritatem totam immutari, ut prodeat aliquid inexpectatum, & toto cœlo diverſum. (pag. 643. & ſeqq.) Gen. 19. 6. *Egreſſus eſt Lot* ad Sodomitas foris urgentes, *poſt tergum occludens oſtium*, Hebr. dælæth ſagar ächharav; *ſagar* h. e. clauſit. 70. loco *s* poſito *x* ha-

x habent omnibus ferme codicibus *proſeóxe*, ab *oigo* h. e. *aperuit*, cum deberet eſſe *proſóſe*, vel *proſeóſe*, ab *ótheó*, impello trudo, *proſotheo* valet oſtium poſt me impellendo, & velut obnixe a me dimovendo claudo, ut obſervat Hottingerus in Theſauro Philologico. Ita in 70. Prov. 3. 3. *platos* latitudo, erroneum pro *plakos*, tabula. Ezech 20. 26. *en dogmaſin avtón* loco *domaſin*, quia luachh, & maththenoth Hebr. idem non valent; Pſ. 31. 16. *kleroi*, pro *kæroi*. Zach. 14. 6. *jekaroth* Hebr. ſplendores, 70. & *frigus*, kæ pſychos, *vekaroth*. Prov. 17. 27. Et *pretioſi ſpiritus* (eſt) *vir eruditus*, qui non temere verba effundit, ſed ſermonem moderatur, illius pretioſa, & æſtimabilis eſt anima, aut indoles, habilitas. Vel *jakar* gravis ſpiritu, qui garrulo, & futili opponitur, *vakar* Arab. gravem eſſe (hinc *jecur* a gravitate nomen ex Oriente in Latium venit) alii *vav* velut præfixum legunt, & *frigidus* ſpiritu, non pronus in iram, quietus ſtabilis conſtans: alii: doctus vir parum loquitur, in pretio habet ſuum halitum, (ruachh) non illico totum effundit ſpiritum. Calmet. Dubitatur *vavne*, aut *jod* fuerit in archetypo. Jer. 31. 2. loco *chham* calidus, 70. *chhen* gratia legiſſe, atque ita fuiſſe deceptos cenſet Hieronymus, ut ſi Latine loco *index librorum prohibitorum* legeres *Judex*. In Vulgata Exo. 17. 15. Dominus *exaltatio* mea, Hebr. *niſſi*, non, ut multi codices ferebant, *exultatio*:

Multa hujus generis, ex mutatione Literarum in deſcriptione, quoad ſenſum variata, exhibentur in Præf. Lexici Pentaglotti Valentini Scindleri Francof. ad Mœn. an. 1653. Nos vero ſpiſſiſſimas Hebraicarum ſilvarum tenebras in

XII. cauſſis obſcuritatis pag. 639. 672. 680. 688. lubrico, incerto, interdum etiam fallente veſtigio oberravimus. Prodigio ſimile foret, libros profligatiſſimæ nationis annis jam 1796. ſub maledictione Dei gementis, tot ætatum ſucceſſionibus in nullis apicibus viciſſitudine temporum, aut alio fato fuiſſe vitiatos, dum ex adverſo 70. viralem verſionem, & Vulgatam mirum in modum clamitant deformatam, aut certe obſcuram. e. gr. Pſ. 31. 4. Quoniam die, ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua, (o Deus!) *converſus ſum* ad meliorem frugem *in ærumna mea*, exiſtens in ſtatu miſero peccati cum Bethſabee Uriæ uxore commiſſi, dum conſcientiæ ſtimulis agitari cœpi ad verba Prophetæ monentis, *dum conſcientia delicti animum meum ſpinarum inſtar pungeret.* David Pſalmum hunc, quando veniam adulterii a Deo ſupplex petiit, compoſuit.

Ajunt nitidiorem eſſe, & minus obſcuram Hebraicam lectionem, unius, alteriusve literæ variatione 70. viralem verſionem, a claritate deflexiſſe. Hebr. næhpach leſchaddi bechhorbone kajitz, h. e. *converſus eſt ſuccus*, vel humor, viror *meus in ſiccitates æſtatis*, h. e. omnem ſuccum, & pingvedinem corporis in maciem vertit anxietas animi, continuusque dolor; etiam S. Thomas hic claritatis cauſa recurrit ad Hebræum textum, cujus ſenſum didicit ab aliis: *vel* (inquit) *ſecundum Hebræos: converſus eſt humor meus in ſiccitatem æſtatis.* Exarui, ut herba ſolis æſtu langveſcens.

Reſp. contextu favente 70. virali lectioni ſuum eſt in Hebræo fundamentum: ſi legas: næpach*thi* le ſchoddi bechharobni (ſeu bechhorb-

ni

ni, ve bechhorbi) kotz: valet: converſus ſum in deſolari, ſeu vaſtari, conſumi me, h. e. in ærumna meâ, in impugnare, vel gladio perdere me ſpinam, h. e. dum me ſpina velut gladio pungeret. Nam *chharab* eſt perdere, gladio percutere Jer. 50. 21. Iſai. 60. 12. Arab. eſt bello impetere, vel *bechharbone kotz*: *in deſolationibus*, aut confixionibus *ſpinæ; chharbonim* vulgo *ſiccitates* vertitur, ſed etymon indicat pro omni deſolatione, adeoque etiam pro angoribus inſtar ſpinarum compungentibus, & cor exedentibus poſſe uſurpari. *Næhpach* vero Exo. 14. de cordis mutatione dicitur, & in N. T. apud Syros Matth. 18. 3. in illo: niſi converſi fueritis, & facti ſicut parvuli, *thæthhappechun* adhibetur: aut verte: mutatus ſum a priori ſtatu: aut verſatus ſum in deſolatione mea. Pro defenſione 70. facit, quod tum Hier. tum Aquila legerint addito *thi*, næpach*thi*, & *leſchoddi*, ut quaſi infinitivum, non vero *léſchad* viror, veluti ſubſtantivum, reſpexerint; nam Hier. transtulit: *verſatus ſum in miſeria mea*, nihil ipſe ſubodoratus eſt hîc de converſione viroris in æſtivas ſiccitates. Aquila: *verſus ſum in vaſtitatem meam*. Loco *kajitz æſtas*, 70. non *jod*, ſed *vav* in exemplari contemplantes, *kotz*, ſeu ſpinam utique recte verterunt. *En tó empagênæ akanthan* inquiunt ſenes illi. Bellarminus dicit: minima mutatione punctorum, & ſimilis unius, alteriusve literæ, videmus inveniri poſſe lectionem 70. veriorem autem eſſe hodierna Hebraica dubitare non debemus. Si multum contendas pro converſione viroris in ſiccitatem æſtatis, opponam tibi ejusdem Pſalmi verſum Xum ubi vera lectio eſt: *firmabo ſuper te oculos meos*, h. e. firmiter, &

attente ſpectabo te, cuſtodiens te in omni greſſu tuo: Hebræus hodie, & jam ætate Hier. *conſulam ſuper te oculo meo: iyatzah yalæcha yéni*, quaſi a *jatzah* conſuluit: Hier. *cogitabo de te oculo meo: jod* inane eſt in Hebræo, melius deducitur ab *yatzah*, h. e. connivere oculis, quod 70. reddunt *ſtérizein*, h. e. firmare, prout juxta eosdem occurrit etiam Prov. 16. 30. Sane *yatzah* verbum in Bibliis uſûs rariſſimi apud Æthiopes paſſim valet *claudere*, quod 70. transferunt per firmare, obfirmare. Itaque *æyætzæh* legi debet, ut nitidior, planiorque ſenſus efficiatur; durior, & ſine ſenſu foret illa phraſis: conſulere oculo ſuper aliquem. Aut *jayaz zain* pro *tzade* fuit in antiquis exemplaribus; *jayaz* robuſtus, firmus fuit. Satis eſt 70. virali lectioni Syrum, & Chaldæum conſentire. Subjicit Calmetus: *melior eſt Vulgatæ ſententia, quam quæ noſtræ ætatis Hebræo fertur.* Et ſic vicem pro vice in eodem Pſalmo.

Pſ. 131. 16. In litera Iſraëlitas, & regionem eorum (in antitypo nos Chriſtianos) benedictionibus ſe locupletaturum Dominus effatur, ſi cuſtodierint teſtamentum ejus: magnam etiam rerum temporalium futuram fertilitatem, ut pauperes pane ſaturentur: in quem locum non incongrue refertur viduarum, quæ ope carent, & in egeſtate vivere coguntur, conſolatio, maxime, quia, ut obſervat Genebrardus, pauperes, & viduas ſolet Scriptura conjungere. Itaque nos legimus cum 70. in codicibus admodum copioſis cum S. Hilario, Apollinari, Aug. Ambr. *Viduam ejus benedicens benedicam, pauperes ejus ſaturabo panibus.* Heb. tzédah barech äbarech, æbjonæha äſcbi'ya læchhæm: *venationem*, cibum, eſcam

eſcam *ejus* (Sionis, civitatis ſanctorum) benedicendo benedicam. 70. primitus *theran* habuerint, quod in *chéran* h. e. venatio, præda venatione capta, ſeu eſca, in vocem *vidua* eſt converſa errore ſcribentis; judicat S. Hilarius 70. primitus *cheran* habuiſſe h. e. viduam, & lectionem *théran* h. e. venationem eſſe poſterius immiſſam, verba ejus ſunt: *nobis ſequenda eſt prima illa, & ſub Judæorum* magis tum florentium *temporibus ante Domini adventum ad Eccleſiæ doctrinam conſignata translationis auctoritas.* A nobis tamen hoc loco conceditur in Vulgata ſpectatis omnibus minus apte legi, licet enim in univerſali, quam ibi Deus pollicetur, benedictione viduæ dubio procul includantur, tamen *tzedah*, & in codd. 70. multis ſuperſtes lectio *cibum* tamquam Originariam vocem expoſcit, cumprimis, quod *thera* in *chéra* facillime migraverit errore transcribentium, & quidem ante tempora Salvatoris, cum jam ſec. I. paſſim fere legeretur *chera*, ut ex translatione veteris Italæ colligitur.

Ergo exiguus hic eſt ex vitioſo 70. editionis codice transfuſus error, quo dicitur aliquid, quod non fuit totidem verbis in archetypo, nempe etiam viduas ex illa benedictione partem habituras, quæ utique, veluti pars in toto, in generalitate hominum includuntur. Animadverto tamen 1° hanc lectionem non ſine cauſa conſervari, & uſurpari, cum ſit antiquiſſima, & coæva Eccleſiæ, quippe ſuperſtes ex Itala, item in codd. 70. usque adeo copioſis fundata, ut paſſim apud Eccleſias paulatim obtinuerit, quemadmodum dicit Auctor Commen. in Pſalm. inter OO. S. Hier. 2° A Calvino cum contemp-

 tu,

tu, & irriſione non veram lectionis aſſignari cauſam, quaſi primo fuiſſet ſcriptum, *victum*, luſciosus autem presbyter *c*, & *t* pro *d* legens, cum vocem *vidum* videret ineptam eſſe, & nihil ſignificare, addito *a* viduam ſcripſerit. Nam ante omnes N. T[ti] presbyteros quædam 70. viralis verſionis exemplaria *cheran* ferebant, ex quibus primitus in Italam verſionem inferebatur. 3° Sicubi, hic certo variant exemplaria 70. ſi varians lectio non eſt corruptio, cur lectionem *viduam* usque adeo ſugillant? 4° Etiam Hebraicum *tzédah* poteſt derivari à *tzadah*, deſolatus, viduatus fuit, Soph. 3. 6. ut, quemadmodum græce vidua dicitur *chéra* ideo, quia opis indiga, & deſolata eſt, ita etiam *tzédah* in ſignificatione deſolatæ perſonæ abſolute loquendo referri poſſit ad viduam; ita Thargum dicit Gen. 1. 2. terram omni ornatu fuiſſe viduatam, ſeu deſolatam, & exprimit voce eadem *tzadja*.

Quam crebro, quamve facile varians lectio mutationem inducat ipſius ſenſûs, & veritatis textualis, non arduum eſt concipere. Ponamus Ciceronem de quodam ſcripſiſſe: eum parvum fuiſſe hominem, at luculentum oratorem, cujus filia egregia virtute nobilis fuit, quæ ab actoribus furti eſt inſimulata: hodie circumferri: eum pravum fuiſſe hominem, & lutulentum aratorem, cujus filia egregia virtute nubilis fuit, quæ ab auctoribus furti inſimulata eſt. Senſum omnem mutatum vides, & tamen unius literæ mutatione res iſta peracta eſt. Imbriferam hyemem tempori congruenter, umbriferam inepte dixeris. Relictam ſubſtantiam *tokeon* h. e. parentum commando, ſeu conſumo; relictam ſubſtantiam *tekeon* h. e. filiorum commendo. In domo pa-

ter-

terna infirmatus eſt, informatus eſt. Pſ. 106. 29. ſtatuit procellam ejus in auram, in aurem: ſequitur: & ſiluerunt fluctus ejus. Notiſſima vox *Paraclétus* per *eta*, quod vulgo apud nos ut *i* pronunciatur, conſolatorem, advocatumve ſonat, & Spiritus S. eſt epitheton, per *ypſilon* infamem notat. Apud Philoſophos Plato honoratur, apud Chriſtianos Pluto inferis deſtinatur. Stella maris non eſt ſtilla maris; hinc aliqui ex heterodoxis dicunt *Marjam* nomen Maria, ex *mar* Hebr. gutta, ſtilla, uti occurrit Iſai. 40. 15. & *jam* mare, primo veteres *ſtillam* maris interpretatos, quod Pontificii in ſtellam maris depravarunt. (quidquid ſit de etymo, res ſignificata vera eſt, quod ſtella mare navigantibus, id eſt Deipara virgo mundi pelagus decurrentibus.)

Cant. 2. 4. ordinavit in me caritatem, quaſi *degalo*, vexillavit, ordinavit ſibi. Aquila cum Vulgata. Alii: ordinate in me caritatem *diglu:* hodie *diglo yalaj ähabah*, *vexillum ejus ſuper me dilectio.* Houbigantius: tranſp. *gadal*, ſeu *gedalo*, magnificavit, auxit ſibi amorem erga me; ita Pſ. 20. 6. *nidgol* vexillabimus, 70. *nigdol* magnificabimus. Iſai 56. 15. hazah ſtertere Vulgata, Hebr. hhaza videre. Jobi 7. 15. *elegit ſuſpendium*, ab alio ſi tandem neceſſe eſſet, perferendum potius, quam longiori tempore tot doloribus torqueri, *anima mea*, *& mortem oſſa mea.* Heb. *thibchhar machhanak naphſchi.* Houbig. *thibrachh.*, *fugit* anima mea ſuſpendium. Eccli. 8. 6. unus alteri non debet objicere defectus, *quoniam omnes in correptione ſumus*, gr. pantes esmen en epitimiois h. e. omnes ſumus in pœnalitate, ſeu damnatione. Al. in corruptione. Nempe varians lectio eſt corrup-

tio. Itane credemus idem eſſe de Chriſto, ſeu plenum gratiæ, & veritatis, ſeu plenum gratiæ, & feritatis enuncies? Itane bona, & mala, quæ ibi 1. Cor. 10. 11. enumerantur, *omnia* Judæis *in figura contingebant: ſcripta ſunt autem ad corruptionem noſtram?* (correptionem, inſtitutionem noſtram) Abſit procul horrenda hæc blasphemia! deſipiunt, qui talia effugio variantis lectionis in depravatis non ponunt. Sed licet de electione variante loqui non ſit noſtrum, de lectione tamen, quando variat, ſenſum corrumpente ſatis diximus.

Uſualis hodierni codicis lectiones tales eſſe, ut 70. Hieronymus, Targumiſtæ, Syrus, Samaritanus, locorum, & temporum intervallis, nec non inſtituto ſuo a ſe invicem differentes, uniformi conſtantia contrarium, aut diverſum ſæpius legerint, nemo inficiabitur. Dicere volo, manifeſte liquere 280. annis ante Chriſtum, ſeculis 2°, 3°, 4° poſt Chriſtum, locos copioſiſſimos aliter fuiſſe lectos, non diverſitate tantum literæ, aut vocum, quod veſtigare nimis eſſet puerile, ac Grammaticum, ſed reali varietate ſenſuum: quod evincunt Authores omni fide digniſſimi, & exempla, quæ ſparſim jam poſita ſunt, & mox ponentur. Ergo Hebræus hujus ætatis neceſſario ſubivit mutationem ſenſus, & rerum. Alterutri a fide Archetypi aberrant, aut hodierni Judæi tam diligentes juxta te codicum ſuorum conſervatores, aut 70. Thargum, Hieronymus, Aquila, Symmachus, Theodotion: decidas per me licet, judicem te conſtituo. Si poſterius definias: Eccleſia hactenus tantas authoritates ſecuta, fideles ſuos (in his etſi religioni non adverſantibus) falſa Scripturarum lectio-

ctione ludificavit, ut veram reſtituat, ex libris inimicorum crucis docenda, ut diſcipula ſit Hebraicarum veritatum, quæ a Chriſto conſtituta eſt magiſtra gentium. Rufini contra Hier. argumentum (pag. 197.) non omni ex parte erat ficulneum; ſi enim Hier. in omnibus cum Judæis ſenſiſſet, erraſſet in lectione Scripturarum, puta: rejiciendo Tobiam, Judith, fragmenta Eſtheris, & Danielis.

Secunda

Repeti poteſt ab exemplo codicum Latinorum, & Græcorum per prima quinque ſecula; Latinorum item ab ætate Hieronymi usque Concilium Trid. in quos fervente licet fidelium ſtudio, vigilante Paſtorum ſolicitudine, Deo peculiarem Eccleſiæ ſuæ curam gerente, magna tamen variarum lectionum, ac mendorum copia primis etiam ſeculis irrepſit, adeo quidem, ut teſte Hier. vix unum exemplar in omnibus alteri concordaret. Vulgata in Eccleſia Catholica, cujus membra vinculo fidei inter ſe colligantur, rurſus usque Conc. Tridentinum tot errores tulit cura Pontificum tollendos, ut novatores germana Scriptura Eccleſiam caruiſſe vociferati fuerint. (pag. 428. & 468.)

At quis non intelligat multo id facillimum fuiſſe in codicibus Hebraicis, quos ſepulta tandem Synagoga, everſa urbe Jeruſalem, ſublata diſſipatæ gentis omni mutua inter ſe communicatione tam Divina, quam humana fere omnia præſidia deſtituerunt. Ita, & non male arguit P. Goldhagen. Quo igitur jure exigitur, ut codex Hebraicus in omnibus arbiter ſedeat, quem facilius, & proclivius erat mendis plurimis vitiari?

Accedit multiplex ex multiplici exemplarium deſcriptione natus error, eſt enim communis iſta librorum omnium, maxime nondum inventa (an. 1440.) typographia calamitas, qua fit, ut librariorum, atque ſcribarum incuria, ablepſia, & ruditate, correctorum audacia, literarum, & vocum ſubſtitutio, tranſpoſitio, proin varia ab autographo diſſenſio naturaliter emergat. (pag. 674. 688.)

Nec valet in oppoſitum exemplum prophanorum librorum, qui deſcriptione non ita depravantur; nam primo: & hoc non infrequenter falſum eſt. Secundo: libri tales non continent res adeo ſublimes, & a ſenſibus remotas, elucubrati ſunt lingvis notioribus, & non habentibus tot ambiguitates, obſcuritates, polyſemias. (pag. 628.) Tertio: Non occurrit in illis tot literarum mutua ſimilitudo; ſola Hebraica lingva eſt, quæ peculiarem ad menda in deſcriptione facillime committenda habitudinem in ſe comprehendit.

His omnibus abſque partium ſtudio conſideratis concludendum, in Hebræorum codices errores plurimos potuiſſe irrepere, imo citra ſtupendum, & prorſus ſupra omnem fidem miraculum non irrepere non potuiſſe: collatio MSS. veterum, antiquæ verſiones, contextus, & quæ huc referuntur omnia, oſtendunt, ac veluti clamant irrepſiſſe, cur ergo codex Hebræus ſolus omnium corrector ſit? cur Vulgata ejus ubique pediſequam agere debeat, fateor, me concipere non poſſe.

Tertia

Rabbini Bibliis correctricem manum adhibebant, adeoque invexerunt mutationem vel in melius, vel in pejus. Si primum: antea vitia-

tas lectiones ferebant Biblia, nec accuratiſſimi, & fideliſſimi codicum conſervatores erant Judæi. Si alterum: poſtea tales receperunt. Nec poteſt iſtud in nos retorqueri, qui ultro fatemur in Vulgatam leviora quædam menda irrepſiſſe, quæ ſaniori judicio tollenda erant, non quo iſti tractant Divina eloquia. Celebrantur nimirum apud ipſos *Thikkun Sopherim*, h. e. emendatio, correctio ſcribarum, 18. loca vulgo aſſignantur a Rabbinis ſic correcta, aliter etiam dicuntur *yittur Sopherim*, h. e. ablatio, ſubtractio ſcribarum, e. gr. dum *vav* aliquod ocioſe vulgo additum docent eſſe omittendum; conſuli poteſt Buxtorfius in Lexico Thalmudico pag. 1597. & 2630. e. gr. Gen. 18. 22. *Abraham ſtetit coram Domino*: dicunt genus hominum rude, ac minime criticum, derogare iſtud Divinæ gloriæ, e converſo poni debere: Dominus ſtetit coram Abrahamo. Num. 12. 12. *matris ſuæ*, legi debere *matris noſtræ*, *lahem* eis, non *li* mihi: loco *non morieris*, non moriemur Habac. 1. 12. exſufflaſtis *illud* Mal. 1. 13. loco *me* Zach. 2. 12. qui tangit vos, tangit pupillam oculi *mei*, ajunt *ſui* legendum. Jer. 2. 11. gloriam *meam* dicunt poni debere *ſuam*. Ezech. 8. 17. applicant ramum (Hebr. *Zemorah*, h. e. inter alia cantum) ad nares ſuas: dicit textus, ramos offerre Judæos obſequii loco, eos ad faciem oſculi cauſa applicando. Vocem *zemorah* fætidum ventris crepitum valere rati monent, olim in textu male ſtetiſſe *ad naſum meum*, leappi, ad naſum ſuum, leappam recte legi, hoc enim dedecet, ut talis fætor mittatur ad nares Dei. Satis nugarum. Occidentales ab Orientalibus in le-

lectione quandoque diſcedebant. (pag. 118. lin. 11.)

Reponunt Bellarminum ipſum docere, correctiones has non eſſe corruptiones, ſiquidem Vulgata in plerisque locis ſic habet, ſicut iſti correxiſſe feruntur. Sciendum, me non ita argumentari, ſed naſutulorum inſcitiam, temeritatem, & de Majorum ſuorum in codicibus conſervandis negligentia perſvaſionem ex his factis arguere. Profecto ſi levidenſes hujusmodi cauſæ ad immutationem lectionis ipſis juſtæ videbantur, odium in Chriſtum implacabile quanto magis? corrigere volunt, igitur emendationis indigum cenſent. Falluntur ais! igitur & alibi, dum Biblia caſtigatiora dare volunt, exerrare poſſunt.

Præterea, dum in quibusdam locis urinæ, excrementi, aut illati ſtupri mentio fit, quaſi Spiritus S. non ſatis pudice expreſſiſſet, honeſtiori voce monent efferendum, ut Spiritum S. eum, qui loco convenit, delectum verborum, & honeſtatem doceant. Deut. 28. 30. reddunt *ſchagal*, quia poſteriori ætate obſcænam induit ſignificationem verbo *ſchachabh* cum ea concubuit. Alibi ſtercus columbarum (pag. 314. l. 8.) mutant in fluxum deciduum columbarum: urinam in aquas pedum. Non is ſum, qui talia, quoniam textui non intulerunt, ex integro damnem, augeri ſuſpicionem puto, ipſos, ubi cauſam juſtam ſe habere confidebant, non gravate etiam in textu temeraſſe, maxime poſteaquam ſuffarcinatum mole mendaciorum Thalmud multi ipſi Scripturæ præferre non ſunt veriti, non ſecus ac Paraphraſim Onkeloſi. (pag. 133.) Sapientum effatum eſt: *haththorah chemajim*, *Thalmud chejajin*, h. e. Lex tantum

eſt

eſt ſicut aqua, Thalmud reſpectu ejus, ſicut vinum. *Verba Caballæ æquiparantur Legi: Scriptura, & ſenſus ejus eſt candela unius obuli quadrante vænalis, Caballæ ſenſus eſt Margarita pretioſa. Operam dare lectioni Biblicæ minima, Traditoni major virtus eſt, vacare ſtudio Thalmudico maxima.* Avertite liberos veſtros a ſtudio Biblico, & collocate eos inter genua Sapientum: dicebat R. Eleazar. Thalmudis doctrina Bibliis antefertur in Libro *Altare aureum* C. 5. *Sanctiſſimo Thalmud nihil eſt ſuperius* inquiunt. Buxtorf. in Recenſione Operis Thalm. edit. Baſile. 1640. pag. 222.

Quid ſi excæcati Rabbini crediderunt depravatam lectionem meliorem eſſe, & populo eam ſvaſerunt, aut præceperunt etiam? regula habet: *Fili mi: attende ad verba Scribarum magis, quam ad verba Legis. Verba Scribarum amabiliora ſunt verbis Prophetarum: Sapientes præſtantiores ſunt Prophetis. Qui diſſentit a Doctore ſuo, perinde eſt, ac ſi diſſentiret a Divina Majeſtate: qui autem credit verbis Sapientum, eſt idem, ac ſi crederet ipſi Deo.* Doctoribus ſuis, etiam quando odio in Chriſtum quædam mutare decreverunt, parere idem eſſe putarunt, ac Deo acceptiſſimum præſtare obſequium, eſt enim Apophthegma: *Si dixerint Doctores dextram eſſe ſiniſtram, & ſiniſtram dextram, audiendi ſunt.*

Quarta

Graviſſima eſt ſuſpicio Maſorethas, (pag. 633.) dum ſeculo VI. aut VII. (juxta quosdam ſec. IX. & X.) Tiberiade, urbe in Paleſtina ad lacum Geneſareth ab Herode Tetrarcha reſtaurata, & in perenne gratitudinis monumentum a no-

nomine Tiberii Cæſaris, qui Herodem inter amicos ſuos numeravit, hanc appellationem conſecuta, (ut ſcribit Joſephus Antiq. L. 18. C. 3.) coacto veluti generali quodam Concilio ad edenda exemplaria longe accuratiſſima, eaque vocalibus punctis inſtruenda, & dirigenda convenerunt, aliqua loca caſu, ignoratione, aut odio Chriſtiani nominis corrupiſſe, qui de genuinis, ac ſinceris MSS. vel parum erant ſoliciti, vel medio ea comparandi deſtituti, arreptis, quæ in uſu fuerant, exemplaribus in id potiſſimum intenti fuiſſe videntur, ut præſentia MSS. punctis ſuis. & accentibus armarent, & præſentem, quæ vigebat, lectionem firmarent in omnem poſteritatem. Ita exemplaria minus ſincera authoritate ſua fecerunt univerſalia. Traditio filum illud erat, quo ducebantur, ſed hanc illibatam, nec ullis deformatam falſis opinionibus eoūsque permanſiſſe quis credat? puncta longe alia appoſuerunt, quam Hieronymus, & 70. cenſuerint apponenda, h. e. alium multis textibus ſenſum attribuerunt, ut adeo etiam ipſa pronunciatio, ætate illa degeneraverit in monſtroſam illam, & ut ex nominibus propriis patet, inſvavem, & inficetam. (pag. 580)

Quid cauſæ eſt, quod punctationes elegerint, quæ antiquorum Judæorum, & Hieronymi lectionibus non conſentiunt? puta: Iſai. 9. 6. loco *vocabitur Deus fortis*, vocabit eum Deus fortis, admirabilis Principem pacis: (pag 287.) an non in ſenſu eſt hæcce mutatio?

Variantia eruditorum de facti hujus circumſtantiis, totoque Maſorethico labore judicia nulli ſunt ignota, ſed lubet loqui ex ſententia communiore, quæ nititur authoritate, & ſolidis argu-

gumentis Eliæ Levitæ (pag. 721) punctorum inventionem, atque in Bibliis appoſitionem ad annum æræ Judaicæ 3989. h. e. Chr. 500. referentis, & citantis pro ſe Abenezram dicentem apud Valtonum Proleg. III. pag. 24. *Sapientes Tiberiadis pro norma, & canone lectionis habendi ſunt, quia ab iis ſunt Maſorethæ, a quibus totam punctationem accepimus.* Unde Maſorethas vocat *principium*, *fontem*, *ac fundamentum omnis punctationis*. Producit etiam Kimchhium in Michlol. (pag. 501.)

Objici ſolet. De toto hoc negotio altum eſt apud Judæos, & Chriſtianos ſilentium, Rabbinos Tiberiade ſec. V. aut VI. ad inſtruenda punctis pro faciliore lectione Biblia conveniſſe nemo Veterum narrat. Exultant Eliani hoſtes in hoc argumento, multumque ſibi blandiuntur. Veriſimile nullo modo eſt (inquit Pater Buxtorfius Commentarii Maſorethici pag. 31.) poſt 500mum, aut 600mum a Chriſto nato annum poſt Thalmud jam quoad potiorem partem confectum, tam potentes Tiberiade adhuc extitiſſe, qui rem tanti momenti, illuſtrem, admirandam, & æterna memoria celebrandam, qualis foret Bibliorum, præcipui totius religionis fundamenti, tam utilis coordinatio, aggreſſi fuerint, & reipſa perfecerint. Quod ſi demum præſtitiſſent, Rabbini mille annis in Babylonia florentes, omnemque Tiberiadenſium gloriam obſcurantes, ſiquidem pro communi totius nationis uſu futurum erat, opus hoc approbaſſe, & ſuo firmaſſe calculo legerentur. Atqui de hujus vel communicatione conſilii, vel approbatione operæ ne *gry* quidem in tota hiſtoria Judaica. Patri ſuppetias fert filius Buxtorfius, eidemque inſiſtit argumento:

fa-

Facti tam nobilis, & prorſus admirandi authores ita occulte latere non potuiſſe, ut omnis illorum fama, atque memoria una cum ipſis interierit, ne minimo quidem indicio in commentarios relata, atque ad poſteros propagata. Inquit de Antiquit. Punctor. L. 2. C. 11. pag. 383.

Reſp. Apud Judæos ſpiſſis, & plus quam Cimmeriis ignorantiæ tenebris involuta eſt omnis antiquorum temporum hiſtoria, obſervante Grotio in C. 24. v. 24. Matthæi. Poſteriores narrant fabuloſa, reticent vera, ignorant fere omnia. Tiberiade Academiam, ſeu quocunque appelles nomine, locum ſtudiorum, ludum literarium adhuc etiam ſec. V. extitiſſe, rebusque Judaicis ſuum ſtetiſſe honorem ex iis, quæ pag. 454. & ſeqq. adnotata ſunt, abunde colligitur. S. Epiphanius horum peritiſſimus meminit ſcholæ, & Patriarchæ Judæorum Tiberiade, & dicit, eorum res *ibi*, & *in aliis locis Paleſtinæ fuiſſe florentes.* Hieronymus vero omne dubium tollit, narrat enim ſe in Hebraico ſtudio uſum fuiſſe famoſo quodam Legis Doctore, qui apud Judæos admirationi habebatur, Tiberiade aſſumpto. (pag. 450. fine)

Multi eorum, qui antiquitatem punctorum propugnant, Tiberiadenſes vitioſæ apud populum lectionis emendatione vocalium meros reſtauratores fuiſſe ſuſtinent, qui ex conſequenti factum hoc quoad ſubſtantiam admittunt.

Ceterum urgere moleſtius, ut authorem, occaſionem, tempus aſſignemus rerum, quas ſerius, aut citius contigiſſe idoneis argumentis docemur, hominis eſt communi judicio ſe abſque omni ratione opponentis, & dum æquitati

cau-

cauſæ deſperat, effugia quærentis. Facta etiam integrarum nationum celeberrima, quia a nullo ſcriptore conſignata, oblivioni tradita jam hodie penitus ignorantur. Artium præſtantiſſimarum, quarum univerſalis eſt e. gr. in tota Europa uſus, & quotidiana utilitas, arte factorum, invectarum mutationum in urbibus, ædificiis, quæ oculis omnium obverſantur, & (quod mirere magis) etiam eorum, quæ ante paucos annos inventa ſunt, primus author ignoratur, vel ſaltem ex defectu ſufficientis ad plenum aſſenſum motivi in quæſtionem adducitur, quin de inventæ rei veritate poſſit dubitari.

Hugo Card. *Concordantiarum* cum phalange Monachorum author opus perfecit, quin magna ſit apud Scriptores ejus celebritas, (pag. 719. l. 21.) quis vero accentus, & ſpiritus Græcis Bibliis, & infinitis aliis operibus Authorum primitus haud appoſitos inſeruit? (pag. 731.) Quis univerſim Latinis Bibliis commata, duo puncta, aliasque ſectiones, hodiernam in capita, & verſus diviſionem adjecit? Quis formas literarum Europæas hodiernas Gothicis antiquatis invexit? Quis ſermonem Germanorum, Gallorum &c. in modernum transformavit, ab eo, qui ante duo, tria, aut quatuor ſecula vigebat, longe diverſum? Quis plerorumque librorum V. T^ti^ authorem, & tempus, quo ſcripti ſunt, determinare audet? e. gr. quando, a quo ſcriptus eſt liber Judicum? non ante captivitatem X. Tribuum ſcriptum fuiſſe Theodoretus cenſet apud Nat. Alex. Tom. II. V. T^ti^ pag 51. Quis primus literas invenit? incredibile dictu eſt, quantum de hac quæſtione inter eruditos ſit diſſidii. Quis pyxidis nauticæ primum invento-

 rem

rem nominare certo poteſt? De arte typographica hodiedum certatur, quisnam primus ſit inventor, ſed etiam teleſcopii, cujus ope tot miranda in cælo deteguntur, certus author ignoratur.

Quia vero Sabariæ hæc elucubro, lubet quærere: celebrem olim hanc Romanorum coloniam, cujus multa in dies eruuntur vetuſta monumenta, quis ita evertit funditus, ut nihil antiqui decoris ſui, niſi de viſceribus almæ Telluris poſſit oſtentare? Quomodo tempore tam illuſtri ſec. III. & IV. fieri potuit, ut jam nec locus ipſe ad notitiam hominum ſuperſit, nam de ſitu ejus, ſive ubi quondam ſteterit, in diverſa abeunt authores, dum *Graecii in Styria non pauci*, *Sárvárini* in vicinia noſtri hujus oppidi *plures*, domeſticus celeber Regni Hung. Hiſtoriographus, *Stephanus Katona* (pag. 917.) *ad ſacrum Pannoniæ montem* prope Jaurinum *collocant*; ſed modernæ Sabariæ ex indubiis monumentis vindicat Cl. Steph. Schœnvisner in Reg. Univ. Hung. Antiq. & Rei Num. Prof. in Antiq. & Hiſt. Sabar. edit. Peſtin. 1791.

Nihil equidem durare diu ſub imagine eadem
Crediderim; ſic ad ferrum veniſtis ab auro
Secula: ſic toties verſa eſt fortuna locorum.
Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa, Pharosque,
Et Phœniſſa Tyros, quarum nunc inſula nulla eſt.
(Facta patent, latet Author. Quid non longa valebit
Permutare dies?) Ovid. Metam L. 15. v. 259.

Calamum hunc, quo haſce formo literas, quis ſtylo, vel cannæ, ſeu arundini, qua primum ad

ad ſcribendum uſi ſunt homines, & hodie quoque utuntur Orientales, primus ſubſtituit? quis morem ſcribendi a læva in dextram aut cœpit, aut commutavit? quis libro, ſeu cortici arborum, papyro, ſeu junco hodiernam e vilis telæ, ſeu lineæ veſtis laciniis parandam chartam, minime ſumptuoſam, maxime tamen accomodam ſurrogavit? (MSS. noſtræ papyri vulgo papyracea non ſunt ante an. 1350. edita) Quis Latinæ vocali tertiæ *i* punctum ſuperpoſuit primus?

Calmetus Diſſer. de veter. libris præfixa Geneſ. dicit ſequentia: Apud Græcos, & Turcas noſtra etiam ætate non pennæ, ſed arundines ad ſcribendum obtinent. Ægyptiacæ papyri uſus usque ad ſec. X. rarus tamen in Europa permanſit. Chartæ ex lineis fruſtulis, affuſa aqua jugi contuſione in pultis liquorem reſolutis confectæ origo adhuc usque ignoratur, quæ tamen ante 500. annos invaluiſſe creditur. Hæc ex inſtituto docet Joan. Mabillonius Ord. Bened. e Congreg. S. Mauri de Re Diplomatica edit. Lutetiæ Pariſ. 1681. in fol. L. 1. pag. 37. Vulgaris (inquit) charta noſtra, quæ nec hodie ſolet inſtrumentis publicis conſignandis adhiberi, *quando incæperit, nemo hactenus auſus eſt definire.* pag. 53. L. 1. literæ *i* accentus acutus ſuperponi cœpit ſec. 13. qui uſus usque finem ſec. 15. perſeveravit, quo tempore puncto (ut hodie) cœpit inſigniri. (Sed per quem facta mutatio?) In Supplemento pag. 50. pennæ uſum loco arundinis etiam ad 900. annos extendit. Quia de literis per Maſorethas critice expenſis agimus, ex his ipſis, ne evagemur longius, ad oſtendendam objectionis vanitatem exempla deprompſi. Non ergo ideo negandum eſt, aliquid contigiſſe, quod

author, tempus, & occaſio nequeat certo determinari. Quamquam invectæ in Biblia Hebraica mutationis tempus, occaſionem, neceſſitatem videlicet in diſperſa natione dirigendæ, & conſervandæ Biblicæ lectionis, atque Authores etiam præcedentium Hebraicæ ejusdem gentis teſtium authoritate ſtatuamus.

Quinta & optima.

Quid multis opus eſt ratiociniis in re, quæ practice poteſt videri, & in unam, aut alteram partem definiri? Si in Hebræo codice textus aliqui quoquomodo corrupti ſunt, aſſignentur, & producantur. Sparſim jam complures vitiati textus allati ſunt pag. 311. 317. Etiam ex authoritate codicis Samaritani (pag. 313. l. 17.) pag. 485. 582. 677. 683. 695. 699. 702. in fine. Saltem Du-hamelii judicio. pag. 733. 747. 749. Ex mente Grotii quam multa cubent in mendo, vidimus. (pag. 892.) adde, ſi lubet, Gen. 46. 21. Collat. Num. 26. 38. Gen. 50. 19. Num. 21. 14. Hebræa (inquit) hic obſcura ſunt, credo unius literæ facto diſpendio, alteraque paululum mutata. Merito dicit Grotius: *obſcura ſunt*, nam obſervante Mureto apud Mabillonium in ſupplemento de re Diplom. pag. 60. *unius literulæ erratum interdum eas etiam hominibus erudititiſſimis effundit tenebras, ut tamquam in illuni nocte errantes quovis potius perveniant, quam quo volunt.* Rurſus Num. 20. 6. Cum in deſerto aquæ defectu areſcens ſiti populus murmuraſſet, proni in terram Moyſes, & Aaron Deo ſuplicaverunt, clamore populi excitato: totum hoc de clamore deeſt in Hebræo, Chaldæo, prout quidem nunc habemus, conſervant tamen Latina quidem omnia, ut dicit

etiam

etiam Calmetus. Deut. 10. 6. errorem eſſe &c.

Addi poſſunt ex Calmeto, Grotio, & aliis: Gen. 27. 27. Dum Iſaac Jacobum, veſtimentorum, quibus ſe induit, fragrantiam odoratus, benedixiſſet, ajebat: ecce odor filii mei, ſicut odor agri *pleni*. to *pleni*, etſi deſit in Hebræo, legitur tamen in Samaritano, 70. & veteri Syriaco, nec facile niſi lapſu Amanuenſium factum eſt, ut in Hebræo hodie deſideretur; lectum enim ætate Hier. ex eo colligimus, quod in ejus verſione occurrat, nihilque de ejus defectu in Hebræo notet. Gen. 32. 23. Jaacob Eſavo munera præmittens, traductis per vadum *omnibus*, quæ ad ſe pertinebant remanſit ſolus, & ecce vir (Angelus ſpecie viri) luctabatur cum eo usque mane. *Omnibus* deeſt in Hebræo, ſed legitur in Samaritano, 70. & Syriaco, nec in Hebræo antiquo fuiſſe deſideratum. Ita & Hieronymus Deut. 27. v. ult. ob eandem rationem dicit *omnibus* eraſum fuiſſe ex Hebræo (pag. 872.) Gen. 22. 12. *propter me* Iſaacum filium immolaſti: ait Deus: *propter me*: deeſt in Hebræo, adeſt in 70. & Chaldæo, ſicut in Vulgata; igitur olim etiam Hebræus habuit: infert Grotius. Licet vero defectus hic ſenſum non variet, arguit tamen oſcitantiam, & incuriam deſcribentium, atque illud præprimis, quod aſſeveramus, mutilas, & depravatas lectiones poſſe reddi omnibus codicibus communes.

Ecce Rachel Veniebat cum ovibus patris ſui: nam gregem *ipſa* paſcebat. 70. æque habent ipſa, *auté*, Hebræus punctatur *hiv*, ſed legi poteſt pariter *hu*, ipſe pater paſcebat gregem, reipſa habent alia exemplaria *hi* h. e. definite *ipſa* inquit Calmetus. Si hic, etiam Gen. 3. 15. *hi* pro hodierno *hu* ſtare potuit, (pag. 479.) aut

hiv demum legi, ut non fuerit neceſſe tot lites propterea excitare. Gen. 48. 15. Benedixit Jaacob *filiis Joſeph*. Hebræus noſtræ ætatis *ipſi Joſeph*. Nempe *bene* excidit. Gen. 31. 8. de ovibus artificio Jaacobi albis, aut verſicoloribus generatis Vulgata, & 70. dant ſenſum luculentum, contextui conſonum, Hebræus noſtræ ætatis, & alia exemplaria talem, qui omnem oppoſitionem adimit hic neceſſariam; unde, quamvis aliud deſit argumentum, ſuſpicari licere innuit Calmetus, Hebræum textum vitio aliquo laborare. Exo. 2. 22. & v. 34. collat. 39. Jud. 18. 30. *loco* filii *Moyſis*, Hebræus noſtræ ætatis habet filium *Manaſſis*, accuſantur Judæi, (dicit rurſum Calmetus) quod locum hunc additione literulæ corruperint, ut Legislatorem ſuum probro liberarent, quod ex impietate nepotis in avi nomen inducitur. Literulam tamen hanc in ſeriem ceterarum referre non auſi ſuſpenſam ſupra vocem adnotarunt. Si ob rem hujusmodi, profecto nimis levem, nomen Moyſis in nomen Manaſſis commutandum in lectione, atque ideo *nun* pendulum textui apponendum cenſent, voces ſibi graves, Chriſto autem faventes, quam pronis animis depravaverint, non difficulter colligas.

Expendamus paulliſper Pſalmos acroſtichos, ſeu *Alphabeticos*, quales ſeptem cenſentur, nempe ſupputatione Hebræorum (pag. 133.) 25us, 34us, 37us, 111us, 112us, 145us, & longiſſimus ille 119us (pag. 405. l. 24.) quem ſimili artificio Jacobus Furnius Genuenſis juris conſultus Græce, & Latine expreſſit. *Alphabetici* vocantur, quia ordine, quo literæ Alphabeti ſe conſequuntur, etiam verſus ita ſe excipiunt, ut primus incipiat ab *Aleph*, ſecundus a *Beth*, ter-

tertius a *Ghimel*, quartus a *Daleth*, & ſic porro usque ultimam literam *Thav.*

Ex his Pſalmis ineluctabile argumentum ducitur pro corruptione Hebræi codicis in Pſalmis; namque jam deeſt verſus, qui a *Koph*, jam qui a *beth*, jam qui a *nun* incipere deberet &c. Hoc vero non aliunde ortum eſt, quam, quod Rabbini ſequiori ævo Pſalmos deſcribendo, & ordinando male voces ex uno verſu in alterum transpoſuerunt, jungendas ſepararunt, ſeparandas junxerunt. *Nullo negotio ad perfectam ſeriem reducuntur* inquit Calmetus. Aſſumamus primum: Ad te Domine animam meam levabo: ëlecha Adonaj naphſchi æſcſcā: ſequens *Deus meus* in Hebræo ad *Domine* debet referri, ut v. 2. a *beth* incipiat &c. Pſ. 34. 18. tzaddikim penes tzayaku excidit, cum 70. Syrus, Chaldæus habeant, & inter juſtos, & injuſtos oppoſitio exigat. Veteres etiam Pſ. 37. 28. legunt *injuſti punientur*, & ſemen impiorum peribit, *juſti* autem hæreditabunt terram; aliter ergo olim in fonte fuerit, quam hodie, fors loco *tzaddikim*, *yanavim*, injuſti Hebr. ſunt yavilim per yain, ſi ita legas, ac *os* (phe Hebr.) *juſti meditabitur ſapientiam:* ſequetur: *conſiderat peccator juſtum*, *& quærit mortificare* (ad mortem deducere) *eum*, tzophæh raſchay latztzaddik: completa erit ratio acroſtichi. Sed ſpartam hanc adornent alii. Pſ. 145. deeſt *nun*, in ceteris bene defluunt omnia. Fidelis Deus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis: vertunt 70. Grotius, & Capellus monent *nææman* Hebr. valere *fidelis*, ergo indubie legerunt: Nææman Adonaj bechol debharav, vetzaddik bechol mayaſcav. Pro mendo mani-

feſtiſſimo habet Calmetus, quid Franc. Hare dicat, audivimus, (pag. 890. l. 35.) Boſſuetus: In Hebræo *non deeſſe menda conſtat, atque ut cetera omittamus, unum illud ineluctabile in Pſalmo acroſticho 144°, ubi verſum integrum deeſſe Hebræis ipſa ratio acroſtichi dubitare non ſinit prætermiſſa litera Nun.* Chaldæus caſu quo præterivit hunc verſum, ad cujus ductum in uſu Pſalmorum ſubinde ſua formaverint Biblia Judæi poſteriores. Non ergo hic radiat ſtella Hebraicæ veritatis, a tot jam ſeculis extincta eſt lux ejus.

Fruſtra ratiunculas comminiſcuntur Rabbini poſteriores, contra fidem ſeniorum Alexandrinorum, cur David verſum 14um, ſeu *Nun* omiſerit; pariter in vanum currebant nuperi heterodoxi ſuſpicione textum mutilum defenſantes, quaſi 70. errorem, ſive lacunam, & hiatum eſſe rati, ex v. 17°, qui quoad ſenſum idem ſonet, ſuppleverint. Ut omittam cetera, ſi 70. defectum iſthic eſſe judicarunt, cur nos illis prudentiores, id eſt: in clara luce cœci ſumus? dicuntur nimirum hæc omnia ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Textus in Fonte Hebræo aliqua parte vitiati, & a primigenia integritate ſua deficientes, alii Meſſiæ proprietates, functiones, & adjuncta explicant, alii nullatenus referuntur ad ipſum. Poſterioris generis ſunt pleraque hucdum producta, quibus non addam, niſi duo, ne lectori tædium pariat multitudo exemplorum.

Verba Caini ad Abelem Gen. 4. 8. *Exeamus in campum* reipſa ſunt de veritate Archetypi, ut hodie plurimi cenſent, & naturalis ſvadet

det connexio, licet ex adverſo jam ſec. II. & III. putaverint nonnulli ex apocryphis, (h. e. abditis forſan, & latentibus codicibus) aut ex margine in aliquos textus apographos, & verſiones irrepſiſſe, atque etiam ipſe Hieronymus aliquando pro ſuperflua adjectione habuerit dicens: „*dixit* ſubauditur ea, quæ locutus eſt Dominus: ſuperfluum ergo eſt, quod in Samaritanorum, & noſtro (70., & vetere Itala) volumine reperitur: tranſeamus in campum. in Quæſt. Hebr. in Geneſ. ſubaudiri, ut vult Hieronymus, verbo *ämar* nihil ſolet, nec apte in defenſionem adducitur Exo. 19. 25. illud: *vajjomær älehem*, quod Vulgata vertit: *& omnia narravit eis:* ſine dubio refertur ibi effati Divini narratio, preſſe nihilominus redditur: *& dixit ad eos*, & immediate ſubjicitur quid dixerit: vajdabber eth chol haddebharim haellæh: & locutus eſt Deus ſermones iſtos &c. Ita etiam Gen. 4. 8. ſequi debet expreſſe, atque adjici, quid Cain ei dixerit. (pag. 398. l. 31.)

Ratio eſt: quia (1) Aquila, qui teſte Origene textui inſeruit, vocum Hebraicarum nihil addendo, aut demendo in Græca ſua verſione æmulator plane ſuperſtitioſus, hoc minime facturus erat, niſi in codice ſuo Hebraico legiſſet, neque Hieronymus ex eo in verſione ſua poſuiſſet, aut ex vetere Itala (propter vetuſtatem judice Martianæo, ſed potius dicam ex æquitate rei) retinuiſſet, cum in commentatione ſuperfluam adjectionem dicat, in quantum alioquin ſubaudiri ex contextu poteſt; vel certo, dum ad rem eſt deventum, & textus actu vertendus fuit, aliud judicavit.

(2) Samaritanus codex clare habet: *nelchah haſcſcadæh:* cui plures Arabum verſiones, & Syriaca Gabrielis Sionitæ conſentiunt. 70. *diel-thómen eis to pedion*, ſicut Vulgata, Thargum utrumque: *nepuk le bara:* egrediámur foras: Neque obſtat Thargum paraphraſtice plura addere, ſicut hoc alibi veræ lectioni non incommodat.

(3) Hebræum *vajjomær* ſexcenties, & ultra occurrens uſu ſtabili ita ſignificat & *dixit*, ut ad ſequentia ſemper referatur, & quid conſequenter dictum ſit, innuat; circumſtantiæ loci, & contextus exigunt dixiſſe: *eamus in campum:* ut ibi extra conſpectum, & conſortium aliorum iniquitati ſuæ ſecurius litaret, unde immediate ſubjicitur etiam in Hebræo *bihjotham baſcſcadæh: cumque eſſent* poſt evocationem *in agro*, inſurrexit contra eum &c. niſi addatur noſtrum *exeamus in campum* mutilus, & imperfectus erit ſenſus. Expoſitiones illæ ſubtiles: collocutus eſt familiariter: vel dixit ea, quæ Deus vult fieri, aut ſimilia quæpiam. vel: dixit verba dura, acerbiora, quærens occaſionem rixandi, ſicque eum e medio tollendi. Item: amaro fuit erga eum animo: (pag. 799.) inſolitæ, rariſſimi uſus, fictæ, & longe petitæ, ſponte evaneſcunt, ex puro, putoque textus integritatem pertinacius defendendi ſtudio excogitatæ. Conſtat, Samaritanum, 70. Authores Thargumim arbitratos *vajjomær* tam inſveta notione iſthic non uſurpari.

(4) Rabbini jam inde ab ætate Maſoretharum adnotarunt in margine, hic aliquid deficere, ponentes ſuum *belo piskä*, *beli* valet defectum, vel præpoſitionem *ſine*, idem eſt *belo* h. e. de-

e. defectus, vel *ſine*, *absque*, piska valet *ſenſus*, adeoque *ſine ſenſu*, vel *defectus eſt ſenſûs*; valet *piska* etiam id, quod eſt *pars*, igitur *ſine parte* h. e. deficit pars verſûs, ſeu propoſitionis; valet *piska* etiam idem, ac *interſectio*, *ſpatium*, proinde: non eſt ſpatium relictum in codice, licet deſit aliquid, quo ſpatium hoc complendum erat. *Signum quoddam appoſuerunt Maſorethæ*, (ait Calmetus) *ut defectum illum ſignificarent*. Quamvis igitur notam marginalem *belo piska* varii varie interpretentur, optime tamen notat: *ſine ſenſu* vel: *non eſt integra ſententia*, & *completa*, vel: *deeſt aliquid*, *nec tamen*, *eſt relictum ſpatium ad hoc indicandum*. Rabbi Emmanuel dicit: jeſch omerim, chi ämar lo; netzä haſcſcadæh, h. e. ſunt, qui dicunt dixiſſe ei: exeamus in agrum: & hoc ſeptuaginta, & unus codices Hebraici habent teſte Bern. de Roſſi. Advertas velim textum hunc ita excidiſſe, ut lacuna evaſerit omnibus codicibus uſualibus communis, ergo etiam alibi idem poterat contingere.

Eccle. 1. 7. Ad locum, *unde exeunt*, flumina revertuntur, ut iterum fluant. Cum duo *m* convenirent, finale vocis præcedentis, & initiale ſequentis, *m* unum omiſſum eſt, vel quod deſcriptor protographi alio dictante ſcripſerit, altero *m* non audito, vel utrumque *m* quaſi uno dageſch complexus ſit; hinc verba Hebraica verum amplius non retinent ſenſum, quem exacte reddidit Vulgata, circulum enim rerum omnium deſcribit Eccleſiaſtes, ut antecedentia docent, igitur loco *ſcham* debet eſſe *miſchſcham* h. e. loco *ubi*, debet eſſe *unde*; non enim revertimur illuc, ubi imus, ſed *unde* egreſſi ſumus.

Hebr.

Hebr. hodie: æl makom ſchæ hannechhalim holechim ſcham, hem ſchabim la lachæth, h. e. *ad locum, ubi flumina eunt, ea revertuntur ad eundum.* Verba hæc ita lecta nullum, vel plane incommodum ſenſum habent, legendum: holechim miſchſcham. (Ludolf. Job Comment. Æth. pag. 111.)

Loca V. Tti ſeptuaginta duo, & N. Tti viginti ordine librorum Scripturæ S. in compendio producuntur in Scrutinio Philologico ex Salomonis Glaſſii Philologia eruto opera Heinrici Philippi Heerwarti Francof. in 8. min. an. 1659. quæ illius temporis Catholici Heterodoxis objectaverunt. (pag. 881. l. 18.) Hodie ſatis convenit inter eruditos, ex tot objectis, & de corruptione poſtulatis textibus paucos eſſe, qui talem criſim non mereantur, aut ſaltem vacent omni mendarum ſuſpicione.

Textus ad Meſſiam ſpectantes corrupti, aut obſcurati, & a primigenia lectione certa, fixa, & antiquis probata, in aliam incertam, & flexibilem mutati.

In cycneo Jacobi vaticinio Gen. 49. 10. *polythrylléton* illud *ſchiloh* cum *jod* poſt *ſchin*, & *he* in fine, ea ratione dico depravatum, quod *jod* intruſum ejici, & *ſchælo*, in fine *vav* loco *he*, legi debeat, ut ſenſus ſit: *donec veniat is, cujus eſt ſceptrum hoc:* ſeu *is, cujus eſt regnum.* vel: donec veniat is, cui repoſita ſunt hæc omnia bona, & ſpeciali jure reſervatum eſt ſceptrum. Vocis *ſchiloh* varios ſenſus Buxtorfius in Lexico pag. 813. Calmetus, & Corn. a Lap. exponunt, nos plures attigimus (pag. 85. 618. l. penult. item 737. 783.) duæ interpreta-

tio-

tiones præcipue vigent, & celebrantur, *una* a *ſchiljah*, ſecundinæ mulieris, per metonym. fœtus, ut valeat *beno*, filius ejus, ille nimirum ſpecialis, ideo ſic a *ſchiljah* denominari dicunt, quod ex mulieris ſecundinis, ſeu utero citra conſortium viri ſit naſciturus: *altera* a *ſchalah*, verbo *lamed he*, ſignificante, quietus, pacificus, tranquillus fuit, adeoque in *piyel*, proſperavit, pacificavit, ſalvum fecit, unde *ſchalvah* idem, quod ſalus Pſ. 122. 7. tranquillum reddidit; Arabice: liquavit butyrum, metaphor. defæcavit animum; itaque *donec veniat* pacificator, vel procurator tranquillitatis animorum, Princeps pacis, *Salvator*. Quam ſplendida omnia!

Sed hæ derivationes ſunt incertæ, ambiguæ, analogiæ diſſonantes, de quibus veteres ne per ſomnium quidem cogitaverunt. (1) Voces *ſalus*, *Salvator* frequentiſſimæ ſunt in Bibliis, ſed iis exprimendis *ſchalah* nunquam, ubi de Meſſiæ temporibus agitur, ſed *jaſchay* adhibetur. (2) Schala neutraliter, & intranſitive uſurpatur, non vero active, & in *piyel*; valet etiam ceſſavit, deſiit, vacavit, *ſchalu* eſt error, peccatum 2. Sam. 6. 7. & Chald. 2. Sam. 3. 27. (pag. 783.) (3) Si pacificatorem Moyſes deſignare voluiſſet, adhibuiſſet potius verbum *ſchalam*, ut Pſ. 59. & dixiſſet *meſchallæh*. (4) A *ſchiljah* dicendum erat, non *ſchiloh*, ſed ſchiljatho, imo ſchiljathah, ut dicitur Deut. 28. 57. & quod omne tollit dubium, Scriptores S. ubi de viris ſermo eſt, non utuntur voce *ſecundinæ*, ut ſignificent de ſecundinis. Judæ Meſſiam deſcenſurum, mulierum vero in genealogia nulla habetur ratio; & filium ſeu *ben*, vocari *ſchil*, ut *ſchilo* ſit *beno* eſt ſine omni exemplo, proin commentum,

in

in contextu *mibbén raglav* h. e. *de interpedes ejus* (ſi tamen hæc certo vera eſt lectio pag. 313. & 686. &, quod multi negant, *ſeminos* h. e. honeſtiori expreſſione genitales partes ſignificat) viros generatores indicat, ad quos non pertinent ſecundinæ.

(5) Nec ad rem faciunt *kitor* h. e. fumus, ſuffimentum, & *kimoſch* h. e. urtica, quia (a) *jod* in *ſchilo* nullus veterum legit, neque conſvevit *jod* poſt primam radicalem olim ad deſignandam conjugationem *piyel* ita inſeri, ut perſonam agentem deſignet, credibile eſt, poſteriores Rabbinos intruſiſſe, ut notarent per *i* legi debere, vel perſvaſi à *ſcalah* deduci, in ſignum conjugationis *piyel* adjecerunt, uſu temporibus poſterioribus etiam alias familiari. Joan. Bern. de Roſſi in opere ſuo de variantibus Lectionibus Parmæ edit. an. 1784. aliique teſtantur codices MSS. paſſim *ſine jod*, paucos *cum jod* vocem hanc exhibere. (b) *kitor*, & *kimoſch* non deſignant ſubjectum agens; &, ut deſignarent, aliud judicandum eſt de verbis *Lameh He*, in quibus terminatio per *o*, *he* quieſcente eſt ſine omni exemplo, dum enim ex hujus formæ verbis nomina formantur, *He* radicale, quippe (ut ex Arabum lingua conſtat) originarie *jod*, aut *vav*, manere non ſolet, ſed in primigenium *jod*, ut in ipſa voce *ſchiljah*, aut *vav*, vel demum in *thav* tranſire; ita *ſchalvah*, & *ſchalev* dicitur, h. e. tranquillitas, & tranquillus. pag. 689. 737.)

(6) Si derivatio hæc a *ſchalah* realis, & ſolida foret, per decurſum ſeculorum veniſſet in mentem alicui etiam ante modernos commentatores. Vocem *ſchiloh* ab ipſis Rabbinis ſæpe pro Meſſiæ nomine explicari novimus, ut dum

in

in *Echa Rabatha* ſuper Thren. 1. ſcribitur: „Quod eſt nomen Meſſiæ? qui de domo Sela erant, dixerunt: *ſchiloh eſt nomen ejus*, ſicut dictum eſt: (Gen. 49.) donec veniat Schiloh. i. e. Meſſias.„ Sed a *ſchalah* in ſenſu *pacificatoris* exponi non novimus. Igitur variantibus Doctoribus, ſi non eſt exauctoranda vox iſta, quam etiam Pagninus ex incertitudine, & ambiguitate ſignificationis ſine interpretatione reliquit, ſi a verbo aliquo eſt deducenda, fortaſſe non male cum Grotio, & Corn. a Lap. (pag. 83. & 891) a *ſchalachh* derivabitur, cum non paucis exemplis doceamur *he* cum *chheth* errore deſcribentium in hodiernis Bibliis alternare, ut Dan. 9. 24. chhathamne, vel hathem? dubitatur.

Schælachh propago de arboribus dicitur Cant. 4. 13. & *ſchilluachh* donum, quod alicui mittitur. Exo. 18. 1. Reg. 9. 16. Miche. 1. *ſchilluachh* h. e. ſumendo pro concreto: qui gratioſo Dei dono mittetur mortalibus, pro quo juxta multorum expoſitionem Moyſes Exo. 4. 13. ardentibus votis ſuplicat: *obſecro Domine:* ſchelachh tiſchlachh: *mitte*, *quem miſſurus es*. De hac voce, teſte etiam doctiſſimo quoque Rabbinorum, quia ſemel tantum hac forma occurrit in univerſis Bibliis, apud Eduardum Leigh in Critica ſacra tot, tamque varia ab Hebræis, & Latinis, ſimul ac Græcis proferuntur, ut omnem penè mentem poſſint conſcindere, tam varia ejusdem redditur ſignificatio, ut nulla editio cum altera conſentiat, *crucem figit interpretibus* inquit Calmetus. Non ergo certa ſpes eſt ſecuritatis in explicatione Pacificatoris. Itaque

Schœllo germana, & unice vera lectio eſt. I° Quia hæc eſt analogiæ linguæ accomodatiſſima,

ma, ubivis loco *aſchær lo* obvia, in ore omnium Rabbinorum, in Bibliis Eccle. 8. 17. beſchæl äſchær. 1. 7. & 12. beſchællemi, beſchælli. Cant. 1. 7. vineam, quæ mihi eſt, ſeu quam habeo, non cuſtodivi. Hebr. charmi, *ſchælli*, lo natarthi. In loco de Meſſia parallelo Ezech. 21. 32. A Sedecia uſque Chriſtum in Iſraële ex Davidico genere nulli Reges erunt, ideoque *aufer coronam, tolle cidarim*, (pag. 568. l. 32.) v. 27. *& hoc factum eſt, donec veniret, cujus eſt judicium, & tradam ei.* Hebr. *yad bo aſcnær lo*, quod eſt idem cum *yad jabo ſchællo.* Aſchær lo, & ſchællo ſunt mera ſynonyma. Vox aut nullius, aut incertiſſimæ ſignificationis, qualis eſt *ſchiloh* voci uſitatiſſimæ, & loco convenientiſſimæ, qualis eſt *ſchællo*, non bene præfertur.

II° Cum *jod* in MSS. majorem partem deſideretur, patet olim pro puto, putoque pronomine relativo fuiſſe habitum, adeoque ſchællo pronunciatum.

III° Evidens eſt 70. legiſſe ſchællo, *heόs, an elthe, hό apokeitæ*, h. e. donec veniat is, cui repoſitum, vel reſervatum eſt: nempe regnum, & *ſchæbaæt*, ſeu ſceptrum. Hanc lectionem tamquam in 70. optimam Juſtinus in Dialogo cum Tryphone defendit, meminit tamen & alterius in multis Codd. 70 viralis editionis: *heόs. an elthé ta apokeimena avtό*, h. e. donec veniant ea, (bona) quæ ipſi repoſita ſunt; nempe Spiritualia bona per Meſſiam afferenda Judæos manebant, ſi venientem in propria recepiſſent. Vel donec veniant bona illa, aut tempus ea bona conſequendi, quæ reſervata ſunt Meſſiæ, ut faciat ea. Ipſum *ſchællo* utramque

ver-

verſionem patitur, immerito, & abſque omni ratione Julianus Apoſt. Chriſtianos mutatæ lectionis accuſavit, cum utraque lectio eundem ſenſum præſtet. Epiphanius Herodianos, h e. eos, qui velut aſſeclæ, & miniſtri Herodis ab ejus partibus ſtabant (pag. 644. lin. 33.) turpis adulationis inſimulat, quod Herodem pro Meſſia agnoſcant, utpote *cui* a Romanis *deſtinatum fuerit ſceptrum*, ſeu imperium, lectionem Hebræo eſſe conformem nec dubitat. Quid erat facilius, ſi tunc *ſchiloh* lectum fuiſſet, quam iis objicere, & dicere: in Hebræo textu, quo & Hebræi, & Epiphanius interdum utebantur, non eſſe: cui repoſitum eſt ſceptrum, ſed *filius ejus;* ex ſecundinis natus: vel *pacificator*, qualis non eſſet Herodes, quippe alienigena? Lectioni 70. acquieſcit etiam Theodoretus Quæſt. 110. in Gen. Hieronymus vel per *chheth* legit, & ſic aliter, quam ſit hodie, vel certe ſenſum reddidit, & derivationem a *ſchalah*, ſive notionem *pacificatoris* non agnovit. (pag. 801.)

IV° Chaldæus Paraphræſtes uterque, præterquam quod expreſſe de Meſſia Rege explicent, indubie ſchællo legunt: Meſchichhä de dileh hi malchuthä, h. e, donec veniat Meſſias, *cujus eſt* regnum; Onkelos quidem male *yad* â *chi* ſeparat, vertens: non auferetur ſceptrum in æternum, *quia*, vel *poſtquam* veniet Meſſias, (pag. 737. l. 14.) cum tamen reddat *cujus eſt* regnum, in lectionem *ſchællo* pronus conſentit. Syrus: donec veniat is, *cujus illud* (ſceptrum) *eſt*, & ipſum expectabunt gentes. Arabs: donec veniat is, *cujus ipſe eſt*, & ad quem congregabuntur populi. Calmetus: Hebræus (inquit) ad literam: Non recedet ſceptrum de Juda, donec

veniat is, *cujus eſt*, legitimus nempe poſſeſſor.

Chriſtus, & Apoſtoli hoc textu uſi non ſunt adverſus Judæos, quia Prophetiæ ſua adhuc non ſtetit omni ex parte veritas, licet enim poteſtas iis jam reipſa ablata ſit, umbratilis tamen quædam authoritas videri poterat ſupereſſe, nec *gentium obedientia* immediate eſt ſubſecuta Chriſto, & Apoſtolis intra fines Judææ concluſis, eo minus debilitatio ethnicæ ſuperſtitionis. (ſi a *kaha* dirives.) Adde Chriſtum, ſe eum eſſe, quem expectandum habeant, ſignis, & prodigiis, velut longe certiori teſſera Divinæ miſſionis oſtendere potius voluiſſe, quam ſubtilibus ex textu ratiociniis, quibus vulgus non aſſvevit, ſcribæ autem, & Phariſæi parum erant delaturi. (pag. 782. l. 36.)

Pſ. 18. *Cœli enarrant gloriam Dei* v. 5. *in omnem terram exivit ſonus eorum: kol* ſonus, vox, locutio, ex rad. apud Hebræos obſoleta, ſed Arabibus uſitatiſſima *kul*, dicere, *kolam* ſonus eorum, nempe cœlorum. Originarie kolam ſcriptum fuit, ut ſupra proxime (pag. 903.) expoſui, hodie legitur *kavvam linea eorum*. De cœlorum ornatu agit Pſalmiſta, qui metaphorice, & occaſionaliter enarrant, hoc eſt: oſtendunt nobis omnipotentiam, ac magnificentiam Authoris, & nobis occaſionem tribuunt cogitandi, aſſerendique, non caſu, vel fato, ſed Dei ſapientiſſimi providentia hæc omnia gubernari: ſicut ſol decurrens rapidiſſime ab ortu ad occaſum cuncta ſuo complet lumine: Ita dicit David legem Dei ſolem quempiam eſſe fugandis ignorantiæ tenebris, & mentibus hominum illuminandis. Affirmat Paulus ad Rom. C. 10. Apoſtolos eſſe lumina orbis, quorum ſermones non

mi-

minus, quam metaphoricæ illæ cœlorum loquelæ in omnem terram exiverunt. *Nunquid non audiverunt* prædicationem Evangelii per dimiſſos, in orbem Apoſtolos? *& quidem in omnem terram exivit ſonus eorum*: Lamed detrita parte ſuperiore evaſit *vav*, lectumque poſterius *kavvam;* ſed non delineatio cœlorum hic directe ſpectatur, verum iis tribuitur locutio, & ſermo, ut in anterioribus: cœli *enarrant*, *annunciat* firmamentum, dies diei *eructat verbum*, & nox nocti *indicat* ſcientiam, non ſunt *loquelæ*, neque *ſermones* ulli nationum, quibus lingvis, & ſermonibus cœlorum *voces* non audiantur. (pag. 104.)

Quid cœgit tam pulchram turbare Pſalmorum conſvetudinem, qua poſterior pars verſiculi ſynonymicós priorem reddit, explicatque, ut tribus verſibus eodem ſenſu præmiſſis ſequatur. in omnem terram exivit *linea*, vel *ambitus*, vel *peripheria* eorum? *kolam*, ſive *ſonum* eſſe debere indicat poſterior pars, prioris, ut fieri aſſolet, explicativa: *& in fines orbis terræ verba eorum* Hebr. millæhæm, dictiones eorum. 70. Hier. Symmachus, qui vertit *echo*, unde ſignificatum *ſoni* habent, niſi quia *kolam* legerunt? Hieronymus quidem cum alibi in Pſalmis, tum in eodem hocce Pſalmo, dum aliud legit in Hebræo, non impigre diſcedit a 70. quibus hîc conſentit; qui ſi legiſſet Kavvam, citra omne dubium lineam fuiſſet interpretatus: ita v. 6. loco: *in ſole poſuit tabernaculum ſuum.* h. e. Deus magnificentiæ ſuæ quaſi manſionem, & tabernaculum in ſole poſuit; in vaſtiſſima, & excellentiſſima hac creatura, quaſi pro habitaculo ſuo præparaſſet, eam tam perfecte elaborando ſuam

 orbi

orbi oſtendit Majeſtatem. Hieronymus transponit ex Hebræo ſuo textu: *Soli poſuit tabernaculum*, manſionem *in eis* h. e. in cœlis; ibi fixit altiſſimam ei manſionem, ut inde ſe vaſto corpore volvens, ac circumferens, corpora terreſtria illuminet. Cur Syrus, ut 70. *ſonum* ponit, niſi quia ſonum & in textu deprehendit, & loco convenire videt?

Schindlerus in Lexico voce *kav*: legerunt, inquit; 70. *kolam*, quod eſt in verſu præcedente, ob literarum Lamed, & Vav ſimilitudinem, aut olim ſic ſcriptum fuit. Calmetus: 70. & Vulgata perſpicuum magis ſenſum offerunt, & lectioni huic antecedentia, & conſequentia conſentiunt. Bellarminus addit, ex hoc loco intelligi Hebræum corruptum poſt tempora Hieronymi. Capellus, & Houbigantius ſine ambagibus hodierno textui correctricem admovent manum. Subnotator in Capelli Criticam: *lectio hæc kolam unice vera eſt.* Volunt quidam *kolam* ex priori verſu immigraſſe in verſiones ablepſia verſorum, ſed quia dicunt, & non probant, nos vero noſtram lectionem, quæ eſt *kolam* loco *kavvam*, tot antiquis authoritatibus vindicamus, reponimus, contra ex Hebræo ipſorum codice *Lamed* emigraſſe; fuerunt jam ſec. II. quædam exemplaria vitiata, cum Aquila *kanona*, ſeu regulam verterit, quod eſt non *kol*, ſed *kav*; forte Judæis innotuit, textum a Paulo ad Evangelii tam admirandam dilatationem ſignificandam transferri, ne arguerentur, mutarunt, vel caſu literæ Lamed extritus eſt apex.

Pro defenſione lectionis *kavvam* animadvertunt AA. notione delineationis non dari malum ſenſum: ordinata hæc cœlorum delineatio toto orbe terrarum ſpectabilis eſt; *kav* pro

men-

menſura, inſtrumento, quo ædificiorum fiunt delineationes, reipſa adhibetur in Bibliis. Verum eſſe hoc non inficior, nec tamen inde ſequitur cit. Pſalmo *kav* originarium eſſe, cum nemo præter Aquilam ita verterit. Si vertas *delineatio*, non jam tam vivide commendandæ Apoſtorum prædicationi, quam audire quicunque noluerint, inexcuſabiles ſint, poteris adhibere. *Kav* itaque notione lineæ, aut peripheriæ iſthuc non quadrat, aptius defendi poſſet lectio *kavvam* in ſignificatione tenuis fili, aut zonæ, atque hinc inſtrumenti muſici reſonantis, conſequenter *ſoni;* olim e filis, ut actu apud Perſas, fidium chordæ parabantur. Nihil certius, quam *kav* in Bibliis pro filis, minio, rubro colore, vel creta, aut atramento imbutis, quibus fabri ad lineas ducendas utuntur, uſurpari, atque etiam pro menſorio fune Geometrarum. Iſai. 38. 12. 1. Reg. 10. 28. 2. Paral. 1. 16. Job. 38. 5. Joſ. 2. 21. Iſai. 44. Jer. 31. Zach. 1. ſpartion, vel ſchœnion, Thargum *chhût* h. e. filum, funiculum reddunt. Syris *kavvin* fila Chald. *kavvæ* textores, Arab. *kovva* funiculus. Opinatur Bochartus *Coam*, inſulam, cui bombycinæ texturæ prima debetur inventio, ab hoc *kav*, ſeu *kov*, & *vav* quieſcente *ko* fuiſſe denominatam. Geograph. par. I. L. 1. C. 7. col. 375. Cum tamen longe petita, & exquiſitior ſit iſta explicatio, vix credibile eſt veteres verſuros fuiſſe *ſonus eorum*, ſi hodiernum *kavvam* legiſſent, quia *kav* fili ſignificatione, aut funis ita adhibent, ut ad deſignandum ſonum, aut concentum equidem nunquam vocabulo *filum* ſeu *kav* utantur.

Zach. IX. 9. Exulta ſatis Filia Sion! jubila Jeruſalem! ecce Rex tuus veniet tibi *Salvator*,

ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & pullum filium aſinæ. Locus hic interprete Matthæo C. 21. 5. ſonat de Chriſti Jeroſolymam ingreſſu. Hebræus loco *Salvator*, quod Hebraice eſſet *Moſchiya*, ſeu contracte *Moſchay*, habet *nóſchay*, in *niphyal*, ſenſu paſſivo. Houbigantius ſine ambagibus reſtituit *Mo chay*, Grotius dicit: „Mirum eſt, non Latinum tantum, ſed & Græcos, & Chaldæum in hoc conſenſiſſe, ut Salvatorem verterent, nam in Hebræo legitur *Salvatus*: aut ergo in melioribus codicibus ſcriptum fuit *Salvans*, aut quod mirum eſt, omnes in eo convenerunt, ut paſſivum poſitum crederent pro activo.„ Non ægre conſentiunt plerique active *noſchay* uſurpari, ut forma quidem ſit paſſiva, ſignificatio vero activa, ut in Latino verborum deponentium, in Græco eorum, quæ mediæ vocis appellantur, fere ſicut e contrario Latine dicimus, *dare pœnas*, vapulare. Nec deſunt exempla: Prov. 28. 17. *yaſchuk*, licet ſit formæ *payul*, ſeu paſſivæ, non tamen oppreſſum, ſed oppreſſorem. Jer. 9. 8. *ſchachhutz* mactatorem, Prov. 1. *Agur*, idem quod kohælæth, ſeu collector, congregator, Iſai. 461. *neſchuth* poſita poſt *vav ſchurek* conſonante *Aleph* portator. Alii volunt *Nun* non indicio conjugationis, ſed nomini formando ſervire, ut in Nææman, Nemrodus, Nephthali, Quidam cum Henr. Bened. Starkio lectionem *noſchay* agnoſcunt eſſe paſſivam etiam ſignificatione, & modis omnibus eam defendunt. *Salvatus eſt*, inquiunt, Chriſtus ex doloribus, quem ex miſeriis, quibus afflictus eſt, liberari (ſive ſalvari) oportuit, ut nos liberaret. Vident ſcilicet *noſchay* paſſivum eſſe flexione, & ſignificatione, igitur mæandros quærunt, & tergi-

gi-

giverſantur, ut quod maculatum eſt, mendaci ſtylo ſcribarum, veritatis fuco oblinant. Inſigne Meſſiæ attributum eſt non quod ipſe ab aliis ſalvandus ſit, ſed quod cunctos ſalvaturus veniat.

Sóter 70. *Parek* Chaldæus, quibus Syrus, & Arabs aſſentiuntur, transferunt, quod active Salvatorem ſonat, adprobantibus Evangeliſtis. Æque corruptus eſt verſus XIus judicio Corn. à Lap. Et Iſai. IX. 6. & 53. 8. propter ſcelus populi mei plaga *eis*, vel percuſſi *eos*, *lamo* Poetis loco *lahem* plurale eſt, licet aliquando ſingulari numero uſurpetur præter ordinem; 70. nuggay lamuth, aut niggaſc, h. e. *adductus eſt ad mortem*, legerunt, poterat *thav* excidere; quid facilius? (pag 702. fine) Jer. 23. 6. Dan. 9. 23. judicio Patris Gazzaniga olim in Hebræo legebatur: & non erit populus ejus, qui eum negaturus eſt. Quod hodie nos conſpicimus: *& non ei:* Judæi autem variare in quoslibet ſenſus poterunt, & torquere in mille figuras; conſtat Theodotionem longe aliter legiſſe, quam hodie habeatur, recepta lectio vix admittit explicationem contextui aptam, & quemcunque attuleris, erit ambigua, fluxa, indeterminata, huc, atque illuc diffluens. Oſe. 3. 4. Hæc omnia Meſſiam indubie reſpiciunt.

Quod gravem de ſtudioſa depravatione ſuſpicionem nobis præbet, illud eſt: Io loca de Meſſia ſonantia complura olim aliter lecta fuiſſe, ut conſtat ex Chaldæo, Syro, 70. & aliis verſoribus antiquis. IIo hodiernam lectionem rebus Chriſtianis jam minus favere, quæ incerta, atque ambigua in hanc, aut illam ſententiam ex æquo accipi poſſit. e. gr. *Salvatus*, & *plaga eis* Zach. IX. 9. 53. 8. De cetero conſultone, ant caſu lectio aliqua mutata fuerit, modo vitio-

ſam fluere compertum ſit, intereſt nihil. Harum depravationum nonnullæ in ipſis literis conſiſtunt, adeoque ſubſtantiam textus afficiunt; aliæ (puta Iſai. 9. 6. Jer. 23. 6. hoc eſt nomen, quo Jehova eum vocabit, juſtitia noſtra: qua ſenſûs attributione nomen Jehova creaturis incommunicabile Meſſiæ eripitur.) falſa punctorum ſuppoſitione natæ ſunt. (pag. 288.) Sed qui ſemel contra fidem veterum temerario auſu puncta falſa apponunt, ut Chriſtianis veritatem eripiant, etiam in literas cenſentur ex eodem motivo peccaturi; vocales enim ſunt anima, literæ corpus, qui animæ inſidiari non metuunt, tunc ab iis corpori metuendum negas?

Comma vexatiſſimum Pſ. 21. 17. circumdederunt me canes multi: conſilium malignantium obſedit me. *Foderunt manus meas*, & *pedes meos*: dinumeraverunt omnia oſſa mea. Ipſi vero conſideraverunt, & inſpexerunt me: diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem: ultimo loco reſervavi, quod recta ejus intelligentia fuſiorem requirit explicationem. Unde præmitto.

I° Juxta aliquos totus Pſalmus etiam in litera, velut Propheticus, de Chriſto agit, ſecundum alios multa in litera de ipſo Davide intelliguntur, qui typus erat Chriſti, proinde ſenſu Myſtico (h. e. quando res N. Teſtamenti rebus præcedentibus V. Teſtamenti præſignantur.) illa quoque ad Meſſiam pertinent; alia vero etiam ſpectato literali ſenſu ſoli Chriſto conveniunt. Speciatim confixio, & perforatio manuum, ac pedum, quæ Davidi nunquam contigit, in Chriſto peracta fuit, & ad ipſum ſolum pertinet. Commentus equidem eſt rudem fabulam Pagninus, (pag 578.) ut

ut lectionem *chaari*, *ſicut leo* defendat, literam transferens ad Davidem: (dicebat) a perſecutione Saulis per avia, & devia fugienti (pag. 47.) inſtar quadrupedis, ſicuti leonis pedes, & manus perforabantur. Sed vilius iſtud, quam ut confutari mereatur. Pſalmus teſtibus Matthæo C. 27. 35. Marco C. 15. 24. Paulo, & quidem ad Hebræos ſcribente C. 2. 11. & 28. ad Chriſtum pertinet, Theodoro Mopſueſteno, quod aliorſum eum detorqueret, in Gener. Concilio V. ſeu Conſtantinopol. II. propterea damnato. (pag. 68. & 124.)

II° Jeſus Chriſtus in ara crucis totius Mundi peccatis oneratus, dum graviſſimos inter angores dolorum vi poſtremùm oppreſſus opus redemptionis humanæ conſummavit, primis hujus Pſalmi verbis (ut vere 70. ſenes obſcuriſſimum titulum explicant pag. 521.) pro ſuſceptione, ſeu auxilio, & corroboratione mane ocyſſime ferenda ad Patrem confugit: Eli Eli lamma ſabakthani. Ergo Pſalmum ad Chriſtum eſſe referendum extra omnem dubitationis aleam poſitum eſto.

III° Hanc Chriſti patientis circumſtantiam, inter homines in Paleſtina vulgatam, ad notitiam etiam exterorum veniſſe, quam (manuum, ac pedum clavis perforantibus affixionem ad crucem) hoc Pſalmo prædictam ſtatuebant Chriſtiani, quæ ſi hîc non eſt ſignificata, nullibi eſt in V. Tto ſaltem clare, nam Zach. XII. ſatis eſt latus Chriſti fuiſſe transfixum. Ex quo datur intelligi, non tantum caſu, ſed ſtudioſe, & certo conſilio a Judæis locum eſſe depravatum, contra, ac Genebrardus, Bochartus, & alii explicant, qui tamen certam agnoſcunt depravationem. Immo

IV° Vix eſt inter Chriſtianos, qui non fatentur, primigeniam lectionem eſſe ut nos legimus hodie, etiam rigidiſſimi Hebræi textus defenſores conſentiunt. Whitakerus Diſputatione contra Papiſtas (pag. 53.) pag. mihi 151. dicit inter alia *hoc unum poſſe ab illis probabile in fontibus hebraicis corruptelæ indicium inveniri.* Hunnius Æg. fato functus Nicolao, & Ulricho filiis relictis an. 1603. operum in V. Tom. fol. author, cui cum Gretſero, & Tannero lis interceſſit, Lutheranus in Exam. Bellarm. L. 2. de V. D. C. 2. pag. 204. ita reponit: *Quod Judæi in ſuis exemplaribus eraſerunt* cháru, foderunt, *& ſubſtituerunt* chaari, ſicut leo, *id non eſt occultum, ſed conſtat publice, & poſſunt hujus criminis falſi ex propriis ſuis exemplaribus convinci.* Ex Calviniſtis Daniel Chamierus mortuus an. 1621. dicit *hac duriores eſſe Judæorum partes*, eſſe hanc corruptelam tam manifeſtam, ut nemo ferme ſit e Chriſtianis, qui non agnoverit. Panſtr. T. 1. l. 12. C. 12. §. 26. Bochartus Hieroz. part. priori L. 3. C. 6. col. 783. qui lectionem *foderunt* egregie vindicat, (pollon antaxios allon) dicit: *Itaque inſigni fraude abhinc aliquot annorum centuriis to* chaaru *e ſacro textu prorſus exulat, & huic ſubſtitutum to* chaari *marginale.*

Poſtea etiam ex margine in codicibus multis eraſa fuit lectio *chaaru*, unde Pagnini, & Joh. Simonis Halæ edita Biblia in textu habent *chaari, ſicut leo*, in margine nihil. Obſervante Valtono omnem iſtam depravationem fecerunt Judæi ex odio in Chriſtum contra propriam conſcientiam, ut conſtat ex Rabbinorum Salomonis, Abenezræ, Davidis, aliorumque commentariis, apud quos, dum minutiſſima alia perſequuntur, de

chaa-

chaaru nec in margine, nec alibi eſt ulla mentio, quia hanc lectionem, etſi unice veram, æternis tenebris libentiſſime premerent.

Lectio *chaari (ll)* univerſalis, & omnibus impreſſis codicibus in textu communis eſt reddi-

(*ll*) *Cha* valet *ſicut*, chaph enim præpoſitum ſubſtantivo eſt dimjon h. e. ſimilitudinis (pag. 711. lin. 31.) *äri* autem *leo*, ab *ärah* diſcerpſit; al. à *jarë* timuit, quod terribile ſit animal; al. & optime a *räah* vidit, transpoſitis literis, ut Arabice ëſced vulgo, (pag. 815. lin. 23.) ſed quaſi viſu pollens *mubtzir*, (Turc. ärslán) Græc. león, quaſi laon, aut leuſſón h. e. videns, quia eſt *oxyderkeſtaton* h. e acerrimi viſûs. Igitur *cha äri* ſicut leo. Aſt ſi *chaph* ſumatur pro radicali, ſeu litera vocis eſſentialiter conſtitutivâ, & *aleph* habeatur pro mero indice vocalis longæ *kametz*, primo derivari poſſet a *chúr*, verbo *yain vav*, h. e. pro pro media radicali habente *vav*, quæ verba Arabes propter defectum mediæ radicalis vocant *concava*, & *aleph* perpetuo poſt primam radicalem inſerunt, cujus formæ licet pauca, adſunt tamen etiam in Hebræo exempla v. gr. *káam* ſurrexit Oſe. 10. 14. *räamah* exaltata fuit, Zach. 14. 10. *räamóth* excelſa Prov. 30. 7. Et forte ita jam ſec. II. quædam exemplaria *aleph* producendæ vocalis indicio inſertum habuerunt, quia Aquila vertit *éſchynan* h. e. fædarunt, cruentarunt, derivans non a *chur*, quod verbum nec eſt in uſu, & caret exemplo in hac forma, ſed a *chayar*, & *yain*, ac *aleph* permutatis *chäar*, quod in dialectis e. gr. in Thargum Nahum 3. 6. apud Syrum, Arabem, & Rabbinos valet fœdare, deturpare.

Unde lectioni *chäaru*, poſita poſt chaph *aleph* literâ varia MSS. conſentiunt apud Kennicottum, ut vertatur *fædarunt*, vel potius *foderunt;* ſed lectioni quoque alteri *charu*, ſine *alehh* MSS. ſuffragantur; utraque exhibet Geor. Chriſtianus Knappius in Germanica editione Pſalmorum Halæ in 8. an. 1782. in indice variantium lectionum præfationi adnexo pag. XVIII. Reipſa *aleph* abeſſe debet, *charah* ſolum eſt ver-

dita hac ratione, prout ſe ex Joan. Druſio Profeſſore ſuo ſæpius audiviſſe narrat Sixtinus Amama mortuus an. 1629. Hebr. ling. Profeſ. Franecqueræ L. 3. Anti-barbari Biblici: Cum ex fide

verbum uſitatum, non *chur*, ut vero *aleph* verbis *Lamed He* poſt primam radicalem adhæreſcat, eſt ſine exemplo. Itaque David ſcripſit *charu* h. e. foderunt. Sumitur charah velut polyſemum multis aliis ſignificationibus, e. gr. *emi* Oſe. 3. 2. fodi uxorem XV. argenteis, h. e. emi, comparavi mihi ſponſam. Hinc Theodorus Mopſueſtenus, aliique Judæis frigidam affundentes ad metaphoram confugiunt, exponentes *perſcrutati ſunt*, ut prophetiam a Chriſto removeant. Dum varias Abſalonis perſecutiones fugeret David, inimici omnes actiones, & greſſus ejus perſcrutati ſunt. Expoſuerunt quidam: Quam facile ævo illo lectionem *ſicut leo* in rem ſuam converſuri erant, ſi iis de ea quidpiam innotuiſſet!

Jam ita: De *aleph* minus ſoliciti, etiamſi jam ſec. 2. fuerit inſertum indicio vocalis longæ in quibusdam exemplaribus, finalis tamen literæ *Vav* in *jod* decurtatio Judaicæ proterviæ, & ſequiori ævo debetur: tanto majori temeritati tribuitur lectionis *chäaru* in marginem, *chäari* in textum poſitio. Tempus novimus: nam in Maſora textuali ad hunc Pſ. 22. 17. exſerte notatur: *chäaru chethibh* h. e. loco chäari, quod habetur in margine, in ipſo textu ſcriptum eſſe chäaru; ergo quia Maſora hæc juxta communem ſententiam ſec. poſt Chriſtum ſexto conſcripta eſt, tunc adhuc textualis lectio fuit *foderunt*. Adnotabatur quidem a ſenioribus Rabbinis *in margine* etiam lectio chäari, ſed adjecta cautela, & criſi: non poſſe verti *ſicut leo*, ſed alio quodam ſenſu explicandam venire. Nempe teſtatum volunt Maſorethæ ad Num. C. 24. v. 9. chäari cum *kametz* bis occurrere, ſed variante ſignificatione, *bis* nempe Pſ. 22. 17. & Iſai. 38. 13. atqui poſteriore loco evidens eſt, & opportuniſſimum accipi ſignificatione *ſicut leo: ſicut leo, ſic franget omnia oſſa mea* ubi cum abſque ullo dubio, & contradictione propriam ſignificationem *ſicut leo*

de MSS. liqueret lectionem *chaaru* eſſe originariam, famoſus Bibliopola, & typographus Venetianus Daniel Bombergius, qui an. 1511. Hebraic. an. 1525. Rabbinicorum Bibliorum, & Thal-

leo obtineat, neceſſario juxta ipſos Magiſtros veteres Pſ. 22. 17. aliam ſignificationem habebit, quod invictum eſt contra Judæos argumentum „ verba ſunt celeberrimi defenſoris Hebraicæ veritatis Joan. Buxtorfii in Clave Maſoræ pag. 214.

Ut nihilominus dilectum ſuum *chaari* nuperi quidam authores protegant, heu quas non nugas, quas non fingunt anomalias vere anemólia bazontes. *Chäare* in ſtatu connſtructo *fodientes* loco chaarim, Altingus Grammat. ſuæ pag. 128. ſect. V. de Nomine chaarim omiſſo *mem*, aleph immiſſo, ut a *chari* 2. Reg. 11. 4. & 19. *Primores* differret. Melius Simeon Muis, qui Hebraici textus defenſorem ex Catholicis ſe præſtitit, & lectiones codicis Hebræi, quamvis a fide archetypi devias in pias, & Chriſtianæ fidei congruentes ſententias explicuit, unicum hunc locum in manifeſto mendo cubare agnovit. Merito, quia totus orbis hic verbum legit, cum *vav*, adeoque tertiam perſonam præteriti perfecti pluralis. *Alexandrini*, *Syrus*, quem verſionem ſuam immediate de Hebræo hauſiſſe nemo eſt, qui neſciat, *Hieronymus*, qui palam edicit ſe nihil duntaxat ſententiæ de Hebraica veritate mutaſſe, *Aquila*, *Arabs*, *Æthiops* conſentienter reddunt in ſua quisque lingua *órykſan*, *bazeyu* (pag. 144.) quo verbo Syrus ad exprimendam perforationem, & transfixionem Num. 25. 8. 2. Reg. 18. 21. & Iſai. 36. 6. uti etiam Onkelos, utitur. *Fixerunt*, nempe cruci, ſive crucifixerunt. *Eſchynan; Tſakabú* per literam thau tribus ſuperne punctis inſignitam, quod profertur fere ut *s* Latinum a plerisque, quod apud Schindlerum pag. 1981. apud Edm. Caſtellum Tom. II. pag. 3925. valet perforare; atque ubi Exod. 21. 6. legitur: Dominus aurem ſervi ſui *perforabit* hoc verbo *tsakaba* Arabs reddit. *Kanava* Æth. &c.

Una

braicis codicibus ſine mendo imprimendis præfuit, ſecus effecturum ſe minitans, ut ne unum quidem exemplar a ſuis ematur. En quomodo uno vitioſa impreſſione errorem committente errant univerſi ſequentes ordine longo!

Reſtat ut confiteantur omnes *charu*, aut quod admitti poteſt, *chäaru* ſolam eſſe nativam lectionem in ſignificatione verbali *foderunt*, vel *cruentarunt*, quia hanc ſolam viderunt veteres, 70. Syrus, Aquila, contentioſus ille Chriſtianæ veritatis inimicus, qui licet multa Salvatoris myſteria ſubdola interpretatione celavit, hîc in verſione ſua immutare nihil eſt auſus: Hieronymus, & omnes alii. Hanc hodiedum plurima præmonſtrant MSSta etiam apud Andradium Defens. Trid. L. 4. Galatinum L. 8. C. 17. Joan. Iſaacum L. 2. contra Lindanum, ipſum Rabbinum Ben Chajim Maſoræ Majoris, Paraphraſeos Chaldaicæ, & Commen-

Advertere debebat progenies adultera, (1) Patres ſuos *äthnachh* h. e. pauſæ, & *reſpirii* ſignum ſub verbo *hikkiphuni* h. e. circumdederunt *me* poſuiſſe, ut ſenſum certo limite munirent, prohiberentque, ne verbum hoc jungatur ſequentibus, namque accentu *äthnachh* velut duobus Latinorum punctis clauditur prior propoſitio, ut neqneat ejus verbum ſervire ſequentibus. (2) Circumdederunt *mihi* manus meas non hikkiphuni, ſed hikkiphu *li* fuiſſe dicendum. (3) Etiam Rabbinicam punctationem poſcere *chaph* radicale, ſecus, niſi *He* articuli excluſum ſit, (quod hic non fit) *chaph* ſervile ſub ſe pathachh habere debet, non kametz. (4) Singula membra ſuum habere verbum; ergo & hoc. Tum demum apte cohærebunt omnia. (5) Conjunctioni utriusque membri, ut exinde lectio *ſicut leo* defendatur, ipſam leonis naturam repugnare, qui non ſolet prædam cingere, & nominatim pedibus, manibusque hominum inſidiari, ſed directe irruit, & aggreditur.

mentariorum Rabbinicorum Venetiis ſec. XVI. collectorem, qui teſtatur ſe in correctis exemplaribus inveniſſe in textu chaaru. Hanc lectionem poſcunt non tantum antecedentia, ſed etiam conſequentia: *dinumeraverunt omnia oſſa mea* &c. ubi forte in hod. Hebræo pariter eſt aliquid mutatum, quia *vav* ſublato legitur loco *jeſapperu*, in prima perſona ſingulari *numerabo*, h. e. ut explicant, numerare poſſem; 70. *exérithméſan* verterunt, ſeu *dinumeraverunt*, quia ita legerunt, & contextus poſcit pluralem, etiam in hod. Hebræo *jabbitu*, *jiru*, *jechhalleku*, h. e. *conſideraverunt*, *inſpexerunt*, *diviſerunt* ſibi veſtimenta mea. Etiam Syrus pluralis numeri tertiam perſonam legit, licet daleth loco reſch conſpexerit *jiſpedu* h. e. *feriebant*, concuſſerunt omnia oſſa mea: vel notione plangendi, ſicut græce kopſaſthæ, ululaverunt, percuſſa, & locis emota ſuis crepuerunt omnia oſſa mea.

Juſtinus Martyr diſputans adverſus Tryphonem minores Judæis exprobrat depravationes, quod non minus faciunt Tertull. Cypr. Athan. Chryſoſtomus, ſed in Pſalmi hujus verſu 17° diſcrepantiæ a recepta lectione *foderunt* ne veſtigium quidem obſervant; variant in verſione, Cyprianus *effoderunt*, Tertullianus præter *foderunt*, ter legit L. contra Judæos C. 1. & 10. & 13. *exterminaverunt*, quaſi ex græco *exoriſan*, loco óryxan, ſeu exoryxan; ſed nullius unquam meminerunt, qui hîc *ante Maſorethas*, ſeu ante ſec. VI. contra lectionem verbalis ſignificationis *foderunt* aliquid novaſſet. Sed & ipſi Maſorethæ laudem merentur, dum ſolicite monent, *chaari*, quod in nonnullis codicibus forte deprehenderunt, a prædeceſſoribus caſu, aut ſtudio

dio depravatum, ſubſtantive, ſeu *ſicut leo* non ſignificare.

Eodem verbo *charah* loquens de Meſſia David etiam alibi utitur Pſ. 39. 7. O Pater! ſacrificia V. T^ti^ jam noluiſti, ego ipſe veni, ut pro populo victima cadam, *aures autem perfeciſti* h. e. ad obedientiam tibi præſtandam, & docilitatem aptaſti *mihi;* quia *in capite libri*, h. e. in Scra. S. ſtatim initio Geneſis C. 3. 15. (dicunt pauci) melius: in ſumma libri ſacri, *ſummatim* in libro ſeu *Scra. S. Scriptum eſt de me*, ideo me veniſſe in Mundum, hocque meum eſſe officium, *ut facerem voluntatem tuam.* 70. ponunt *en kephalidi bibliu*, kephalis ſumma eſt, ſummaria comprehenſio, quaſi dicant ſenes iſti: Sumarium doctrinæ V. T^ti^ ſcriptum eſt de me, me reſpicit, & huc redit, ut ego redempturus populum exequar decretum tuum.

Optime: *kephalis* eſt baculus *voluminis*, ſeu libri olim convolvi ſoliti more mapparum Geometricarum apud nos, ſed apud 70. capitur, velut parte pro toto ſumpta, ſimpliciter pro libro, indicante in h. l. Calmeto, & æquipollet Hebraico *megillah* h. e. volumen, unde *en kephalidi bibliu*, & Hebraicum *bimgillath ſephær* idem ſonant, & reciprocantur; reddendum nude *In volumne*, ſeu libro V. T^ti^ h. e. in Scra. S. ſcriptum eſt de me: vel in libro tuorum o Pater! decretorum.

Jam ad rem propius: *aures autem perfeciſti mihi:* 70. transferunt: ſóma de katértisó moi: h. e. *corpus autem* per aſſumptionem naturæ humanæ per te, ut a me fiat, ab æterno decretam *adaptaſti mihi*, quod ſcribens ad Hebræos Apoſtolus C. 10. 5. totidem verbis Seniorum ad-

ducit, relicta ſibi, atque ad Synagogam relegata Hebræa lectione, quæ eſt: *oznaim charitha li*, h. e. aures perforaſti mihi, vel quia charah valet etiam *præparare* 4. Reg. 6. 22. verti poteſt *aptaſti*, ut idem ſit, ac pathachhtha, ſeu aperuiſti Job. 33. 16. Iſai. 50. 5. idoneas percipiendis practice mandatis tuis, atque accomodas feciſti.

Vulgo alluſio putatur ad morem Exo. 21. 6. & Deut. 15. 17. quo dominus ſervo in ſignum ſubjectionis, & exercendæ in eum ſuæ in perpetuum poteſtatis aurem ſubula pertundere, ſeu perforare jubetur; dicit itaque Meſſias, Patrem more mox dicto aures ipſius ſubula perforaſſe, quo ſubjectum ſibi, atque obedientem ſignificaret, & ſuis obſequiis mancipatum notaret. Sed quia illud ſubjectionis, & obſequii ſymbolum Exo. 21. 6. non verbo *charah*, ſed peculiari *ratzay* in Hebræo exprimitur, & inde ſubula illa ſymbolica *martzeya* dicitur, præterea *ozno* h. e. una tantum auris perforanda præcipitur, Morinus, Houbigantius, & quidam alii Hebræum textum etiam hic exiſtimant variatum, & lectioni 70. authoritate Apoſtoli ad Judæos ſcribentis confirmatæ, proinde tutiſſimæ adhærent: „Et fortaſſe in textu Hebraico antiquo, quem habuerunt 70., erat vox aliqua, quæ corpus (hoc foret *gevijah*, aut guph) ſignificaret„ ait Bellarminus.

Dicunt igitur loco *charitha*, fodiſti: ſtetiſſe in archetypo *baratha*, (alternante *he* cum *aleph* baritha) creaſti, ſeu formaſti, loco *oznaim gevijah*, corpus: corpus autem formaſti mihi; *beth* ſimillima litera *chaph* deſcriptor ex oſcitantia permutaverit, ſcripſeritque *charitha*, lectores dum tempore progrediente iſtud: *corpus perforaſti mihi*, incommodum ſenſum reddere ipſis videretur.

tur, ex adverſo de more eſſet deſtinatis ad perpetua obſequia ſervis *aures* perforare, loco *gevijah*, h. e. corpus, *oznaim* h. e. aures poſuerunt.

Nec deſunt, qui arguant, *ſòma* h. e. corpus apud 70. pro perſona ſervili, ſeu mancipio uſurpari, ut in trito illo: ſómata polla trephein, kæ dómata poll' anegeirein, atrapos eis penién eſtin etoimotate: h. e. ædificare domos, & corpora (domeſticorum famulorum) paſcere multa, ad paupertatem proximus eſt aditus. Loco *moi* porfuiſſe *me ſoi*, famulum me tibi aptaſti.

Sed ut redeat illuc, unde deflexit, oratio. Si Judæi reciperent vocis *chäari*, aut *chäare* excogitatas ingenioſe magis, quam ſolide interpretationes, puta: quod ſit in ſtatu conſtructo participii activi *Benoni: fodientes*, aut in infinitivo *piyel* cum ſuffixo primæ perſonæ *jod*: concilium malignantium obſedit me *fodiendo* mihi manus meas. Aut ſi marginalem multarum editionum lectionem *chäaru* præferrent, quod nos, illosque diſterminet, nihil eſſet. Verum ubi vocem *chäari* admiſerimus, adverſus Judæos proficiemus nihil; quin & noſtra confeſſione præclare ſecum agi putabunt, argumentis noſtris, & interpretatione neglectis.

Eſt itaque vetus lectio *chäaru* retinenda, corruptusque ab iis textus demonſtrandus, (inquit Calmetus in diſſert. in h. l. Pſalmis præfixa) nec Adverſariis ullo temperamento quidquam eſt indulgendum, quia in rebus religionis mediam viam tenere non tutum eſt conſilium, ſæpiusque contingit, ut nulli parti ſatisfiat. Judæi *vav* finale averſantur propter rem ſignificatam, unde conceſſa lectione *chaari* in æternum *ſicut leo*, nunquam *fodientes* ſunt redditurí, neque

enim a nomine abhorrent, ſed a ſignificatione. Nihil reſtat, niſi ut erroto veniam petant, reddantque *chaaru*, quod nativum eſſe vetuſta docet ſinceritas; agnoſcant ſe hucdum mala fide arguiſſe contra vetuſtatem, a qua prænunciatæ olim veritatis fidem habemus, deſinant illata in textum facinoroſa manu lectione *chaari* verum fontem evertere. Rejiciatur ergo miranda potius, quam probanda Cl. Monſperger Par. II. pag. 17. aſſertio, lectionem chäari non abludere a ſynapheia, & nexu antecedentium, & conſequentium, cum v. 14. leonis ſit mentio. Dixiſſet melius: cum leoninus hoſtium furor jam prius v. 14. fuerit narratus, eum v. 17. non amplius repeti, ſed novum quid inſinuari. Exulet a nobis etiam Leusdenii, Pfeiſſeri, Altingi omnis coacta, & violenta vocis chaari in rectum ſenſum interpretatio, reſtituatur, ſicut præſtitit Cardinalis Ximenes in Polyglottis Complutenſibus, (pag. 156.) vera in textum lectio chäaru, ſeu potius, *chaaru*, ex fide MSStorum. Ut eam denuo habeamus lectionem, quam antiquitas omnis ſolam, atque unicam novit.

Ut dictis compendium faciam, ad firmandam, *(mm)* atque illuſtrandam ſententiæ meæ ve-

(*mm*) *Textus Archetypus.*	*Textus hodiernus corruptus.*
Pſ. IV. 3. Filii hominum usquequo *gravi corde? ut quid* diligitis vanitatem? *Chebhude leb? lammah* h. e. gravati corde, ut quid &c.	Filii hominum usquequo *gloria mea in ignominiam* erit, vel deducetur a vobis? ſubaudiri ajunt. *chebhodi lichlima* (pag. 14. lin. 5. & 733. lin. 15.)
Pſ. V. 10. Quoniam non eſt in ore *eorum* veritas, cor	Quoniam non eſt in ore *ejus* veritas, cor *eorum* vanum

veritatem multum profuerit, aliquam erratorum ſeriem, quibus hodiernus Maſoretharum textus,

 jam

cor *eorum* vanum eſt. Hebr. chi ën bepi*hæm* nechonah, kir*bam* havvoth. *Nechonah* quaſi ſubaudi præpoſitum *ëmeth*, valet proin idem, ac veritas. Collat. Job. 42. 7. ubi 70. aléthes. Deut. 13. 4. Gen. 4.

num eſt. Chi ën bepi*hu* nechonah, kirb*am* havvoth. Ajunt *in ore uniuscujusque eorum:* ſed nempe hoc in textu fuiſſe 70. Syr. Chaldæus, & omnis ſequentium verſuum contextio oſtendunt. *Nechonah* a *chûn* aptare, (pag. 824. lin 11.) in niphyal *nachon* rectum, firmum, ſtabile, *verum*, præparatum.

Pſ. X. 10. Intellige ſupputatione Hebraica unitate præcedendo, quia Hebræi Pſalmum nonum verſu XXI. abſolvunt, & verſu nobis XXII. *Ut quid Domine receſſiſti longe? deſpicis in opportunitatibus in tribulatione* Pſ. X. inchoant; proinde nobis Pſ. IX. 33. In laqueo ſuo *humiliabit eum* Hebr. jidchæh, vel jedachchehu. Pſ. 72. 8. & 94. 9. juxta 70. & Syrum.

Pſ. X. 10. Iſtud de citatione Hebraica hic ſemel inſinuatum ſemper intellige; nos in Latino unitate dempta numeramus. (pag. 133.) *dachah* contrivit, attrivit. Hebr. hod. voces *in laqueo ſuo* refert ad priora, & *dachah* legit in imperativo II. perſonæ *vidcheh*, quaſi vedeche, *& conteras.*

Pſ. XI. 1. Transmigra in montem *ſicut* paſſer. nudi har *chemo* tzippor, vel *che* tzippor. tzippor in genere quamcunque denotat avem minoris ſpeciei potiſſimum.

Transmigra in montem *veſtrum* paſſer. nudi har*chæm* tzippor. (pag. 125. lin. 6.) Ex tzippor transpoſitis literis derivant Latiale *paſſer*, quaſi ex *ſipor* paſor, dein paſſer.

Pſ. XII. 8. Tu Domine ſervabis *nos*. Hebr. tiſchmer-*ennu*; ſequitur immediate titztzer-*ennu*, & cuſtodies nos.

Tu Domine ſervabis *eos*, vel *ea*, ut explicant, ajunt enim *eloquia*, quod præceſſit, ſubintelligi. Aſt in antiſtrophe manſit titztzer-*ennu*, cuſtodies nos.

Pſ.

jam ab annis plus minus mille ducentis onuſtus, ad nos defluit, e Pſalmis duntaxat, qui uſu ipſo

---

Pſ. XIV. 4. Nonne *cognoſcent* omnes, qui operantur iniquitatem. Ita Pſ. XIII. 8. nobis 70. & Symmachus. Hebr. *jedeyu.*

Pſ. XIV. 4. Nonne *cognoverunt* omnes, qui operantur iniquitatem. Hebr. *jadeyu.*

Pſ. XV. 3. Qui jurat *proximo ſuo*, & non decipit, ille habitabit in tabernaculo Altiſſimi. (pag. 637.) Heb. *lehareya.* Ita 70. Syrus, & Symmachus.

Pſ. XV. 3. Qui jurat *ad maleſaciendum*, & tamen ſervat. Hebr. niſchbay *leharay.* contra contextum *lereyehu*, ſeu non fecit *proximo ſuo* malum, nec opprobrium *yal kerobo*, h. e. *proximo ſuo.*

Pſ. XVI. 3. *Dixi* Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum *meorum* non eges. Hebr. *ämarthi* in I. perſona: ego dixi: teſtibus 70. Hieronymo, & aliis veteribus. Sequitur: *Sanctis, qui ſunt in terra ejus, mirificavit* h. e. benevolentiæ, ac beneplaciti ſui ſigna mirabiliter, ac magnifice complevit in eis; homines ſanctos, qui ſunt in terra, vel qui hanc incolunt regionem, participes fecit (Deus) bonorum, quæ ego iis benevolo affectu deſideravi: *omnes voluntates meas in eis.* Hebr. *hemmah jaädir*, ipſi ſunt, in quibus *magnificavit*, ſeu ut 70. ethaumaſtóſe, h. e. mirificavit *ehol chhaphtzi bam*, omnem voluntatem (pag. 791. lin. 21.) meam in eis.

Pſ. XVI. *Dixiſti*: (tu in fœm. genere) Hebr. *ämarth;* ajunt ſubaudiri *naphſchi*, o anima mea! quaſi David animam ſuam alloqueretur. Sed repugnante ſenſu, excidente *jod* finali manifeſtus eſt error. ſequitur: *ipſi, & magnifici*, vel magnificis *omnis voluntas* (delectatio) *mea in eis.* Alii vertunt: *& inclyti*, omnis voluntas mea in eis. Interpretantur: quoad ſanctos, qui in hac regione ſunt, omnis voluntas mea (delectamentum) in eis eſt. Hebr. *veädire*, in ſtatu connexionis cum alio, ſeu ut loqui ſolent Grammatici, *in ſtatu conſtructo*, loco *ädirim*, h. e. magnifici. Sed ſi 70. legiſſent *ve addire*, non potuiſſent vertere *mirificavit*, niſi imperitiſ-

Pſ.

ſo cuivis notiores ſunt, lectori ob oculos ponere. Utar potiſſimum trium præcipuarum verſio-
Sss 4 num

Pſ. XVII. 4. Igne me examinaſti o Deus! *& non eſt inventa in me iniquitas:* Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras. Hebr. *bal thimtzä zimmathi*, & *non* invenis, ſeu *inveniſti* cogitationem malam, ſeu iniquitatem meam, ſeu quæſit in me. Facile etiam verſu 12. mutatum eſt illud *dimjono*, h. e. ſimilitudo ejus, loco *dimmu-ni*, ſucciderunt me, ſeu ſuſceperunt ad ſuccidendum, ſive perdendum.

Pſ. XVIII. collatus cum altero exemplari II. Sam. XXII. 1. diſpar in multis invenitur.

Pſ. XIX. 5. Non eſt ulla lingva, qua non intelligeretur vox naturæ, qua ſapientiam, & omnipotentiam Dei ipſa nobis ex rebus viſibilibus annunciat, omni ſermone, in omni loco auditur, non ut vox Prophetarum tantum ab Hebræis, & Hebraica lingva. In omnem terram exivit *kol-am*, ſonus eorum.

Ver-

tiſſimi fuiſſent, ait Bellarminus.

Pſ. XVII. 4. Hebr. tzaraphtha-ni: bal thimtzä: zammóthi: bal jayabar pi'. h. e. conflaſti me: (velut in fornace igne purgantur, metalla) non invenies: cogitavi: non transibit os meum. Quæ verba nullum ſenſum facere videntur.

Pſ. XVIII. & II. Sam. XXII. 1. alterutrum exemplar injuria temporis, & ſcribentium feſtinatio in pluribus fecit exerrare.

Pſ. XIX. 5. In omnem terram exivit *linea*, delineatio, amuſſis, ambitus, peripheria, ædificium (& quid non aliud?) eorum. *kavvam*. Tandem *filum* interpretari cognntur h. e. inſtrumentum muſicum, & per metonymiam *ſonus*. (pag. 989.) verſu 14. *he exciderit*. Volunt eſſe primam perſ. fut. quaſi *äthón*, vel *aththam*, per pathachh, ſeu

num authoritate, dum ex iis ſanando hodierni textus vulneri medicinam parari poſſe obſervave-

Verſu 14. tunc ſi ſuperbi h. e. impii in me non fuerint dominati, (pag. 679.) ſi conſequenter ego impiis non fuero obſecutus, immaculatus ero. Hebr. *æhjæh tam.* Fruſtra laborant interpretes in explicando, cum *ë tham* in hod. textu aperte mendoſum ſit, ait Franciſcus Hare.

Pſ. XX. 10. Domine ſalvum fac Regem: & *exaudi* nos in die, qua invocaverimus te. Hebr. *vayanenu* cum 70. & Chaldæo, ſicut ſtropha præcedens exigit.

Pſ. XXII. 30. nobis 21. 33. *Et anima mea illi vivet;* in Dei obſequium mea ſe dedicabit perſona, *& ſemen meum* mea poſteritas *ſerviet ipſi.* Ita 70. Syrus, 5, 6, & 7. editio Hexaplaris. *lo* cum *vav* ei: *ve naphſchi lo jichhjæh.* Bellarminus in h. l. „Cum Hebraica lectio (hodierna) nihil plane ſignificet, non videtur poſſe dubitari, quin textus Hebraicus ſit corruptus vitio librariorum.„ Verſu IX. *ſperavit* (Meſſias) in Domino, eripiat eum, (ille Dominus Pater) ſalvum faciat eum, quoniam vult (h. e. diligit) eum. Pſalmus evidentiſſime agit de Meſſia, Matth. 27. 39. Hie-

ſeu per kametz cum äthnach, *ä thamam*, integer fuit, perfectus, vel deſtructus, conſummatus, Cur non *ë'tham* pupillus, orphanus ero? jatham.

Pſ. XX. 10. Domine ſalvum fac (*hoſchiya* in imperat.) Regem, *exaudiet nos* in die invocare nos: vav in jod detritum eſt, forte erat *vajjayanenu*, ut 70. cum vav, & jod.

Pſ. XXII. 30. *Et anima ejus non vivet.* Hebr. ve naphſcho lo jichhvæh. lo cum aleph, h. e. non. Chaldæus: & animam impii non vivificabit. Hieronymus perinde habuit in codice ſuo *lo* cum aleph. Alii vertunt: & animam ſuam non vivificabit; al. & animam meam ſibi vivificabit. Calmetus in h. l. *verbis hiſce nullus aptus ſenſus redditur.* Verſu IX. gol äl jahvo: *volve* ad Dominum, nempe curam tui projice in eum, ei te committe. Collat. phraſi Pſ. 37. 5. Inepta eſt hod. Hebraica punctatio, *gal*, non *gol* debet eſſe, præteritum, non imperativus.

Ver-

vero: *Alexandrinæ*, quæ apud Chriſtianos præcipuo loco ſemper habebatur, cui *Hieronymianam*,

Sss 5 ubi

Hieronymus vertit *confugit* ad Dominum.

Verſu 17. *foderunt* manus meas &c. Juxta quosdam ad explendam metri menſuram, & ſeriem fuerit verſu I. quod 70. ferunt *reſpice in me.* (pag. 190.) (nam etiam alibi additur) verbo *natah* inclinavit ſe, vel aures, ſeu intendit audiendis precibus. Pſ. 40. 2. expectans expectavi, *& intendit mihi*, vajjet élaj.

Pſ. XXV. 18. cum Pſalmus ſit alphabeticus, ſi bene membra omnia diſponerentur, deberet per *koph* inchoari, fors *karâthi* clamavi huc ſpectat. Pſ. 25. 14. *firmamentum: jeſod &c.*

Pſ. XXVII. 13. credo videre bona Domini in terra viventium. Heb. *Haamanthi poſito aleph* poſt primam literam *he*, *liroth* poſito rurſus aleph poſt reſch, quia radices ſunt äman, & raäh, *be tûbh jahvo beæretz chhajjim.* v. 9. nobis 15. Pſalmi 26. Deus adjutor meus *eſto*, ne derelinquas me. Hebr. loco *eſto* h. e. *hejeh* habetur *hajîtha*, ſeu *fuiſti.*

Pſ.

Verſu 17. *ſicut leo* manus meæ. (pag. 992.) Alii dicunt 70. ad augendam ſignificationem, & majorem emphaſim de ſuo addidiſſe. ſi fuit in textu, debebat eſſe *hatteh ēlaj*, inclina ad me nempe oznæcha, ſeu aures tuas. uti Pſ. 31. 4.

Pſ. XXV. verſus II. in *bach*, ſeu: in te ſperavi (batachhthi) debet inchoari. pro *vav* ex verſu IX. *velammedeni* & doce me adhibendum &c. (pag. 975.) Pſ. 25. 14. *ſecretum: ſod* eſt Deus cultoribus ſuis.

Pſ. XXVII. 13. Amœnam hanc, & ſpei plenam ſententiam fere in nihilum redigit vox huc minime quadrans *lûle*, quæ valet *forſitan*, quippe dubitantis. Sed meliore jure nos dubitamus, an huc ſpectet, Rabbini eam, velut magicis notis, tribus ſuperne punctis ſignaverunt. Veroſimilius tamquam ſubreptitia, & hic inſtar bliĉtri nihil ſignificans particula ejici debet; vertunt aliqui addendo aliud: forſitan defe-

ciſ-

ubi conſentit, oportet adjungere: (pag. 212. 401.) *Syriacæ*, quæ immediate ex Hebræo ſub tempo-

ciſſem, vel ſuccubuiſſem; alii: defeciſſem, niſi credidiſſem.

Pſ. XXVIII. 8. nobis 27. 11. Dominus fortitudo *plebis ſuæ*. h. e. leyammo; juxta Hier. 70. & Syrum.

P. XXVIII. 8. Dominus fortitudo *eis* h. e. lamo, loco lahem more Poëtarum, *yain* excidit.

Pſ. XXX. 13. ut cantet tibi gloria *mea*, h. e. *chebhod-i*.

Pſ. XXX. 13. ut cantet tibi gloria, h. e. *chebhod*, jod excidit.

Pſ. XXXI. 7. *odiſti* obſervantes vanitates ſupervacue, h. e. gratis, fruſtra, ſine emolumento obſervantes res vanas. Hebr. *ſcanëtha;* mutatio facta eſt poſt tempora S. Hier. ait Bellar. Verſu XI. infirmata eſt *in paupertate*, vel in afflictione virtus mea: meæ vires debilitatæ ſunt. *beyoni* cum Syro, & 70.

Pſ. XXXI. 7. *odi*, ſeu more flexionis in Pſalmis *odivi* h. e. ſcanëthi. Jod a Maſorethis appoſitum ex authoritate 70. Syri, Hieronymi, & oppoſitione verſus ſequentis ejici debet, verſu XI. infirmata eſt *propter iniquitatem*, vel in iniquitate virtus mea. *beyavoni*.

Pſ. XXXII. 7. Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me; *exultatio mea erue me a circumdantibus me*. Hebr. *ronni* exultare meum, a ranan *palleteni miſſóbebæ'ni*. palleteni imperat. fac me evadere, ſeu erue me.

Pſ. XXXII. 7. - - - loco *exultatio mea* &c. *clamoribus liberandi circumdabis me*. Hebr. *ronné pallet theſóbebeni*. *ronnim* cantica, clamores, in ſtatu Conſt. ronne. ſed jod eſt ſuffixum primæ perſonæ. o Deus, qui es objectum exultationis meæ, ſeu de quo exulto.

Pſ. XXXIII. 7. congregans (utrem, ſeu, in utrem) *ſicut in utre* aquas maris. chones channod mé hajjam. *vod* inſerto poſt *nun* alep, aut

Pſ. XXXIII. 7. congregans *ſicut acervum* aquas maris. *channed*, per *tzere* ſub nun, ſine aleph.

Pſ.

pora Apoſtolicæ prædicationis facta creditur: (pag. 143.) & *Chaldaicæ*, quam Judæi non ſecus,

aut vav, *uter*, ſaccus pelliceus, quo liquores, aqua, vinum, oleum deferri ſolent in Oriente. Veteres quia utrem reddunt, *nod* legiſſe perſpicuum eſt, (pag. 635. l. 27.) & arida ſolent in acervum, liquida in utrem colligi, ſeu reponi. Confer Pſ. nobis 77. 13.

Pſ. XXXIV. 18. clamaverunt *juſti*, & Dominus exaudivit eos. *Juſti* tanto magis huc ſpectat, quod, cum Pſalmus ſit acroſtichus, tzade loco conveniat. De Verſ. 5. & 6. obſerva pag. 975. *vav* totum deficit, inquit Franc. Hare; ſuntque lacunæ omnibus, quæ ſuperſunt, verſionibus antiquiores.

Pſ. XXXV. 15. nobis 34. 18. congregata ſunt ſuper me *flagella*, & ego ignoravi. præceſſit *adverſum me* lætati ſunt, *betzalyi* ſcamechhu, quaſi contra latus meum, *tzelay* latus, inclinatio, vel claudicatio: hinc aliqui: in claudicatione mea, ſeu lapſu, infortunio, lætati ſunt. *machchim* flagella, plagæ, percuſſiones, vel percuſſores.

Pſ.

Pſ. XXXIV. 18. poſt clamaverunt, vel initio verſus *juſti*: tzaddikim tzayaku: ex fide 70. Syr. Chald. addi debet, quod omnes concedunt ſubintelligi. Verſ. 5. & 6. aliquid pariter deeſſe non pauci cenſent: accedite ad eum, & illuminamini. *nahar* lucidum eſſe, Chaldaica notione, & Syr. Job. 3. 4. metaph. lætari, al. *fluere*, ideo loco illuminamini Hier. vertit: *confluite*.

Pſ. XXXV. 15. congregati ſunt contra me *claudi*, percuſſi, debiles. vel juxta al. plebei, viles. 2. Sam. 4. 4. & 2. Reg. 8. 29. Hebr. nechim, loco *nun* debet poni mem, quia ſic habent 70. Symm. Syr. Chald. Hieronymus.

Pſ.

eus, ac Chriſtiani Vulgatam, pro norma lectionum ſuarum habuerunt. (pag. 135. l. 20.) Porro

Pſ. XXXVI. 2. Dixit injuſtus, ut delinquat *in ſemet ipſo:* non eſt timor Dei ante oculos ejus. In ſemet ipſo ſeu in ſuo corde. be kæræb libbo, vav non jod.

Pſ. XXXVI. 2. dictum. prævaricationis impii in corde *meo.* be kæræb libbi. contra 70. Syrum, & Hier. Aliqui addendum putant ante *non eſt timor* &c. *non non eſt Deus.* locum in mendo cubare nemo non videt, ait Calmetus.

Pſ. XLI. 9. Verbum iniquum conſtituerunt adverſum *me*: Hebr.. *bi* jatzikn. a jatzak, effudit, vel roboravit, ut Job. 11. 15. & & 38. 38. ac 41. 15. aut ſtatuit, poſuit 1. Sam. 14. 5. Job. 20. 15. & 37. 17.

Pſ. XLI. 9. Verbum beliyal h. e. iniquum effuſum eſt in *eum* Hebr. bo. jatzuk. *tzuk* premere, arctare. Vicinum Hung. tsukni.

Pſ. XXXVII. 28. *Injuſti punientur*, & ſemen impiorum peribit: juſti autem hæreditabunt terram. Sancti, vel *juſti* in æternum conſervabuntur. Aliqui loco *juſti* tzaddikim, *yanavim manſveti* cenſent reponendum, dum, ſicut verſu 11. Bellarm. non dubitat de hod. Hebr. textûs defectu, Calmetus ſic loquitur: Non temere credimus mancum eſſe hoc loco Hebræum, nam litera *yain*, cui ex Alphabeti ordine debetur hic locus, deſideratur, aſt ſubſtitutis duabus Hebræis vocibus, quas 70. reddiderunt, (anomoi ekdikéthéſontæ, impii vindicabuntur

Pſ. XXXVII. *Injuſti punientur* deeſt, cum tamen ſit Pſalmus Alphabeticus, in ordine *yain* deficit, *injuſti* porro *yævilim* dicuntur; yævilim jeyünneſchu, vel aliud ſimile; aut *niſchmeru* cuſtodiuntur, ſervantur ad pœnam. Alii dicunt *yain* latere in *leyolam*, lamed enim & omitti poſſe, ut Latine punientur, vel in contraria ſignificatione conſervabuntur æternum loco in æternum; cum enim *lamed* mere præfixum ſit ordini Alphabetico non obſtare. Neceſſe eſt, hanc curruptionem jam primis æræ Chriſtianæ ſeculis apud multos obtinuiſſe, cum apud Hier.

ro ſi ex textibus hic adducendis hi, aut illi a nonnullis erroris ſuſpicione abſolvuntur, ſuperſunt

tur) ſuppletur, quod deeſt, ac locus impletur.

Pſ. XLIV. 5. *Tu es* ipſe Rex meus, & Deus meus, *qui mandas* (promiſſis firmas, & ſtabilis) ſalutes Jaacob. Hebr. Malchi Ælohaj metzavvæh.

Pſ. XLVIII. 15. Ipſe reget nos *yalamoth* ſeu yal yalamoth h. e. *in ſecula.*

Pſ. XLIX. 9. Frater non redimit, (neque) redimet homo, proximus proximum liberare omnino non poteſt, nec unus homo poteſt pro altero lytrum redemptionis animæ *ſuæ* offerre. (ſed ſolus Meſſias) v. 12. *ſepulcra* eorum domus illorum, h. e. in æternum delitefcent, fordeſcent in *ſepulcris* ſuis, etiam terris *ſuis* (ädamotham cum 70. & Theod.) ſua indiderunt nomina, poſſeſſas a ſe provincias nominibus ſuis præpotentes, & divites illi vocitari fecerunt; Ita homo cum in honore eſſet, intelligenda *non intellexit*, lo jabín, nec advertit ſe moriturum. Hæc via illorum, iſta vivendi ra-

Hier. Chald. & Syrum æque reperiatur. Etiam Pſ. 40. 17. *jomeru* ex fide etiam MSS. poſcit *vav*, vajjomeru, & hæc lectio ita emendata complures malas interpretationes impedit.

Pſ. XLIV. 5. Tu es ipſe Rex meus, *Deus præcipe* ſalutes Jaacob. *mem* male ad Ælohim translatum. Ælohim tzavvæh.

Pſ. XLVIII. 15. Ipſe ducet nos ad mortem. yal muth. (pag. 127. lin. 7.)

Pſ. XLIX. 9. Nec dabit pretium remptionis animæ *eorum*, naphſch*am*, intimum eorum, *kirbam* male loco *kibram*, kæbær ſepulcrum; torquent: intimum eorum, ſeu cogitatio eorûm eſt, domos ſuas in terra iſta habitationes, ædificia fore æterna; aſt kæbær viderunt 70. Syrus, & Chaldæus, quod utique melius eſt. v. 13. homo, cum in honore eſſet, *non permanſit*, *lo jalín*, ſed ut v. 21. ita ex v. 14. debet eſſe *lo jabín*, h. e. non intellexit; de impiis ſermo eſt, qui finem vitæ, prout pecora, *non conſiderant*, ideo 70. addunt jumentis *inſipientibus*. Hæc via illorum ſtul-

ſunt alii, qui non levium mendorum ab iisdem accuſantur.

Suf-

ratio eſt *ſcandalum*, ſeu ruina, & interitus ipſis. Hebr. chæſchæl, cum Syro, & 70. non chæſæl per *Samech*, ſeu ſtultitia. v. 19. *confitebitur tibi* jodecha, non joducha, confitebuntur, cum benefeceris *ei*, non *tibi* v. 20. introibit in progenies Patrum ſuorum, vel in domum nempe æternitatis, (pag.843.) non introibis *jabo*, non *thabo*.

Pſ. XLII. 6. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? ſpera (o anima mea!) in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, (qui eſt) ſalutare vultus *mei*, (inepte *eorum*, vel *ejus*) & Deus meus. Hebr. ma thiſchthóchhachbi naphſchi, vaththæhæmi yalaj, hochhíli le Ælohim, chi ódænnu jeſchuyoth *panaj*, ve Ælohaj. Inepte Hebr. hod. etiam MSS*tis* errorem detegentibus. Confer & Pſ. 43. 5. ubi illibata lectio etiam in hod. Hebr. conſervatur.

Pſ.

ſtultitia ipſis. En in uno Pſalmo plura mutata, & vitiata! Ex literarum ſimilitudine corruptus videtur textus Hebraicus, inquit Bellar.

Pſ. XLII. 6. Quare triſtis es anima mea? &c. Maniſeſte corruptus eſt hoc loco textus Hebraicus, & una litera videlicet *vav* non ſuo loco poſita totam hanc confuſionem peperit. Verba ſunt Bellarmini. Plus dicit Fran. Hare, ut ſequitur: „ Retrahendo *vav* ab Ælohaj ad panaj non modo periodorum diſtinctionem turbarunt, non modo verſus duos peſſime corruperunt, ſed conſtructionem etiam, adeoque ſenſum verborum everterunt. Vix aliud opinor exemplum adferri poteſt, ubi unius literæ prava poſitio tot peperit incommoda. Tot menda orta non fuiſſent, nec loca, quæ hæc menda occupaverant, poſſidere potuiſſent, ſi vel minimum

fo-

Sufficiunt iſta, ut Lector videat, quam multæ vitioſæ lectiones textus Hebraici hodierni ex toto

ſolertiæ, aut acuminis priſci exſcriptores adhibuiſſent. Poſtea cum per multos annos inolita eſſent menda, cum melioribus forte exemplaribus deſtituerentur, & ars Metrica penitus periiſſet, vel non ſenſerunt menda Judæorum magiſtri, vel tollere religio fuit.„

Pſ. LIV. 9. laudabo te Domine, quoniam ex omni tribulatione *eripuiſti me: tatztzil-eni* 70 erryſó. aor. 1. med. â ryomæ.

Pſ. LIV. 9. laudabo te, quoniam ex omni tribulatione *eripuit me*, hatztzileni. contra omnes veteres, & contextum.

Pſ. LVIII. 9. Impii *ſicut cera*, quæ fluit, auferentur, *ſupercecidit* eis *ignis* iræ Dei, *& non viderunt ſolem.* (pag. 685. l. 26.) naphal ëſch. cecidit ignis. ſchabbelul facile eſt cera, quia *ſchabal* valet *fluxit*, ut patet ex ſchibbolæth (pag. 695.) fluentum, fluxus, Pſ. 69. 3. Iſai. 27. 12. halach abire, diſſipari, evaneſcere. (pag. 842.) Pſ. 68. 3. ſicut fluit *cera* a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie Dei: hic *cera* eſt *donag*, ſed Hebraica lingua perinde ac aliæ ſuis gaudet ſynonymis.

Pſ. LVIII. 9. ſicut limax abeunt, (ſicut) abortivum mulieris, non videbunt ſolem. Vox monodica (pag. 828.) ſchablúl, ſeu ſchabbelúl ajunt limacem, vermiculum notare. ſed de toto limace nil certi. næphæl ëſchætb; inſveta eſt comparatio cum abortivo mulieris, contra vero ignis Dei adverſum peccatores ſucçenſi frequens.

Pſ. LX. 6. nobis 59. 4. Dediſti (o Deus!) metuentibus, ſeu reverentibus te ſi-

Pſ. LX. 6. Deſiſti metuentibus te vexillum ad ſe elevandum, *le hithnoſes* vel;

toto corpore Biblico a peritioribus accuratiori ſcrutinio colligi poſſint; & quidem

Eſt

ſignificationem Hebr. *nes* per Samech, certum ſignum, aut locum refugii, quo ſe recipiant, ut fugiant a facie (h. e. præſentia, vel *to* facies nihil addit) *arcûs. keſchath* arcus. Ita Hier. 70. Syrus, ut ſenſus poſtulat. v. 10. ſuper Peleſchæth jubila; ſed mala hæc lectio ex Pſ. 108. 10. emendari debet ita: ſuper alienigenas, ſeu Philiſthæos agam triumphum. (pag. 582. lin. 2.)

Pſ. LXV. 1. Te decet Deus hymnus in Sion. lecha damejah: tibi convenit, te decet. Indubie valuit damah, ſeu more Arabum, quibus verba *Lamed he* ſunt *Lamed jod*, jod poſito loco he, (ne duo he conveniant, *he* fæm. ſequente, alias *he* rad. fit thav) damejah in fœm. decuit, congruit ei, convenit.

Pſ. LXI. 3. Dum anxiaretur cor meum, *in petra* (loco ſecuro, & munito, quo hoſtis nequit aſcendere) *exaltaſti me.* Hebr. betzúr *theromem-eni*, cum 70. & Syro. Nunquam ſufficit ad textus hod. defenſionem poſſe inveniri ſenſum aliquem in textu hodierno non falſum, ſed inſuper conſtare

vel: ut elevetur tale vexillum contra hoſtes *naſas* elevavit, exaltavit. *Nus* eſt fugere, ſolent porro verba quieſcentia *yain*, & duplicantia formas ſuas in conjug. *poyel* permutare, & etiam ſignificationes; ut fugiant a f a c i e *veritatis*, koſcht, koſchæt, per *tet*; ſed præter Chald. & forte Aquilam nemo in vitioſam hanc lectionem incidit.

Pſ. LXV. 1. Tibi ſilentium Deus in Sion. lecha dumijah. (pag. 784.) Mendum hic ſubeſſe nullus dubito, ait Fran. Hare. *Damajah* eſt, ſeu damejah ſicut Dan. 7. 5. ad formam *chhaſajah* Pſ. 57. 2. chhonneni Ælohim, chi bach *chhaſajah* naphſchi: miſerere mei Deus, quia in te *confidit* anima mea.

Pſ. LXI. 3. In deficiendo cor meum in petram exaltabitur a me, deduces me &c. *betzúr j a r u m mimmænni.* Exponi poſſet hoc ſenſu: deduces me in petram, quæ præ me, ſeu poſſibilitate meæ aſcenſionis alta erit, ſeu altior erit, quam ut ego poſſim ſcandere. Pſ. LXII. 4. irruitis

in

Eſt promptum ventis dare libera vela ſecundis,
Sed quoniam rudibus metus eſt intrare profundum,
In tenui primum diſcant procurrere rivo.

Ttt *Ero-*

re debet Veteres eadem legiſſe verba in ſuis exemplaribus. Pſ. LXII. 4. irruitis in hominem, *interficitis* (conamini occidere hominem) univerſi vos. Maſorethæ notant filios Nephthali (pag. 118. l. 8.) ſeu Orientales active legere.

in hominem, *interficiemini* paſſive. therotztzechhu, 2. fut. piyel, non püyal eſſe debet cum 70. Syro, & Chaldæo, adeoque theratztzechhu chüllechem, vel tirtzachhu.

Pſ. LXVIII. 3. ſicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera a facie ignis: ſic pereant peccatores a facie Dei. Hebr. chehinnadeph yaſchan jinnadephu: cum 70. Chald. & Syro. h. e. ſecundum diſpulſionem (di ſpelli infin. paſſ. niphyal.) fumi diſpellentur. Sed nolo plura in hunc Pſ. animadvertere, eſt enim crux ingeniorum, interpretum opprobrium, in quo tot ferme ſcopuli, tot labyrinthi, quot verſus, quot verba: ait Muis.

Pſ. LXVIII. 3. ut propelli fumum propelles: ſicut fluit cera a facie ignis: ſic pereant peccatores a facie Dei. Che hindoph yaſchan thindoph. Et ſenſus errat, & punctatio; *hindoph* ajunt eſſe compoſitam vocem ex niphal, *he* enim indicat *niphyal*, & ex *kal*, quod *o* terminale poſcit; error vocem hibridam generavit. In hunc Pſalmum Calmetus inſtar omnium.

Pſ. LXXII. 17. Ante ſolem permanet nomen ejus. Nomen, h. e. gloria Meſſiæ in omni loco, quo ſol pertingit, durabit, donec ſol, etiam gloria hæc perennabit. Calmetus putat veteres legiſſe *jalin*, pernoctabit, (pag. 691.) diamenei, permanebit. Alii *jichchon* præparabitur, ut Pſ. 89. 38. jich-

Pſ. LXXII. 17. Ante ſoboleſcet, propagabitur. *jinnon*, a *nin* filius, (pag. 691.) *nun* ſoboleſcere, ſed inſvetum eſt in fut. *niphyal*; alia lectio exhibet jinnin. Hillerus in inſtitutionibus lingvæ S. *na ih* inquit habitavit, plur. *naun* cum nun parag. ex quo contracte *non*, vel nun manſio, ex

Erotema: Quæro ex Adverſariis, an argumentis meis ex authoritate, & ratione depromptis

jichchon chiſſa. (pag. 691. l. 13.)

Pſ. LXXIX. 6. Effunde iram tuam *ſuper* gentes, (barbaras) *quia comederunt Jacob*, ſannis, & afflictione preſſerunt. Cum 70. Syro, Chaldæo, & MSS.

Pſ. LXXX. 7. Poſuiſti nos in contradictionem (objectum inimiciarum, & contentionis, ſeu quibus jugiter repugnent) vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannaverunt *nos*. Hebr. *jilyagu lanu.* cum 70. & Syro.

Pſ. LXXXII. 1. Deus ſtetit in Synagoga *Deorum*, h. e. *elim*; Syrus habet *Angelorum*, (pag. 793.)

Pſ. LXXXVI. 11. Deduc me Domine in via tua --- *lætetur* cor meum, ut t meat nomen tuum. â *chhadah* lætatus eſt, *jichhdœh*, per apocopen jiachhd, cum pathachh furtivo, ut Job. 3. 6. Exo. 18. 9. 70. evphranthétó, h. e. lætetur.

Pſ. LXXXVII. 7. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te o Sion! chechol chholelim mayon, ſeu meyoné bach. Dominus narrabit in Scripturis populorum, & Principum: *ſcarim* 70.

ex quo rurſus *non* manere, *jinnon* manebit.

Pſ. LXXIX. 6. Effunde iram tuam ad (æl loco *yal* Jer. 10. 25.) gentes, *quia comedit Jacob.* debet addi *vav* ächelu, ut eſt Jer. 10. 25.

Pſ. LXXX. 7. Poſuiſti nos in contradictionem &c. & inimici noſtri ſubſannaverunt *eis*, *lamo.* vel ſe ipſos. Emolliunt: ſubſannaverunt *nos* (ſubaudiunt) *ſibi.*

Pſ. LXXXII. 1. Deus ſtetit in Synagoga *Dei* ël; ſed juxta 70. & Syr. debet eſſe plurali, ut judices intelligantur.

Pſ. LXXXVI. 11. Deduc me Domine in via tua --- *unias* cor meum, ut timeat nomen tuum. â *jachhad*, unicus fuit, *jachhed* unias. Sed 70. viralis punctatio, & ſenſus præferendus.

Pſ. LXXXVII. 7. Et cantores, (ſcharim) & tibicines omnes fontes mei in te. veſcharim, vechholelim chol mayjanaj bach. vel: Et cantores quaſi in choris omnes fontes mei in te.

tis ſolida vis inſit? an iis collective ſumptis certa, aut veroſimillima reddatur iſta de aliqua fontis

70. ad priorem verſum retulerunt.

Pſ. LXXXVIII. 16. Exaltatus autem humiliatus ſum, & conturbatus. Hebr. *niſsëthi*, yamakthi, ſeu næyæmakti, vaäphunah.

Pſ. LXXXIX. 3. miſecordias Domini cantabo - - - quoniam dixiſti: Hebr. ämartha: hodie ämarthi, ego dixi. contra ſenſum verſus 3. & 70. verſ. 20. tunc locutus es in viſione Sanctis tuis. Hebr. miſericordi, vel ſancto tuo: addi debet *jod* cum 70. Symm. Aquila, & 6. editione hexaplari: lechhaſidæ'cha.

Pſ. CI. 5. Ego Rex David: (qui eſt) ſuperbo, & inſatiabili corde, *cum hoc* (cum tali) *non edebam*. iththo lo ochel. Ita 70. & Syrus. quaſi dicat David: tales ego ad menſam non adhibebam. h. e. quæſiverunt; vel ut vertit Hier. *& quærantur in* ruinoſis parietinis ſuis. v. 13. in generatione una *deleatur nomen ejus:* ex fide MSStorum, & 70. jichchareth Schemó, loco *ſuccidat nomen eorum*. Pſ. te. Mala tranſpoſitio ſenſum obſcuravit judice Bellarmino. *Iſte* verſus in Maſorethico textu certo eſt erroneus, inquit Geor. Chriſt. Knapp.

Pſ. LXXXVIII. 16. portabo terrores tuos, & addubitabo. Naſcäthi ëmæcha, äphúnah. *phun* apax legomenon an dubitare, an terrere, vel conturbari ſignificet, dubitatur; Arab. aphana, infirma mente, & conſilii inops fuit; 70. & Syrus ſic accepiſſe videntur. *Pan*, qui terrores immittere fingebatur, â *phun* juxta Bochartum nomen obtinuerit.

Pſ. CI. 5. Elatum oculis, & vaſtum corde ipſum non potero: adde: ſufferre. à *jachol* poſſum, non ab *ächal* comedi lo uchhal: talem pro ſocio non tolero. Pſ. 109. 10. filii ejus (improbi) *ejiciantur* de habitationibus ſuis, nempe ruinoſis, *gareſchu* cum 70. legendum, deſtruantur eorum domus, ſed vel ex iis jam ruinoſis, & dirutis depellantur. v. 28. ejuſdem Pſ. 109. qui inſurgunt in me con-

tis Hebræi corruptione ſententia? Si negant, agunt me judice illud, quod vel redivivum Cato-

Pſ. CX. Tecum principatus in die virtutis tuæ &c. yimmecha nedébuth-me ræchhæm miſchſchachhar jelidticha. Lectio Alexandrina clarior eſt, utriusque ſenſum pluribus verbis ediſſertavi pagina 15. Adferri poſſent explicando hodierno Hebræo textui, quæ ex Græcis, Latinisque ſcriptoribus de *rorariis* militibus recentiores notaverunt. pag. 616. l. 32.

Pſ. CXVIII. 14. voci *zimrath* canticum jod adnecti debet, ut non ſit canticum, ſed canticum *meum* zimrathi. Ex 70. & Syro. Etiam v. 6. ejusdem 118. Pſ. excidit: Dominus mihi *adjutor*, Hebr. beyozeraj, quod tantum Alexandrini conſervant.

Pſ. CXLI. 5. Oleum autem *peccatoris* non impingvet (unctionibus more Orientalium) caput meum. peccatoris, *raſchay*. Ita 70. & Syrus. *ſchæman raſchay äl jani roſchi*: nuä, in hiphyil

confundantur: melior eſt lectio, Hebr. kamaj jeboſchu, quam kamu, vajjeboſcu, h. e. ſurrexerunt, & pudefient.

Pſ. CX. yammecha nedaboth be hadre, aut juxta Hier. & Symm. beharre kodeſch chetal meræchæm miſchhar lecha jaldutecha. h. e. populus voluntarius, h. e. potius numeroſiſſimus, copioſiſſimus, ſicut dicitur pluvia voluntaria, h. e. copioſiſſima, gæſchæm nedaboth, in decoribus, vel montibus ſanctis, ſicut ros ex utero, aderit tibi juventus tua, ſicut ros, copioſiſſima; ſeu cohors juvenum.

Pſ. CXVIII. 14. Miror in re tam plana hæſiſſe interpretes, & ſerio laboraſſe, ut *Zimrath* absque jod tamquam veram lectionem tuerentur; dicit Fran. Hare.

De Pſalmi 139. verſu 13. conſule pag. 835.

Pſ. CXLI. 5. oleum autem *roſch* ſeu capitis &c. porro roſch ſubſtantivum polyſemum, valet capitale, præſtans, in genere ſuo primarium: venenum, amaritudo. Paſſim intelligunt oleum

tonem ad cachinandum commoveat, præterea onus ſibi imponunt, cui ferendo non ſunt, demonſtrandi, omnes textus, quos ſparſim in opere, nominatim vero hac ſectione adduxi, olim de manibus Sacrorum Authorum ita effluxiſſe, prout hodie in Hebræo codice decurrunt, quod ubi ipſi præſtiterint, tum ego credam illud Poëtæ: *terra feret ſtellas, cœlum findetur aratro.* Reſtabit demum, ut illud nobis explanent, cur 70. verſores, Thargum, Syrus, famoſi illi Hebræorum triumviri, & Hieronymus, aliique Bibliorum translatores ab hodierni Hebræi codicis lectione adeo conſentienter receſſerint.

phyil *heni*, irritum fecit, avertit, renuit. melius Arab. *nava* 3. rad. jod operire pingvedine, impingvare. *heni* aliqui dicunt valere frangere, alii negant. Alexandrina lectio *raſchay* tamquam vera, & originalis habenda eſt; alioquin ſi *roſch*, & non raſchay legiſſent, notiſſimum vocabulum *roſch* nunquam vertiſſent *peccator*.

Pſ. CXLV. Intra verſum XIII. & XIVtum integer verſus deficit in hod. Hebraico: fidelis Deus in omnibus verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus uis.

oleum præſtantiſſimum. Nec præſtantiſſimis eorum unctionibus volo uti. Cum hominibus operantibus iniquitatem ego non communicabo, unctiones pingves, & lætiores epulæ peccatorum me non impingvent, nec de electiſſimis eorum ferculis participabo; potius converſabor cum juſtis, etſi me interdum illi corripiant, arguantque me meorum lapſuum.

Pſ. CXLV. Næmàn jahvo bechol debharav: vekadoſch bechol mayaſcav. Sed de hoc ineluctabili, ut Boſſuetus vocat, mendo ſatis dictum jam pag. 890. 976.

Corollarium.

Fons Hebraicus, qualis hodie extat, non eſt ex integro ſtricto ſenſu, practice, & quoad nos authenticus.

Eſt enim authentici inſtrumenti definitio, ut ex ſe fidem certam faciat in judicio, & ſupremæ ſit auctoritatis, ut a nullo rejici, vel in quæſtionem vocari teſtificatio ejus poſſit. (pag. 65.) Atqui fons iſte ex ſe ſolo certam fidem non facit, ſed eget ad repræſentandum integre Dei verbum alio teſtium ſuffragio vice non una; immo an vere in omni loco primigeniam lectionem, h. e. verbum Dei offerat, vel aliud diverſum, manet vehementer dubium, & perſeverante hoc dubio aliarum Scripturarum, h. e. exemplarium Verbi Dei oppoſitione, & contraria plurium teſtificatione fides ejus frequenter oppugnatur, ut rejici, vel minimùm in quæſtionem vocari queat.

Et vero: Fontem hunc virginali, quam primitus ab Autographo traxit, integritate in omnibus libris V. Tti, capitibus, verſiculis, & vocibus, ad nos usque defluxiſſe non niſi probabilibus ad ſummum argumentis ſvadent aliqui, alii graviſſimi, plures, & maxime eruditi contrarium rationibus, ut vidimus (pag. 879.) melioribus evincunt. Ergo lectio fontis nec eſt ſupremæ authoritatis, & rejici, atque in quæſtionem adduci poteſt; hoc ipſo autem quoad nos authenticus dici fons iſte non debet; maxime, quia indeficienti Eccleſiæ judicio conſtat, Vulgatam ſaltem in ſubſtantialibus, ſenſu ſupra (pag. 67.) declarato intellectis, valere authoritate ſuprema, ut rejici lectio ejus nequeat. Ex adverſa parte

ex

ex autopſia, judicio oculorum, quo majus teſtimonium eſſe, aut exigi non poteſt, clarum ſit, lectionem fontis Hebræi aut deficere, aut valde eſſe mutilatam, & corruptam decurrere in locis hujusmodi; deficientibus quippe integris libris, aut eorum partibus, e. gr. Danielis, Eſtheris: aut verſiculis, vocibus item multis non parum depravatis; ut planiſſime, & pleniſſime jam demonſtratum eſt. Ergo quocunque demum ſe convertant AA. fateantur neceſſe eſt, fonti Hebræo hodierno integram, & proprie dictam quoad nos authentiam deeſſe.

Dum ergo in immenſo Scripturarum Oceano aquas ſalutis quæretis de fontibus Salvatoris, & a lectione Vulgatæ tamquam minus fideli ad paratas de hodiernis fontibus verſiones ab hebraizantibus vos avocari audietis, *ne vos terreant Fratres! quidam fluvii* decurrentium ad vos verſionum, *qui dicuntur* ob evanidam ſuam multiplicitatem *torrentes - - - nolite timere, poſt paullulum tranſit, & decurrit* aqua eorum: *ad tempus ſtrepit, mox ceſſabit. Diu ſtare non poſſunt.* Aug. in Pſ. 57. Dum fontes vobis commendant, ut, niſi errare velitis, abjecta Vulgatæ lectione eos adeatis, reſpondete: *Propterea non timebimus: turbatæ ſunt aquæ eorum.* Pſ. 45. 5. Quæremus Divina oracula in Eccleſia, & ab Eccleſia, eaque non de alienigenarum, nedum hoſtium manibus, ſed de Eccleſiæ paſtophoriis, & archivis proferemus. Morin. Exerc. I. C. 1.

Dices: Hac ratione nec Vulgata tua eſt authentica, quia etiam ejus lectio ſæpe tamquam falſa rejici poteſt, immo debet judicio etiam Catholicorum. (pag. 468.) Nego aſſertum: Ad

rationem adjectam dico, Vulgatam rejici non poſſe in ſubſtantialibus judicio etiam illorum Catholicorum, qui errores ejus in rebus aliis nimium multiplicant. e. gr. non poteſt rejici lectio Vulgatæ, etſi ab hodierno fonte diſcedat, in Pſ. 18. *exivit ſonus eorum*, cum enim res iſta Evangelii prædicationem ſubindicet teſte Paulo, lectio vero ejusdem Pauli authoritate roboretur, & ſenſu jam expoſito (pag. 986.) in ſubſtantialibus ponitur, & immutabilis eſt. Pariter illud *foderunt*, item Pſ. 145. v. 14. *fidelis Deus* &c. Gen. 4. 8 Danielis, & Eſtheris partes, Liber Baruch &c.

Ne tota contentio in logomachiam migret, dico Vulgatæ graviſſimorum virorum judicio ſuos etiamnum errores non deeſſe, ſed in minutiſſimis rebus, in quibus non tam lectionis authentia, quam obſcuræ vocis Hebrææ ſignificatio (pag. 775.) controvertitur, quam dextre Hieronymum tetigiſſe viri illi negant. Sed tam indifferentia ſunt omnia, ut nec ad rerum geſtarum veritatem, nec ad ullam etiam extra res fidei, & morum quæſtionem momentoſam faciant, & proprie loquendo ad ſolam pertineant Philologiam, ut adeo ſic, vel aliter vertas, nihil prope interſit. Reducuntur hæc ad nomina ſpecifica animalium, arborum, plantarum, veſtium virilium, & muliebrium, inſtrumentorum, ſupellectilis domeſticæ, &c. e. gr. an *dudaim*, quæ Ruben matri ex agris attulit, (pag. 681.) reapſe *mandragoræ*, arbor, ſub qua Jonas meridionatus eſt, *hedera*, an alatum illud genus, quod denſo agmine Iſraëlitarum caſtra opplevit, Moyſaico ſermone ſcelavim, *Coturnices*, aut locuſtæ, (pag. 695. l. 27.) vel piſces volatiles, urim thumim

in

In pectorali ſummi Pontificis *doctrina*, & *veritas* verti debeant. (pag. 72. & 185.l. 39.)

Accedit huc: Quædam clarius, plenius, & ſignificantius ex Hebræo in Latinum converti poſſe. Demum lectionem Vulgatæ hodiernam ab oſcitantia librariorum, ſimilive fato profectam tolli debere, ut nativa, quam Hieronymus expreſſit, redhibeatur etiam in levioribus.

Hæc ſunt, quæ Catholici aſſerunt, ſed non propterea indulgent lectiones Vulgatæ aut antiquari, aut ad Hebræum textum hodiernum in omnibus formari. Adferant AA. locum quempiam inſignem, qui in Subſtantialibus apud Vulgatum male, atque mutilate extet, ut ei deſit aliquid ad repræſentandum ex integro ſcriptum Dei verbum, quod dein ex fonte hodierno compleri debeat. Nos vero produximus varias lacunas, defectuoſas, aut corruptas Hebræi codicis lectiones, in locis aut ad rerum geſtarum veritatem, aut ad dogmatum confirmationem ſatis vicinè pertinentibus. (pag. 125. 419. 421. 469. 554.)

Solvuntur objectiones.

Objectio Prima.

Fontes corrumpi repugnat providentiæ Dei, quæ ſicubi, certo in conſervatione Scripturarum, tamquam fundamento religionis maxima ſit oportet. *Si Pergama dextra defendi poſſent, certe hac defenſa fuiſſent.*

Reſp. I° neg. quia evidentia facti conſtat oppoſitum, & nulla vel apparens ratio, vel authoritas adduci poteſt, qua iſtud probetur. Nempe providentiæ Dei Infiniti ſunt modi, immenſa extenſio, ex quo fit, ut dum eam noſtro ingenio penſamus, impoſſibilia, vel contrapoſita ipſi

judicemus, quæ tamen optime ordini ejus conſentiunt. Deus ſcripto verbo ſuo perfectiſſime providebit corruptis licet ex toto, vel ex parte fontibus, & hoc dicendum eſſet, etiam ubi alia argumenta non ſuppeterent, quia inter hæc duo: *Deus eſt in conſervando verbo ſuo providus: & Verbum Dei in fonte extat integrum*: nullus intercedit neceſſarius nexus, ut proin unum ſubſiſtere poſſit negata alterius veritate. Omnipotentiæ Dei limites ponunt, qui decernunt, eum, ad hoc ut providus ſit, Scripturam illibatam determinate in fontibus conſervare debere. p. 122. Quis Deo legem, modumque præfigat? an non gratis animis prædicandus, & adorandus, quod nobis verbi ſui germanitatem in verſione authentica immenſa bonitate conſervaverit? an verbum hoc pluris faciendum erat, quia Chaldaicis literis, & Hebræo ſermone conſtat? an minus æſtimandum jam hodie, ſi mera, ſed authentica ejus verſio ſuperſit? deliramenta ſunt hæc, non ſanæ mentis ratiocinia. Practice in Eccleſia Chriſti Hebræi codicis usque ad ætatem Hieronymi, ab hac ad noſtra tempora exiguus erat in orbe terrarum uſus, exiſtente fideli translatione tam bene verbum Dei ſe poſſidere rati ſunt omnes, ac ſi totidem Hebraica exemplaria legiſſent, & uſurpaſſent. Omnes Patres, & Scriptores Eccleſiaſtici tradunt, Matthæum non Græce, ſed Hebraice ſuum Evangelium ſcripſiſſe, uti etiam Paulum ſuam ad Hebræos eplam. Atqui iidem dicunt, jam ſec. V. & prius utrumque hoc corruptum fuiſſe Originale, quod demum penitus intercidiſſe nemo non videt, nemo non confitetur. Ergo juxta omnes Patres, & Scriptores Eccleſiaſticos ſtante Dei providentia

tia fieri poteſt, ut Originalis textus corrumpatur, aut intercidat penitus. Unde

II° Argumentum probat nimium; nam eodem conficeretur Deum jam fere a ſesqui mille annis defiiſſe eſſe providum, qui Eccleſiaſticum, Tobiam, Judith, primum Machabæorum, notabiles Eſtheris, & Danielis partes, ipſum quoque Evangelium ordine temporis primum, & datam ad Hebræos epiſtolam in fontibus ex toto perire ſiverit, ut non ſuperſit, niſi verſio, omnium horum.

III° Retorq. Ad providentiam Dei pertinet fontes librorum Divinorum integros conſervare. Atqui fontes librorum Deutero-Canonicorum, (pag. 168.) puta inter morales Eccli. Tobiæ, Judith. Inter Hiſtoricos primi Machabæorum, ex parte etiam Eſtheris, & Danielis. Inter Propheticos Baruch, penitus evanuerunt, & non eſt inventus locus eorum. Ergo libri deutero-Canonici non erant Divini. Quod heterodoxis reſpondebunt AA. ſibi dictum putent. Pernicioſa eſt Eccleſiæ hujusmodi ratiocinatio, qua nihilominus uti ſolent nuperi Hermeneutæ, ut Matthæi autographon Græcum fuiſſe oſtendant. Steph. Hayd Sect. I. pag. 30. *Providentia* (inquit) *Divina hoc authenticum, ſi quod extitiſſet exemplar, ſicut reliqua conſervaſſet.* Rmus. D. Vizer (pag. 87.) Par. II. Herm. 350. *librum aliquem Canonicum ſimpliciter perire repugnat providentiæ Divinæ, ut argumentati ſumus ſ. 56. par. 1ª itaque ſi genuinum fuiſſet Matthæi Evangelium, non intercidiſſet.*

IV° Si aliquis ſobrius uſus eſt argumento, hoc redit: pertinere hoc ad providentiam Dei non fortiter ordinantis, ſed ſvaviter diſponentis;

ſed

ſicut ad ejus providentiam pertinet, omnes velle ſalvare, Eccleſiæ ſuæ aggregare, ſancte vivere. Et tamen quot ſunt moribus corruptiſſimis? &c. Demus non inconvenienter credi, Dei providentiæ adverſari, ut verbum ejus per Judæos generatim usqueadeo fuerit depravatum, ut nulla jam ſit Hebraicorum codicum utilitas, ſed a nobis abjici, & in totum debeant repudiari.

V° Quin imo nec repugnare videtur providentiæ Dei ſacrum aliquem librum aboleri, & conſpectui hominum ita ſubduci, ut jam neque in ulla reperiatur verſione. Ita opinantur non pauci veterum, Origenes, Chryſoſtomus, Aug. L. 18. de Civ. Dei C. 38. recentiorumque: ex XXII. libris in Scra. S. citatis, jam penitus amiſſis multos fuiſſe Divinos cenſet Aug. cur autem evanuerint, *hujus rei fateor cauſſa me latet* inquit. Nihil eſt, quod ſententiam iſtam evertat, quæ manet admodum probabilis. Erasmus Præf. in epl. 1. Petri clare dicit, Petrum aliam quoque per Silvanum dediſſe eplam. quæ intercidit. (pag. 944.)

Continuerint hi libri res fidei, & morum, an non potuerunt eædem res aliis quoque libris comprehendi, ut religioni prioribus ſubductis nihil eſſet metuendum? an hauſta ſemel ex libris illis doctrina viva voce nequibat perennare, & ad memoriam poſteritatis transmitti, ut multa alia? poterant tales libri ad modicum tempus eſſe neceſſarii, & utiles, poſtea vero, Deo pluribus modis providente eorum neceſſitas, & utilitas deſinere, maxime in nova Jeſu Chriſti Eccleſia. Sane etiam pauciores libri ſufficere poterant ad fidei morumque doctrinam libris V. Tti

con-

contentam hauriendam, & conſervandam. Innumera ſunt, quæ providentiſſimum Numen vel penitus non, vel non ſcripto voluit in poſteros derivari; quid igitur eſt, quod ad Divinam providentiam pertinere dicatur, ne libri aliqui interirent, ſi modo ceteri non deeſſent, ex quibus fidei, morumque documenta ſaluti hominum ſuffectura peterentur? Conſervabit Deus, non eſt dubitandum, ſi tamen periturum ponas etiamnum Tobiæ, vel Eſtheris librum in omni verſione, aut aliquam Joannis epiſtolam, ut nec fons, nec verſio ſuperſit, num fides detrimentum patietur irreparabile? carebit his Eccleſia, num & veritatibus, & doctrina in illis contenta? non profecto.

Urg. Ad providentiam Dei pertinet verbum ſuum integre conſervare in Fontibus, ſecus deerit medium tollendi menda Verſionum.

Reſp. Neg. Primo parari poteſt verſio omnino fidelis, & authentica, atque in omnibus ſubſtantialibus etiam latiori ſenſu explicatis (pag. 67.) verbo: in cunctis, quæ ſunt alicujus momenti, integerrima, qualem fuiſſe Hieronymi verſionem, & emendationem a multis creditur; pereat poſtmodum Originale, reſtat, verſionem in ſua integritate vigilanti cura conſervare, ſi tamen deſcribentium vitio errores ſubrepant, collatione plurium exemplarium, innumerarum inde translatarum verſionum fide &c. emaculabuntuntur. Reipſa unicus hic ſupereſt modus in emendandis erroribus librorum deutero-Canonicorum, Evangelii ſecundum Matthæum, epiſtolæ ad Hebræos. Porro verſio, qua labor privati hominis, non habet infallibilem authoritatem, ſed ubi conſtat verſionem eſſe fidelem, ipſa conſideratur veluti

luti repræſentatio autographi, & ſic habet indeclinabilem, & infallibilem authoritatem, proinde emendandis erroribus ſufficientem. (pag. 111.) Imo in multis, dum nempe fons ipſe depravatus eſt, ipſe de verſionibus ſibi venit reſtituendus. Itaque non eſt fons Hebræus, aut Græcus unicum medium illapſos in verſiones errores auferendi. Dum Pontifices Vulgatam corrigi juſſerunt 1° MSS. codices Vulgatæ, 2° Lectiones apud veteres occurentes, 3° antiquas verſiones, contextum, demum etiam fontes, ſed non ex abſoluta neceſſitate, nec ut Vulgatæ lectio iis conformetur, conſulendos dixerunt. (pag. 72. 88.)

Objectio ſecunda,

Impoſſibile fuit Fontes corrumpi, quia ſi tentaſſent Judæi, contradixiſſent Chriſtiani: ſi voluiſſent corrumpere Phariſæi, contradixiſſent Saducæi, ſi Rabbiniſtæ aliquid moliti fuiſſent, obſtitiſſent Karæi, ſeu Karaithæ. (p. 8.) Adde exemplaria genuina per orbem fuiſſe diſperſa, tentaſſent Judæi in Europa, Africanis imponere non valebant; Aſiatici ſcelus hoc cum aliis conferendi occaſione deſtituebantur. In deductione hujus argumenti fuſius quisque, prout concipit, evagatur, & excurrit Simeon Muis epl. 1. contra edit. Pariſ. ita arguit: „Tradidit Deus Eccleſiæ non primum verſiones, ſed textus primævos, eosque puriſſimos, & authenticos. Qui itaque tales hodie extare negant, non tantum in providentiam Divinam, quæ Eccleſiæ nunquam deſuit in neceſſariis, contumelioſi: ſed & in Eccleſiam Chriſti ſponſam injurii ſunt: quæ videlicet depoſitum hoc corrumpi ſineret, cujus erat officium illud ſartum, tectumque conſervare.„

Reſp.

Reſp. Omnino poſſibile fuit corrumpi Fontes in locis compluribus etiam momentoſis, imo integros libros penitus e medio tolli, & aboleri, uti libro Sapientiali Eccli. contigiſſe S. Iſidorus dicit, & LL. Tobiæ, ac Judith factum fuiſſe conſtat. Etiam florente Rep. Judæorum, ut proxime dixi, malitiane, aut ſocordia gentis, nihil moror, ſacros quoſpiam libros perditos fuiſſe Patres ſentiunt, & Evangelium Matthæi, in ipſa Catholica Eccleſia depravatum, ut demum nulli uſui eſſet, ſciſcunt. (pag. 114.) Ea igitur tradunt veteres, e quibus ad liquidum explorata veritas eſt, ipſos cenſuiſſe, nullam eſſe iſtius corruptionis impoſſibilitatem.

Interim, ſi argumentum aliquid valeret, eum feriret ſolum, qui diceret, Judæos collatis mutuo conſiliis Biblia ſua ex integro depravaſſe, ut ex eorum libris adverſus obſtinationem ipſorum pro veritate Chriſtianæ religionis nulla extent documenta. Abſit! adhuc capſarii noſtri ſunt. Dum corruptionem aſſerimus, non pariter cogimur affirmare, hanc certa malitia, & perverſa intentione contigiſſe. Sufficit injuria temporis, errore librariorum, caſu mendis jam hodie ita gravatum circumferri, ut abſoluta verſionum norma, & quaſi Lydius lapis male conſtituatur. (pag. 674. l. 16.)

Ex ſuperfluo addimus etiam corrupta ſtudioſe exemplaria univerſe recipi potuiſſe. Ponamus Rectores Synagogæ exiſtimaſſe tot inter ærumnas, & calamitates privatorum exemplaria vitia contraxiſſe, Hieroſolymis, quo ex omni loco, qui ſub cœlo eſt, convenire ſolebant Act. II. 5. communi conſilio exemplar, quod erronee putarunt ſincerum, propoſuiſſe, quod aliorum norma eſſet;

eſſet; mox deſcriptores primos X. horum exemplaribus uſos poſteriores rurſus X. errores admiſiſſe &c. Africani, & Europæi communem Paleſtinorum errorem ſequebantur, non contradixerunt, quia iis neque innotuit; neque Judæos unius regionis cura tetigit exemplarium regionis alterius, præſertim quando poſterioribus temporibus omnis mutuæ communicationis occaſio ipſis fuit erepta. An vel nos Chriſtiani hic in Europa intenti ſumus, ne Jacobitæ e. gr. Æthiopes, vel Arabes ſua corrumpant Biblia?

Porro qui ex circumciſione Chriſto nomen dederunt, Græca V. Tti editione aſſumpta Judaica exemplaria aut una cum Judaiſmo abjecerunt, aut certe ad meliores codices non exegerunt; namque Eccleſia, ne fidelibus cum perfida Judæorum natione ullum eſſet religionis, & ſacrarum literarum commercium, relegato ad Synagogas Hebræo Prototypo (verba ſunt Cl. Monſperger par. II. pag. 153. Herm.) ſolam uſurpavit 70. viralem editionem; Patres, ne aliquid veteris Judaiſmi probare viderentur, iis conſulto abſtinebant, quæcunque hoc inſtitutum poſſent ulla ex parte commendare, ne quis ad antiquatum ſacrarii ſplendorem oculos referret. (pag. 863.)

Judæi ſequioribus ſeculis in varias orbis partes diſperſi, contenti Pentateucho, lectioni aliorum librorum non multum intenderunt, ſed occupabantur gloſſis Rabbinorum, & Paternarum Traditionum, criticæ diſcuſſioni germanæ lectionis nulla cura relicta. (pag. 965.) Sectæ illorum inter ſe diviſæ ad obſcurandam Chriſtiani Nominis gloriam arctiſſimo omnes vinculo colligabantur, in ſupprimendis lectionibus rei Chriſtia-

ſtianæ faventibus conſenſerunt, ſtudium aliquid detrahendi, quod Chriſtianis adverſum Judæos prodeſſet, Saducæus, & Phariſæus ex æquo probavit; ſicut hæretici, inter ſe ſciſſi, in accuſanda Romanæ Eccleſiæ doctrina junguntur, quibuscum nos in oppugnandis Deiſtis, & Naturaliſtis pari zelo fatigamur. Quod de Karæis narratur, nomen, & placitum recentius videtur, & a multis ad 8um ſeculum refertur. Saducæi necquidquam penſi habebant tentatam, aut peractam eorum librorum corruptionem, quos Divinos eſſe non putarunt, & quos potius e medio tolli voluerunt. Sed hæc in non neceſſariis ex ſuperfluo dicta ſunto. Videamus exempla univerſalis in operibus Authorum aut mutationis, aut exterminii, ſive totalis abolitionis! ut, ubi ſimile aliquid Judæos tentaſſe audiverimus, admirari, & ab impoſſibili arguere deſinamus.

(a) Cainan juxta plerosque heterodoxos, & Catholicos oppido multos in C. 3. 36. Lucæ, & in C. 12. Gen. verſionis 70. viralis male, nec ſine perturbatione Chronologiæ ſubrepſit, (pag 383.) univerſalis tamen eſt jam a 1700. annis, & omnibus codicibus communicata lectio toto, qua late patet, orbe terrarum. Aliud exemplum habes p. 310. l. 31. ubi obſervante Theodoreto *conſentaneum eſt credere, etiam 70. convenientem cum cæteris numerum poſuiſſe, ſed eos, qui primum eorum codicem deſcripſerunt, circa hoc erraſſe: deinde eam lectionem* (Jonæ III.) *in exemplaria omnia diffuſam.*

(b) Poterat verſio, & emendatio Hieronymi ſenſim ſine ſenſu, & ſine aſſignatione certi temporis antiquata vetere Itala univerſali uſu ita recipi, ut hujus jam nullum ſuperſit veſtigium.

(pag. 389.) Hoc in Eccleſia Chriſti, (quæ quod ad publicum religionis exercitium attinet, in totum ferme orbem dominatur) & ex ratione, quod privatus hic monachus de doctrinæ præſtantia non niſi accuratiſſime vertiſſe crederetur. (pag. 443.). Ergo poterant etiam a Rabbinis, vel uno eorum correcta male Biblia in uſum abire communiſſimum. Et vero: converſi ex Hebræis plurimi *Nazaræis* ſeſe adjunxerunt, facti hæretici, quos autographum Matthæi corrupiſſe certum eſt, quid ni potuerint etiam in codicibus Hebraicis V. Tti aliquid temerare? (pag. 961.)

(c) In captivitate 70. annorum ſpatio exemplaria ita depravata ſunt omnia, ut ſecundum veteres non paucos Esdras de memoria codices ſacros reſtituerit: ſaltem ex communi ſententia tam univerſalis labes iis fuit illata, ut correctione communi opus fuerit; quanto major depravatio codices poſtea labefactare potuit, quando per orbem diſſipatis miſeranda ſine exemplo gentis panolethria ſceptrum, & omnis poteſtas, religionis exercitium, mutua communio, & cetera Divina, & humana præſidia ſunt ablata? Jam ita licet argumentari: Potuit juxta AA. Esdras efficere, ut poſtmodum uniformia, & emendatiſſima exemplaria toti genti communicarentur, & in orbe propagarentur. Ergo ab oppoſito corrupta exemplaria poſt tria, quatuorve ſecula ad omnes deferri, & univerſalia reddi potuerunt. Integritas codicum difficilius conſervatur, error facilius communicatur, majoribus enim opus eſt præſidiis, ut uniformia, & vera permaneant omnia exemplaria, ut vitientur, nullis. (867. l. 34. 937. l. 24. &c.)

(d)

(d) Verſio 70. viralis juxta Aug. & pleroſque omnes PP. non minus, quam ipſum autographum, Canonica, & Divina, (pag. 224.) ab omnibus per orbem Chriſtianis uſu trita, & cuſtodita, non obſtante vigilantia Paſtorum, mutua unius fidei vinculo junctorum communione ita *ex opinione AA.* depravata eſt jam ſec. IV. ut graviores, & plurimi errores omnibus codicibus communes eſſent, imo ut non amplius eadem ſuperet nobis verſio. (pag. 305.) Item: errante uno amanuenſi, aut deſcriptore, in annis Patriarcharum error tam notabilis omnibus in orbe codicibus evaſit communis. Ergo etiam Rabbinis pauculis in aliquo conciliabulo congregatis Bibliorum exemplar præſcribentibus &c. Immo celebris unus quiſpiam Rabbinus omnes ſua authoritate poterat inducere ad acceptandam erroneam editionem, ſenſim hos, hi iterum alios, & ſic porro. Verſioni Hieronymi primùm totus fere orbis ſe oppoſuit, labentibus ſeculis eam ſolam recepit, ut mox dictum.

(e) Vulgata de manibus Hieronymi pura, atque fidelis prodivit, quam (aut ſi aliam dixeris, illam denique communem) in Eccleſia Catholica etiam in capitibus fidei, & doctrina moralium veritatum depravatiſſimam evaſiſſe, vulgus Heterodoxorum Theologorum ſub tempus reformationis tradidit, nec deſunt hodie, qui idem objiciant. Ergone, quod in Catholica Eccleſia contigiſſe comminiſcuntur, apud Judæos evenire poſſe negabunt? Suffecit juxta heterodoxos authoritas Rom. Pontificis omnibus per orbem diſperſis Catholicis, ut falſa, & erronea dogmata, morum regulæ a recta ſemita deviæ ubique & reciperentur, & longo tot ſeculorum uſu probarentur,

& Judæis in delectu exemplarium Biblicorum placita Magiſtrorum imponere nullatenus potuerunt?

(f) Verſio Aquilæ, pretioſiſſimum Judæorum cimelion, non ſecus, ac Theodotionis, Symmachi, 5ª item, & 6ª editio, omnisque illa moles Hexaplorum Origenis, ipſa etiam vetus Itala, ſed inſuper juxta nonnullos 70. viralis verſio penitus evanuerunt; & adhuc mirabimur Hebraica, & Græca in parte vitiari? (p. 265. 306.)

(g) Unius hominis, penes quem rerum ſumma fuerit, laudabili, aut execrando facinore (ſi ab influxu Divino, qui ſolam Eccleſiam animat, præſcindas) poteſt omnium priorum librorum memoria deleri, & æternæ oblivioni tradi, alii, vel iidem libri, ſed quoad ſenſum immane quantum mutati in vulgus ſpargi &c. Contingant migrationes gentium, variationes coloniarum, ſurgant novi dogmatis authores, prævaleant: interpone ſecula! Othman Chalípha, h. e. Mahometis poſt Abubechrum in imperio, & regno ſucceſſor, dum videret Alcorani exemplaria, in varias Mahometanorum provincias transmiſſa, mira diverſitate inter ſe variare, & ab unaquaque provincia ſuum cæteris præferri, juſſit IV. Sapientes ex codice Haphſano complura deſcribere exemplaria, quæ in omnibus provinciis vulganda diſtribuit eo ſucceſſu, ut omnia priora exemplaria abolerentur. Maraccius Prodr. de Alcor. pag. 38. Similiter ferunt Regem Chinenſium, ut priorum gloriam obfuſcaret, & eruditionis, ac literaturæ laudem ſibi vindicaret, omnem librorum ſupellectilem aboleviſſe. (pag. 911. l. 20.)

Seculo VII. quando Alexandrina urbs in Saracenorum poteſtatem redacta eſt, in celeberrima

rima Bibliotheca (ubi adfuit hucdum etiam autographum 70. viralis verſionis pag. 300.) infinita librorum ſupellex recondita latebat, Omar ſeu Humar Chalipha nullis rationibus induci potuit, ut congeſtis tot monumentis pretioſiſſimis parceret, repoſuit enim in hæc verba: Aut conſentanea libro Dei *Coran* his omnibus continentur, aut diſſentanea: ſi primum: in Corano deprehendi, quod ſufficiat. Si ſecundum: illis neutiquam opus eſſe. Itaque ſex menſium ſpatio quatuor mille balneis calefaciendis ſuffectura omnis hæc librorum copia Vulcani furoribus, & unius Chaliphæ libidini ceſſit, Abulpharagio narrante. Dalham Flor. L. 1. de Canon. Dogmat. Chr. Vindob. 1784. Diſſ. III. pag. 103.

Hungaro, hac occaſione fatales præteritorum temporum caſus in memoriam revocanti, lacrymas eliciat oportet Bibliothecæ Mathiæ Corvini triſtiſſima recordatio, in quam inde ab an. 1465. ingens librorum vis e Conſtantinopoleos, Athenarum, aliarumque Græcarum urbium ruinis collecta fuit, ut referta libris MSS. & inventa recenter arte typographica impreſſis, raris, Latinis, Græcis, Hebraicis, omnium, quas tum Europa habebat, facile princeps, minimum 50. millia voluminum complecteretur. Modica ſolum, eaque late diſperſa ſuperant fragmenta. Rmus. Franc. Krommer (pag 662. l. 31.) Inſtit. Hiſt. Lit. Bud. 1783. pag. 194. Corn. a Lap. Proleg. in Eccleſiaſticum C. III. propius finem ita habet: Apologi Morales S. Cyrilli in quatuor libros partiti, diu a me quæſiti, reperti ſunt in Bibliotheca Budenſi, quam inſtituit Mathias Corvinus. Edidit eos noſter Balthaſar Corderius Viennæ Auſtriæ S. Scræ. Profeſſor.

Addo lepidum exemplum corruptionis, vel ſi mavis, mutationis omnes codices occupantis, exemplum e trivio ſumptum, pueris notum, quod ſuppeditat P. Ignat. Weitenauer de diffic cillimo genere epiſtolarum Aug. Vind. an. 1769. pag. 119. *vitam cum morte commutare:* Omnes variorum annorum editiones Ciceronis, omnes Lexicographi ita habent, etiam ipſe Nizolius, qui Ciceronem totum pæne tranſcripſit, ubi tamen primum exemplar & res poſtulat: *mortem cum vita commutare:* Errorem hunc Jacobus Pontanus Latinitatis cuſtos fidiſſimus Progymn. 71. his verbis cavere juſſit: *Mortem cum vita commutare:* quidam phraſin non intelligentes inverſo verborum ordine dicunt, vitam cum morte commutare; hoc enim eſt ex mortuo vivum fieri, vitam ſcilicet pro morte recipere. Commutationis ſenſus, a commerciis quotidianis aſſumptus, communi errori occaſionem dedit, ut author narrat pluribus.

Ceſſet igitur omnis illa de impoſſibilitate corruptionis tradita hucdum doctrina, ſed ab exemplis ſatis confutata: *Vulgatæ*, cujus omnia exemplaria juxta heterodoxos ſpiſſiſſimis vitiis ſcatebant, *lectionis Hebraicæ*, e. gr. in chäari, (pag. 992.) quæ omnes uſuales codices occupavit, *defectuoſæ*, qualis Pſ. 145. in univerſis codicibus, *fatalis illius caſus*, quo Danielis, & Eſtheris partes, libri Tobiæ, Judith, Baruch, Eccli. primus Machabæorum, ex integro perierunt. E quibus ſimul ſumptis liquet, poſſibilem eſſe, poſſibilitate conjuncta cum actu, ſeu aliquando etiam contingere errorem, & depravationem, quæ omnibus codicibus longe, lateque per orbem diſperſis reddatur communis. Quod de-

demum ipſius hodierni Hebræi codicis inſpectione docemur, nam lectio, & omnis Maſorethicus apparatus communis eſt omnibus codicibus Judæorum, & Chriſtianorum, in qua lectione, & apparatu multiplex error continetur, errorem interpretando, quidquid ab archetypo quoad ſenſum diſceſſerit.

Ad arg. Muiſii dico, hoc precario ſumi: non eſt verum codicem Hebræum a Chriſto, & Apoſtolis Eccleſiæ ſpecialiter traditum, & commendatum fuiſſe; ſi quoddam exemplar hanc prærogativam præ alio conſecutum fuit, illud eſt Alexandrinum Græcæ verſionis. Non fontes Hebraici puriſſimi, qui fortaſſe nec aderant, ſed codex Helleniſtarum (complectens etiam libros deutero-Canonicos pag. 171. l. 26.) a Chriſto Eccleſiæ traditus eſt, ut hujus ſolius uſus, & abjectum omnis hebraismi ſtudium clare oſtendit. Chriſtus, & Apoſtoli illud exemplar commendaverunt, quo uſi ſunt; atqui iſtud Helleniſtarum fuit. (pag. 259.) Chriſtus Eccleſiæ tradidit cuſtodiendas veritates V. Tto contentas, & quidem prout exhibebantur verſione Alexandrina, has non codicem Hebraicum Sponſa Chriſti accepit. Negatur puriſſimi codicis Hebraici conſervationem eſſe unum ex neceſſariis, tum quia ſecus vere aliquid neceſſarium jam in Synagoga defuiſſet ante tempora Chriſti, defuiſſet certo poſterioribus ſeculis in Eccleſia, quia multorum librorum textus originalis perierat, puta Tobiæ, Judith &c. Si Hebræus codex corruptus eſt, Eccleſia in jus vocari nequit, quæ corruptionis crimen non admiſit, & cujus officium non fuit Hebraicos codices ſartos, tectosque conſervare, quia Chriſtus, & Apoſtoli nunquam hoc onus ei impoſuerant. Quod

patet ex eo, quia nec lingvarum cognitionem, nec fontium lectionem ſuis præcepit doctoribus, contenta ſvadere lectionem Scripturarum in verſionibus. Quod ad N. Ttum ſpectat, quid in fonte ſit, maxima fidelium pars tamquam in lingua ſibi vernacula abſque ſpeciali Eccleſiæ ſolicitudine cognovit, & non intelligentibus fideli translatione communicavit. (pag. 868.)

Quod autem nonnulli obſervant, non eſſe in poteſtate Eccleſiæ verſionem fonti æquare, & ita ſola verſione fideles paſcere, explanatione diſſolvitur: Fidelis, & accurata verſio eſt fontis ſui, quantum utriusque lingvæ indoles patitur, adæquata repræſentatio, ut fons, & hæc verſio ſpectari poſſint, quaſi duo exemplaria ſibi æqualia, quo poſito omnis ratio ceſſat prælationis, manente tamen ex aliis titulis penes fontem primaria dignitate. Hoc de *vero fonte* intellige, qui omni humano criterio ſuperior independentem ſuam authoritatem in verſiones transfundit, fonti huic omnis ſubordinatur verſio, nulla æquatur. (pag. 97. 110.) Sed hodierni fontes apographa ſunt, non ſine erroribus ad nos transmiſſa; verſio *a* expreſſa fideliter ex apographo *m* vetuſtiori, & fideliori, qua apographi ſui repræſentatio præponitur apographo *n* minus vetuſto, minusque fideli, exemplaria exemplaribus comparantur, & fideliora præferuntur ſeu apographi fuerint, ſeu verſionis. Dum verſionem e. gr. 70. viralem fonti Hebræo hodierno in certis locis præferimus, iſtud agimus ex veneratione archetypi, cujus ſenſum non Hebraico codice hodierno, ſed 70. virali editione conſervari credimus. Eſt autem in poteſtate Eccleſiæ, atque ex rectæ Critices principiis naſcitur, verſionem,

quæ

quæ archetypi fidem ſervat accuratius, exemplari Hebræo, quod minus fidele eſt, anteponere.

Objectio tertia.

Si ſtatuatur corruptio Fontium, tempus, occaſio, author, & loca corrupta aſſignari debent; atqui hæc aſſignari nequeunt. Ergo nec debet ſtatui corruptio.

Reſp. Loca corrupta aſſignavimus diſperſim, & accumulate ſatis multa. (pag. 311. 695. 796. &c.) Cætera nullo jure exiguntur; neque enim, ubi locus in manifeſto peccatu tenetur, debet tempus, & occaſio, vel author aſſignari, ſed corruptelæ remedium eſt inveniendum. Argumento locus eſſe poteſt, dum quis admiſſi criminis inſimulatur, & alia deſunt indicia; verum ubi corpus delicti adfuerit, indignum prorſus eſt, rabularum more tali argutiola tempus ducere. Pone incendio domum flagraſſe, propter viam jacere exanime cadaver hominis pugione transfixi, præſentem adeſſe puellam prægnante ventre partui proximam: jam argumentare: vel interdiu, vel noctu, domi, aut foris virgini ſtuprum fuiſſe oblatum. Non domi, quod cum parentibus eſſet, non foris, quod exitu prohiberetur. Ratio horum eſt, quod crimina latebras amant, tenebras quærunt, lucem fugiunt, atque ideo effectus quidem producitur, author, tempus, & occaſio ignorantur. Illati damni, & commiſſi ſceleris plerumque ad notitiam hominum nullus eſt author; ſummum ſcelus erat Scripturas vitiare, quisquis projectæ hujus temeritatis fuerit, nihil non egit, ut lateret. Felices rerum dominos, ſi teneret argumentum! ſi quis furatus eſſet, denominari poſſet; porro ex theſauro Scripturarum quisquis rapit, fur eſt ſacri-

legus, Judæi tales ſunt teſtè Origene.

Quoniam vero ad hoc, ut aliquid contigiſſe affirmem, authorem, tempus, & occaſionem proferre ſecundum te neceſſe eſt, ne ſecus factum fuiſſe impune negetur, I° libenter ſcirem, Libri Judicum, Ruth, Regum, Paralip. Jobi, Judith, Machab. Sap. Eſtheris, quibus authoribus, qua ætate prodiverint. II° Pariter cupiditas me inceſſit ex te certo cognoſcendi, quis & quando Pontificibus, qui ante Siricium ad clavum Eccleſiæ ſederunt, eplas. circiter 70. inſigni vafritie, ut cenſes, ſuppoſuerit? quis item 8. libros conſtitutionum Apoſtolicarum Clementi, & ſic dictos Apoſtolicos Canones 50. vel 85. Apoſtolis inſcripſerit; Nam Epiſtolas illas, Canones, & Conſtitutiones, aliaque hujus generis opera per impoſturam fuiſſe ſubtruſa, in Jure Canonico mihi ſerio, atque identidem fuit inculcatum; ſed jam per te meliora doctus, niſi tempus, & occaſio exercitæ iſtius impoſturæ mihi genuine narretur, hæc omnia ſuppoſita fuiſſe negabo. III° peto mihi aſſignari authores, tempus, & occaſionem depravationis libris Sibyllinis illatæ, eos enim aut penitus fictos, aut a Chriſtianis interpolatos omnes confitentur, ut ſec. III° jam nec apud ethnicos, nec apud Chriſtianos genuini extiterint. IV° poſtremo illud etiam erudite non minus, quam clare doceas velim, Breviarium in hanc, qua hodie ab omnibus ſacerdotibus uſurpatur, formam quis, & quando redegerit? & quando, quo authore vulgariſſimus baptiſmi per affuſionem uſus ſit univerſaliter invectus, dum antea adhuc etiam ætate S. Bernardi, & S. Thomæ, ſive ſec. XII. & XIII. Catechumenos communiter trina immerſione veſtibus exutis toto corpore fuiſſe ablu-

lutos dubio vacat. Teſtibus Dion. Areop. de Cœl. Hier. Cyrill. Jeroſol. Catech. Myſtag. 11. Chryſ. Hom. VI. in C. II. ad Coloſſ. epl. ad Innoc. Pap. Ambros. Serm. X. Ord. Roman Cap. de Sabbato S. avidas adfero aures, quia me quoque decet iſtud non ignorare.

Sed nugas nugivendulis relinquamus! nec Regnorum potentiſſimorum, aut rerum illuſtriſſimarum publicas converſiones, & mutationes poſſumus aut tempori ſuo aſſignare, aut, ſi de prima origine quæratur, etiam ſimpliciter proferre. Ratio horum omnium exprimitur in Concilio Toletano VI° Can. 6. *longinquitate enim temporis ſæpe fit, ut originis ratio lateat.* Ut oneri authores, tempora, & occaſiones quorumvis factorum definiendi nemo ſubjectus ſit, hanc veniam petimusque, damusque viciſſim.

Urg. Bene ſic arguimus: Si quæpiam innovatio, aut mutatio in rebus fidei contigiſſet in Eccleſia Romana, prout heterodoxi criminantur, deberet aſſignari author, tempus &c.

Reſp. Diſpar ratio eſt: quia Eccleſia accuſatur de profeſſione publica externa, quæ latere nequit. E contrario hic fontem accuſamus de arcanis, & ſæpe neque legenti obviis mendis in publico patefieri non ſolitis. Catholici oſtendimus fidem, quam hodie profitemur, ſemper fuiſſe in Eccleſia. Potuit quidem fieri, ut certi dogmatis non tam exſerta, & illuſtris eſſet aliquo tempore profeſſio, quia hoſtis, qui impugnaret, defuit, erat tamen aliqua, & ſane contrarium aliquando obtinuiſſe dogma non oſtendetur in æternum. Cum ergo Sectarii pro contrario nullum argumentum proferant præter quasdam conjecturas, & tamen ſi contrarium dogma

ma obtinuiſſet, latere non poterat, bene urgentur, ut mutationis authorem, tempusque definiant. Nos oſtendimus contrariam, aut certe diverſam lectionem olim in quibusdam locis Biblicis ſtetiſſe. Biblia Hebraica deliteſcebant in arcanis ſcriniis, igitur etſi tempus nemo obſervaverit, vitiari potuerunt.

Rurſus: Dogma, fidei adhæſione, morum regulæ vitæ inſtituto exprimuntur, adeoque caſu, & occulte non fiunt: ex adverſo error in quosdam textus particulares fortuito nemine obſervante immigrare poteſt, ut tempus, & occaſio determinari non poſſit. Tempus nihilominus aſſignamus: Danielis, & Eſtheris partes jam Origenis tempore defuerunt, hiſtoriam Suſannæ ita judicante ipſo Origene ſuffurati ſunt Judæi, ut peſſimorum Presbyterorum ſuorum honori conſulerent. Libri Tobiæ, Judith, primus Machabæorum, & Eccleſiaſticus ævo Hieronymi lingva Originali extabant, priores enim ex ſuis fontibus vertit, de primo Mach. in Prologo Galeat. dicit: *Machabæorum primum librum Hebraicum reperi*, ſecundus Græcus eſt &c. De Eccleſiaſtico Præf. in LL. Salom. ita loquitur: librum filii Sirach *Hebraicum reperi*, *non Eccleſiaſticum*, *ut apud Latinos*, *ſed Parabolas prænotatum*, *cui juncti erant Eccleſiaſtes*, *& Canticum Canticorum*. Notat Corn. a Lap. Præf. in Eccli. uti etiam Calmetus, Eccleſiaſticum 100. annis ante Chriſtum, ut librum Canonicum a Rabbinis lectum fuiſſe; mox poſt tempora Chriſti libris *chhitzonim*, ſeu exteris, & non admittendis, titulo libri *Ben Sira*, adnumerarunt, lectione ejus, ut habetur in Thalmud, interdicta, quia, ſicut dicit Rabbi Salomon, plures perſonas ponit

in

in Deo. *Chäaru* Pſ. 21. adhuc ætate Aquilæ, & Hier. erat in textu, immo etiam ſec. VI° juxta dicta. (pag. 1000.) Maximæ autem mutationes poſt tempora Hier. contigerunt ex labore Rabbinorum Tiberiadenſium, ſive Maſoretharum, (pag. 633.) indubie ignoratione, quandoque etiam odio Chriſtianorum, lectiones aliquas veras falſis commutaverunt, nam ab hoc tempore deprehenditur illa codicis Hebræi, ſeu Maſorethici a Chaldæo, & 70. virali lectione diſcrepantia; & ſane occaſio hæc invehendæ novæ formæ, & mutationi opportuniſſima fuit.

Objectio quarta.

Si Judæi quædam ſtudioſa perverſitate corrupiſſent, tum certe loca de Meſſia ſonantia; ea vero non tantum incontaminata ſunt, inſuper magis Chriſto favent, quam verſiones, clarius in locis illis Judæus ex ipſo fonte, quam ex Vulgata convincitur. Ita diſerte aſſerunt viri eruditionis varietate, ingenii acumine, & judicii ſoliditate cæteris non poſtponendi. Raymundus Martini Dominicanus ſec. XIII. in Hiſpaniis LL. Hebr. Rabbin. Thalmud. Chald. Arab. doctus, Judæorum celebris oppugnator Tom. I. Ugol. *in Pugione Fidei* §. 14. dicit *in plurimis S. Scræ. locis veritatem multo planius, atque perfectius haberi pro Chriſtiana fide in litera Hebraica, quam in translatione noſtra.* Andradius, ſeu Diego (Didacus) de Payva Theologus in Luſitania Coimbricenſis, Concilio Trid. cujus fidei defenſionem, a morte ipſius an. 1578. editam, adornavit, præſens, L. 4. Defenſ. *Qui* inquit *Hebræa pie, ac religioſe tractant, multo in illis ampliora de Chriſto teſtimonia, quam in latinis, græcisve offendunt.* Fatetur hoc

ip-

ipſum apud Joſ. de Voiſin in Obſerv. ad Pugionem fidei etiam Bellarminus: *ſæpe codices Hebræi magis vexant Hebræos, quam Græci, & Latini.* Quod exemplis, ut ſibi perſvadent, luculentis illuſtrant.

Pſ. II. 12. *Apprehendite diſciplinam*, h. e. vos Reges, & terrarum domini Meſſiæ doctrinam, & inſtitutionem ſuſcipite, ne forte iraſcatur, & e veſtigio pereatis. Nitidius, & ſignificantius eſt in fonte: *naſchſcheku bar*, ſeu *oſculemini Filium*, eum videlicet, de quo v. 7. præceſſit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Oſculemini* in ſignum reverentiæ, obſequii, & adorationis, prout oſculari in Lat. *adoro*, ſeu manum ori admoveo oſculi cauſa, in Gr. proskyneo, ex *kyſein*, ſeu baſiare derivatur, atque in Bibliis pro adoratione uſurpatur Gen. 41. 40. I. Reg. 10. 1. III. Reg. 19. 18. Omnibus notum eſt illud Hieronymi: Hebræos juxta linguæ ſuæ proprietatem deoſculationem pro veneratione ponere.

Pſ. 39. 7. *Aures autem perfeciſti mihi*, luculentius Chriſto favet Hebræus textus: *aures perforaſti mihi.* (pag. 1001.) Dan. 9. 27. *deficiet hoſtia, & ſacrificium* poſt 70. hebdomades. Hebræus fert: jaſchbíth zæbachh, uminehhah, h. e. Meſſias *ceſſare faciet, vel abolebit ſacrificium, & oblationem.* Video etiam huc applicari ex N. Tto Matth. 2. 23. Salvatoris noſtri epitheton *Nazaræus*, quod per *tzade*, non per *zain* ſcribendum eſſe contendunt, ut non ad Samſonem, & Nazaræos alios, veluti Meſſiæ typos, ſed ad vicum Natzareth, habitationis locum, referatur, quod non tam ex Hebræo V. Tti textu, quam ex Syriaca verſione, & Hebrai-

braico Evangelio nuper a Tilio edito commendare non deſinunt. (pag. 115. 276.)

Reſp. I° Corrupiſſent præprimis loca de Meſſia ſonantia quomodocunque, imprudenter, & in ſuam perniciem *neg.* corrupiſſent prudenter, impoſturam ſuam conſveta calliditate exercendo *conc.* Si enim manifeſte tantum loca illa vitiaſſent, prævalente jam per orbem Chriſtianismo, ab omnibus fuiſſent riſu excepti, & manifeſtæ fraudis convicti. Quisquis alterum fallere, vel defraudare cupit, ut res e voto cedat, ita diſponit omnia, ut non detegatur. Itaque nec ubique in valde apertis, nec in ſolis de Meſſia ſonantibus locis auſi ſunt contemerare, quia in apricum veniſſet iſta impietas. Unde poſito eos non pauca ſtudioſe mutaſſe, quæ ad Meſſiam pertinere noverunt, dicendum eſt, alia etiam depravaſſe complura, ut ſe fraudis ſuſpicione liberarent. Hinc forſitan eſt, quod ipſa nomina propria monſtroſa flexione mutaverint, (pag. 580.) ut in ceteris quoque ſe jure a 70. virali verſione diſceſſionem feciſſe defenderent. Dum furto diteſcere famulus vult, multa in occulto ante ſe poſita non eripit, quo fidem ſuam hero probet. (pag 188. l. 10.)

II° Demus liberaliter Adverſariis, quod poſtulant. Pſ. II. 12. clarior aliqua in Hebræo ſe offert expreſſio. Eſſet tandem unicus hic locus, in quo fons aliquid ſignificantius pro Chriſto perſonaret. Sed propter illapſa menda, & turbatam interdum nativam lectionem multa in fonte leguntur obſcurius, quæ in 70. & Vulgata determinate, & multo clarius ad Meſſiam referuntur; unde potius contra fontes Hebraicos naſcitur argumentum. Demus minus luculentam eſſe in-

invitationem: *apprehendite ejus diſciplinam*: ſvaviorem, & obſequii pleniorem: *oſculemini Filium:* nonne utraque locutio ſenſum quoad ſubſtantiam eundem facit, & quoad rem una, eademque eſt? Nemo negat in fontibus, ubi integri fluunt, aliqua majori cum energia ſonare, quam in verſiones non ſemper pari felicitate licet transfundere. (pag. 624.) ſed hic quæritur, an in locis de Meſſia agentibus fons integer ubique ſit, & præ verſionibus archetypon repræſentet?

IIIo Negatur verti debere *oſculemini Filium:* (a) Quid ſi *naſchak*, ut *naſcag* etiam ſignificat apprehendere, velut pugillo tenere, ut 70. reddunt draxaſthæ? quid ſi olim naſcſcegu lectum fuit? quod dum in *hiphyil* notione apprehendendi aliquoties occurrit in Scriptura, non eſt incredibile, etiam in *piyel* eadem ſignificatione fuiſſe uſurpatum. (b) Nemo unus veterum ita tranſtulit, ſed mira conſenſione omnes iſtam repudiant verſionem. Aquila reddit: kataphiléſate eclectos: oſculemini electe, eximie. Symmachus: proskynéſate katharos: adorate pure: quam verſionem in translatione ſua expreſſit Hieronymus, licet in Apolog. contra Ruf. verſionem illam de baſiando Filio, noſtra ætate acceptiſſimam, at minime fortaſſe (ait Calmetus) meliorem, ſibi placere non diſſimulet, quando ita mentem ſuam aperit: „Qui in Commentariolis dixeram: adorate Filium: in ipſo corpore ne violentus viderer interpres, dixerim adorate pure, ſive electe.„ Aquila, & Symm. in ſignificatione *naſchſcheku*, oſculemini, ſeu adorate conſentiunt, ſed *bar* per Filium non reddunt, potius *bar*, aut *bor* pro *puritate*, vel adverbio *pure*, *electe* interpretantur, quia ſic occurrit non

raro

raro in Bibliis, & quia hæc vere Hebraica eſt, altera *Filii* pure Chaldaica ſignificatio. (pag. 693. l. 2.)

(c) Chaldæus, qui vernaculam vocis *bar* pro *filio* ſignificationem optime ſcivit, *kabbelu ulpana* h. e. *recipite doctrinam*, prorſus ut 70. *draxaſthe pedias*, ut Latine habemus, transpoſuit. Ulpan, ſeu cum *a* emphatico ulpana doctrina, ab *älaph* didicit, *illeph* docuit; itaque *bar* pro puritate doctrinæ habuerunt, vel pro adverbio *pure* omnes veteres: *mālo ſic*: *adorate pure*, *&* *ex animo*: inquit Calmetus. Edm. Caſtellus in Lexico heptaglotto Tom. 1. colum. 417. non (inquit) filium, ſed aliter vertunt 70. Æth. Chald. &c. cum pluribus Arab. nec non Hebr. interpretibus. Item Tom 2. colum. 2429. oſculemini non filium, ſed *legem*. Ita Hebræi antiquiſſimi, Midraſch thehillim, Æth. 2. 3. Arab. Armen. Aquila, Symm. „Ratio, cur docti in verſionem illam de baſiando Filio non conſentiant, eſt, quia *bar* tantum Chaldaice, & Syriace valet filium, remotus erat David ætate ſua a Chaldaicis notionibus vocum. v. 7. neceſſe fuit *filii* notionem exprimere, ſed non dicit *bar*, (vocem *far* h. e. frumentum a *bar* ejusdem ſignificati ducunt plerique) verum *ben*, ſigno haud obſcuro, *bar* v. 12. aliud valere; ex omnibus locis V. Tti unicus poteſt adduci Prov. 31. 2. ubi filius Davidis Salomon *bar* pro filio uſurpat. Sed, cum extraneæ dialecti, & rariſſima Hebræis antiqua illa ætate fuerit iſta acceptio, altera autem *puritatis*, ſeu per meton. *legis*, ſicut *berith* eadem radice, communiſſima, & Veteres omnes ita ſumpſiſſe con-

 ſtet,

ſtet, nihil eſt, quo ſibi in verſione: *oſculemini Filium:* recentiores ita complaceant.

Quidam textus corradunt, ut evincant jam ipſum Moyſen, tanto evidentius Pſalmographos, & Prophetas Chaldaismum, Arabismum, Syrismumque interdum conſectari: (pag. 541.) *primo: in flexione* vocum, ut quando looo *im* ponitur *in* numero plurali, apud Altingum pag. 432. loco ſuffixi tertiæ perſonæ ſing. in nominibus numeri pluralis *av*, *óhi*, ut Pſ. 116. 12. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? (nobis Pſ. 115. 3.) Hebr. mah äſchíbh L'Adonaj chol thagmul*ohi* yaláj. h. e. *quid reverti faciam Deo*, *omnes retributiones* (beneficia) *ejus ſuper me* veniunt ; &c. *Secundo*: quod propius huc referendum, *etiam in ſignificatione*, ut jam Deut. 33. *dath* h. e. lex *chhabab* non abſcondit, ſed dilexit, quod Arabes de amore loquentes paſſim uſurpant, ut Hebræi *ähabh; katal* occidit Job. 13. 15. ſchagä, erravit, ignoravit, defecit, *ſchabachh* laudavit Pſ. 147. 12. nobis 147. 1. lauda Jeruſalem Dominum, lauda Deum o Sion! Schabbechhi eth Jahvoh, halleli Ælohajch Tzijon! *rachham* miſertus eſt, Syr. Chald. Arab. dilexit, Pſ. 18. 2. *diligam* te Domine fortitudo mea: ærchhomcha Adonaj chhizki. *Athah: venit* Deut. 33. in *hiphil* alteri fecit advenire, ſeu *dedit*, ut Hung. atta, ſeu adta, Arab. vulgariſſimum. &c. (pag. 832.)

Sed ex his id unum conſequitur, omnes has linguas, Arabicam, Æth. Phœniciam, Samar. Syr. Chaldaicam, unius, ejusdemque linguæ (fors Hebrææ, ſi mater cunctarum ponatur, vel prioris, ſi tantum ſoror eſt) prima illa æta-

ætate retruſiſſima in Oriente omnibus hominibus communis dialectos eſſe; non tamen hinc efficitur, voci Hebraicæ Chaldaicam, aut Arabicam notionem illico tribuendam, (pag. 825. & 850.) præſertim ubi nemo veterum ita ſumplit, & alia frequens in Hebræo ſignificatio occurrit, ut contingit voculæ *bar*, ſeu bor h. e. puritas Pſ. 18. 24. II. Sam. 22. 25. Nec fingenda ſunt myſteria, quaſi David ideo Chaldaicam vocem adhiberet, quia Chaldæos, & Aſſyrios Chriſti hoſtes in Spiritu ſit allocutus, advertendum potius, verſioni *Filium* nec ſyntaxim Hebræam ſatis congruere, namque *naſchak* dum oſculum perſonæ dandum exprimit, paſſim conſtruitur cum Dativo, ſeu litera *lamed* præfixa, ut in citt. locis videre eſt, raro, ſolum Prov. 24. 26. a voce ſcephathaim abeſt *lamed*.

Ad authoritatem Raym. Martini, Andradii, & Bellarmini dico: eos intelligendos de iis, quæ ex proprietate linguæ, idiotismis, & emphaſibus ad claritatem ſenſus conferunt, ſuppoſita, ut paſſim contingit, illibata fontis lectione. Si plus dicunt, in re evidenti, quæ pro nobis clamat, deferendi ſunt. Loquendo enim univerſim de dogmatibus religionis ex cauſſis obſcuritatis, quas ſect. priori longo ſermone perſecuti ſumus, non ut iis confirmandis clariores, & magis fixas haberemus in Hebræo expreſſiones, præterea ſexcentis textum obſervatiunculis non infrequenter præmunire cogimur, ne veritatem ibi quidem poſitam, ſed minus determinatam eripi nobis patiamur. En aliqua exempla, quæ vel alia dogmata, vel Meſſiæ attributa exprimunt! (1) an clarius legitur in Hebræo, quam in Vulgata Gen. 49. 10. *non auferetur ſceptrum de Juda*

vide pag. 784. 686. 738. (2) an Iſai. 53. 9, & reliquis verſibus paſſio Chriſti in Hebræo clarius, & magis determinate hodie deſcribitur? pag. 791. (3) an Pſ. 44. 4. & reliq. præ 70. & Vulgata Hebræa lectio Chriſto favet? pag. 714. (4) an Gen. 14. 18. de ſacerdotio Melchiſedech, prout panem, & vinum obtulit, clarior in Hebræo expreſſio? pag. 709. (5) an Gen. 48. 15. aut Job. 5. 1. Latina, aut Hebraica lectione cultus Sanctorum magis firmabitur? pag. 759. 705. (6) an ſeptem dona Spiritus S. Iſai. 11. 2. ex Hebræo clarius educuntur? pag. 784. (7) an liberum arbitrium Gen. 4. 7. lectione Hebræa evidentius docetur? pag. 762. (8) an, quod panem Angelicum homo manducaverit, Hebræus textus majori lumine fundit? Pſ. 78. 25. pag. 791. (8) an Danielis C. 9. 26. luculentius hodie traditur reprobatio Judæorum? quid P. Gazzaniga dicat, jam audivimus (pag. 886.) Vulgata clariſſime habet: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt. (10) an Originalis peccati apertior, & magis defixa in Hebræo enunciatio Pſ. 50. ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum &c. pag. 805.

Voluit Deus in Scripturis V. Tti magis fundamentum, atque, ut ita dicám, memoriale, quam certam, & omnimodis determinatam dogmatum N. Tti explicationem proponere, ut Traditio velut cynoſura in locis minus claris, minusque determinatis reſpiciatur, atque hinc naſcitur, ut in verſionibus aliqua ex traditione clarius ponantur.

Job. 14. 4. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui Solus es? Hebr. mi jiththen tahor mittamë lo æchhad:

chhad: *quis dabit mundum de contaminato? non unus.* Hæc nihil aliud: cætera *conceptum ſemine, tu ſolus* ſola addit traditio. Quæ res non parvas injicit moras in Theologia Dogmatica, quando dogma ex hujusmodi textibus venit conſtabiliendum; Longe plenius 70. & ex iis PP. ante ſec. VItum *Nemo mundus a ſorde, nec infans, cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* (pag. 390. l. 18.) optime faciunt, qui in his obſcuritatibus, & locutionibus indeterminatis antiquiſſimas conſulunt verſiones. Job. 19. 25. clarior eſt dogmatis de univerſali reſurrectione carnis in 70. & præprimis Vulgata enarratio, quam in hod. Hebræo. Scio, quod Redemptor meus vivit &c. (pag. 583. l. 32.)

Eccl. 9. 1. neſcit homo, utrum amore, an odio dignus ſit. In Hebræo: *etiam amorem, etiam odium* (abeſt vox *Dei*, & notio *digni*) *non ſciens homo, omnia ante facies eorum*, ſeu coram eis. Sine dubio ad dogma Catholicum minus clare ſonat in fonte. P. Gazzaniga Tom. VI. de Juſtif. Diſſ. 2. C. 4. hunc locum vocat ex V. Tto decretorium, ſed mox innuit poſſe *Hebraici textus* ſenſum reduci ad ſenſum Vulgatæ, eique concordare, bene gnarus a nonnullis etiam Cátholicis ex Hebræo aliter explicari; quoniam autem teſte Damiano Czerny L. 2. Hermen. Inſtit. edit. Brunæ 1782. pag. 51. inter loca a Vulgata male, & contra doctrinam fidei verſa etiam hic numeratur, opus eſt vindicare.

Hebræas voces iſthic occurrentes omnes intelligimus: Dicit Salomon: *ſunt juſti, atque ſapientes*, (h. e. moraliter pii) & *opera eorum* ſunt *in manu Dei*, male Lutherus punctavit lo-

eo *opera*, ſubditi, unterthanen pag. 642. l. 30.) *& tamen neſcit homo* &c. v. 2. *Sed omnia ſervantur in futurum incerta.* Hebr. *gam* ähabah, gam ſcinäh, ë'n jodeya haädam, hacchol liphnæhæm. Quæ nihil, niſi quod ſupra expreſſum fuit, ſonant; verum contextus oſtendit ſenſum eum, quem Eccleſia in dogmate exprimit, juſtos de ſui juſtificatione coram Deo certitudine ſumma, ſive fidei certos non eſſe. Quaſi dicat: cum opera hominum quanti valeant ſeu in bonum, ſeu in malum, quantum ad præmium, vel pœnam abſcondita ſint apud Deum, & quantum ad noſtram cognitionem omnia in futurum revelanda interim reſerventur incerta, & vel maxime, cum res externæ, opes, fortuna, bona uxor, honores, &c. *univerſa æque eveniant juſto, & impio*, revera neſcit homo, an ſit in amore apud Deum, vel forte dignus ſit odio ejus. Porro cum dicit Salomon non poſſe cognoſci *ex rebus externis*, an amore Dei, (quæ vox ſubauditur) vel odio ejus digni ſimus, dicit illative pariter *ex internis actibus* certo, & infallibiliter cognoſci haud poſſe, externa allegat, interna, quia hominibus aliis non patent, omittit, nec tamen propterea excludit. Et vero: quis auſit certiſſime, & abſolute profiteri, ſe gratiæ Dei cooperari, perfecte Deum diligere, ut inter quotidiana certamina carnis, illecebrarum Mundi &c. nunquam deficiat?

Coram eis nempe addendum: ſervantur incerta omnia opera, coram juſtis, ſunt abſcondita, amor, & odium Dei erga eos latent, latet & dignitas operum ſuorum, antecedit faciem, conſpectum, cognitionem ipſorum, ut videri in hac vita ſine ſpeciali revelatione non poſſint, quare Symmachus vertit: *omnia coram eis in-*

cer-

certa. Chaldæus: non eſt, qui ſciat id, quod erit homini: omne in providentia decretum eſt, ut ſit ante eos. Conſentit Hier. in comment. 70. verſio, & Campenſis, quæ ponit: *omnia hæc hominem latent. Coram eis* multi ad *Ælohim* referunt, *ad facies Ælohim*, ſeu in conſpectu Dei ſunt tantum patentia hæc omnia. ſenſus utique idem.

Nec ex operibus propriis cognoſcit homo amorem Dei. Omnino ex parte Dei nihil deficit ad redamandum, ſed an noſtris operibus, quibus juſtitia comparanda venit, non miſceatur aliqua diffidentia, vana gloria, intentio ex accidenti quodam deminuens omne meritum &c. Quis caverit? væ etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam. (Aug.) Etſi igitur in textu ſolum dicatur, ex præſenti rerum ſuarum proſpero, vel ſiniſtro ſucceſſu hominem ſcire non poſſe, an a Deo ametur, aut minus diligatur, quia præſentia bona æque impiis conferuntur, aſſeritur tamen quoad rem incertitudo gratiæ, & juſtificationis, & implicite affirmatur ignoratio etiam ex actibus internis. Sermo conciſus eſt, non cuncta, quæ reapſe comprehendit, etiam diſerte enunciat.

Male igitur Cajetanus, (pag. 53. 584.) & doctiſſimus Salmeron (pag. 46. 104.) Comment. in 2. Cor. 12. in hoc aſſentientes heterodoxis, aſſerunt ex hoc loco pro incertitudine juſtificationis argumentum duci non poſſe, quod impii pleniſſime ſciunt ſe odio Dei dignos, tantum eo diſcrimine, quod hanc dignitatem ex bonis, aut malis in hoc ſeculo evenientibus colligere nequeant, cum bona, & mala juſto, & impio ex æquo contingant.

Nam advertere debuiſſent, in textu de ſolis juſtis eſſe ſermonem; illi non ſciunt, an revera in oculis Dei juſti, & amore digni ſint, aut odio; non hic comparantur juſti cum injuſtis, quaſi odium ad iſtos ſpectaret, ſed amor, & odium refertur ad ſolos juſtos, quos ſolos attingit præſens locutio. Alioquin nulla eſt conſecutio: ſcio me eſſe odio Dei dignum: ergo & amore: quia ad prius ſufficit quilibet defectus, quodlibet peccatum grave, ad poſterius requiritur perfecta, ſeu ex nulla parte conſtitutivorum, ac circumſtantiarum deficiens bonitas operis. Bonum ex integra cauſa, malum ex quolibet defectu.

Hieronymus ex Hebræo ita ad firmandam Catholicam veritatem exponit: Etiam in hoc dedi cor meum, & ſcire volui, quos Deus diligeret, quos odiſſet; & inveni juſtorum quidem opera in manu Dei eſſe, & tamen utrum amentur a Deo, an non, nunc eos ſcire non poſſe, & ambiguo fluctuare, utrum ad probationem ſuſtineant, quæ ſuſtinent, an ad ſuplicium. In futuro igitur ſcient, (juſti, qui modo non ſciunt) *& in vultu eorum ſunt omnia*: id eſt antecedit eos, cum de vita hac deceſſerint, notitia iſtius rei: quia tunc eſt judicium, (infallibile aperiendum) nunc certamen, (quod poteſt deficere) & quicunque adverſa ſuſtinent, utrum per amorem Dei ſuſtineant, ut Job, an per odium, ut plurimi peccatores, nunc habetur incertum.

Eccli, 5. 5. *De propitiato*, h. e. a Deo propitio condonato *peccato noli eſſe ſine metu:* in græco, qui fontis loco habetur apud heterodoxos, tantum legitur: *de propitiatione*, ſeu condonatione *non ſis ſine metu:* peri exilas-

mu

mu mé aphobos ginu. Ex quo varie explicant jam de futura remiſſione committendorum, jam de mera commiſſorum peccatorum pœna; e. gr. Lutherus vertit: non putes te ſecurum, etſi nondum ob admiſſa ſcelera punitus es, ut iterum, iterumque pecces.

Eccli. 31. 10. Ille beatus eſt, & erit illi gloria æterna, *qui potuit transgredi, & non eſt transgreſſus, facere mala, & non fecit.* Liberum arbitrium nitidiſſime expreſſum: In græcis hodie paſſim eſt interrogatio: Quis potuit transgredi, & non eſt transgreſſus? h. e. omnes, qui transgredi potuerunt, etiam ſunt transgreſſi; indubie male: an enim *ideo* ſtabilita ſunt bona illius?

Ne allatos (p. 1046. l. 22.) textus ex Pſ. 39. 7. *aures perforaſti mihi.* Dan. 9. 27. *abolebit ſacrificium*, & oblationem: poſtremo: nomen *Nazaræus* ſine omni animadverſione transmittam, *ad 1um dico*, nec certum eſſe, an alluſio fiat ad perpetuam, ac etiam poſt ſeptimum quippe libertatis annum ſponte continuatam ſervitutem, cum illa aurium pertuſio Exod. 21. 6. alio verbo exprimatur; ſed hoc omiſſo longe plus, & ad denotandam Chriſti incarnationem ſignificantius eſt, quod cum 70. & Apoſtolo ad Hebr. 10. 5. legimus *corpus autem aptaſti mihi.* Chriſto aures a Patre perforatas fuiſſe, quo exequendis juſſis obedientem ſignificaret, ex textu Hebræo hodie diſcimus: corpus fuiſſe Chriſto aptatum ex Paulo Apoſtolo intelligimus. h. e. ex Hebræo aliquid metaphoræ ad obedientiam exprimendam, ex Paulo realem naturæ humanæ aſſumptionem. Et quid amabo plus habet *aures perforaſti*, quam *aures perfeciſti?* an perforatio hæc aliam

ob cauſam contigit, quam ut aures ad audiendum perficiantur?

Ad 2um: vix aliquam eſſe differentiam: deficiet ſacrificium: & Chriſtus faciet illud deficere; imo Judæus oculis ſuis videt ſacrificium jam a tot ſeculis defeciſſe, aſt Chriſti virtute defeciſſe non videt. Præterea in hoc vaticinio plures polyſemæ voces, & ambiguæ occurrunt, ut *ſchomem* an active perditor, deſolator, vel paſſive perditus, deſolatus ſonet &c. Item illud *non ei*, quod ex verſionibus ſuppleri etiam judicio P. Gazzaniga (pag. 886.) debet.

Ad poſtremum: An Nazaræus per tzade ſcribi debeat, ex V. Tto nequit determinari, ſed tzade iſtud ex eo ſvadetur, quod Natzareth oppidum apud Syros, & alios Orientales per tzade enuncietur. (pag. 275.) Evangeliſta in Græco reddit per *zeta*, in Matthæi autographo quid fuerit, veroſimilius conjectamus; (tzade) de cetero res iſta ad Philologiam ſpectat, non ad dogmatis alicujus confirmationem, aut illuſtrationem, & quoad pronunciationem Zain, & tzade in noſtra lingua latina fere eodem modo per *s* effertur. Utrum aliquid per tzade, vel per zain ſcribendum ſit, hoc utique ex Hebræo diſcendum, ſed ex hoc tantum conſequitur, linguæ Hebraicæ magnam eſſe hodiedum utilitatem, quod ſequens ſectio docebit. Non tantum nude aſſeratur, dogmata in fontibus clarius poni, Hebræo textu Judæos magis premi, etiam proferantur loca illa clariora, avidis auribus excipiemus; interea vero omnem claritatem ad ea referemus, quæ ex phraſibus, & proprietatibus linguæ lumen mutuantur.

Prop-

Propter connexionem juvat etiam attingere quæſtionem, an in fonte N. Tti in textibus dogmaticis clarior ſit expreſſio, quam in verſione Vulgata? In paucis quibusdam conceditur, potiſſimum ubi rurſus ex idiotismis linguæ lux affulget; in aliis vero fatendum, ex lectione, quam fons offert, *interdum* plus moleſtiæ creari, & ſenſum illum, qui ex uſu firmando dogmati adhiberi ſolet, minus expedite fluere, vel quod vox occurrens, aut integra etiam propoſitio polyſema ſit, & ambigua, vel quod textus hodiernus a lectione archetypi deflexerit. (pag. 786, l. 28)

Ad Rom. 5. 12. *Per unum hominem* Adamum velut communem omnium parentem *peccatum in hunc Mundum intravit*, - - *in quo* (uno homine) *omnes peccaverunt*, loco *in quo* non eſt græce *en hò*, ſed *eph ó*, Erasmus, & alii torquent, quia torqueri poteſt, *quatenus*, vel *eo quod* omnes (imitatione unius illius hominis) peccaverunt; atque ita præclariſſimus de Originali peccato locus enervatur. Jam Julianus, Pelagiano fermento corruptus, adverſus Auguſtinum in græco præſidium quæſivit, ſed traditio ſatis determinat intelligi in ſenſu ad Adamum relativo, proinde *eph o*, ſeu *ſuper quo* hic valere *in quo*. Qui igitur male græciſſantibus, & errantibus pollicem premunt, incaute, & periculoſe faciunt. Gazzaniga Diſſ. III. Sect. C. IV. de Pec. Orig. Tom. IV. edit. Venet. 1792.

Ad Eph. II. 3. Inter filios *diffidentiæ* gr. apeitheias, h. e. imperſvaſibilitatis, ſeu inter eos, qui nec evidentibus argumentis ſinunt ſe perſvaderi ad ſuſcipiendam veritatem, & *nos* Hebræi

(ita

(ita loquitur etiam ſe iis, etſi minus malus fuerit, adnumerando, ut ſi inculpatæ vitæ concionator dicat: nos tales, & tales ſumus) *aliquando converſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem*, appetitum, *carnis*, & *cogitationum*, & *eramus natura filii iræ* h. e. pœnâ, vindicta & punitione digni. Deus autem, cum eſſemus *mortui* peccatis h. e. per peccata, *convivificavit* nos in (per) Chriſto, - - creati in operibus bonis, h. e. ad opera bona (facienda). Ut negare poſſint originale peccatum hic tradi, non pauci ad græcam vocem *phyſis* confugiunt, quæ hic non naturam h. e. internam principiorum conſtitutionem, non indolis corruptionem, ſed vel idem, ac *realiter*, *vere*, *omnino*, *plene*, ut Syrus, Chryſoſt. & alii veteres teſte Hier. accipiunt, vel, ut conſentit Corn. a Lap. nativitatem, a parentibus deſcenſionem, prout ad Gal. 2. 15. & 4. 8. dicitur *nos natura Judæi* h. e. proſapia, interpretantur, ut vere pœna digni ſimus, ſed ob actualia peccata; non agi hic de originaria labe ſatis oſtendunt præcedentia, inquit Grotius; hinc infantes non naſci dignos damnatione neoterici concludunt. Quibus ſatis eſt reponere, Latinos Patres, dum contra Pelagianos actum fuit, vocis *natura* proprietatem fuiſſe interpretatos; natura corrupta actualium peccatorum cauſſa extitit & *mors* internam indicat corruptionem.

Deinde (ait P. Gazzaniga) non magna eſt utriusque verſionis differentia, atque hoc etiam modo ſignificatur, nos naſci omnino filios iræ, utique propter peccatum Originale. Diſſert. III. Sect. II. C. IV. pag. 154. Nos ex Judæis a Deo jam rejectis *nati*, ipſa *natalium* infelici origine

Ju-

Judaicam nobis attrahimus damnationem, ut ruſticorum filii a genitoribus ſuis ſuam trahunt ruſticitatem. Hic ſenſus poſt Conc. Trid. Seſſ. VI. C. 1. rejiciendus, ſane qua Adami progenies ſpectantur omnes, ut filii ejus, ita *natura*, h. e. participatæ naturæ corruptione filii iræ.

Pſ. 109. 1. Dixit Dominus Domino meo: ſede a dextris meis. Hebr. Dixit Jehovah iſti meo Domino: neüm Jehovah la *Adoni:* penitus in ſingulari, ac ſi de prophano aliquo domino ageretur, ſicut famuli ſuum compellant dominum; ſed non deſunt codices punctantes la *Adonaj*, quod jam Dei quoque nomen eſt; urgent tamen, qui Chriſti Divinitati infenſi ſunt, Patrem *Jehova* nomine creaturis incommunicabili, Chriſtum vero tantum *Adonaj* appellari, quod de dominis quibusvis in civili commercio etiam punctatione pluralis uſurpatur. Reſpondet P. Gazz. Chriſtum textum adhibuiſſe Matth. 22. 43. ex 70. verſione, ubi ſine ullo prorſus diſcrimine idem nomen Patri, Filioque tribuitur. Ergo dilucidior, & aptior eſt firmando dogmati verſio 70. viralis. Mihi vero certum eſt Pſalmum etiam in litera ad Chriſtum Deum usque adeo pertinere, (pag. 21.) ut Davidem nulla ratione reſpiciat, qui nullo uſitato, aut conveniente ſenſu poteſt ad dexteram Jehovæ collocari, aut ſacerdos conſtitui ſecundum ordinem Melchiſedech. (pag. 19. l. 15.)

Jacob. 5. 14. in vocibus *aſthenei*, *presbyterus*, *egerei* præſidium quærunt heterodoxi, recenter Joh. Bened. Carpzov Theol. Prof. Prim. Helmſtad. edit. Halæ in 8. 1790. monet non eſſe hæc æſtimanda more poſteriorum temporum, ſi *uncti*, & *raſi* cœperunt advocari, qui ex horo-

rologidiis, & Breviariis *arrhéta rhémata* h. e. ineffabilia (vel quæ vernacula lingua eloqui non ſolent, ſic puto ſugillat) verba admurmurarunt, poſtea ſuam ſubjicit verſionem: *Ægrotat* quis inter vos, vocet *peritiores ſuæ viciniæ*, qui precentur cum eo, & ungant oleo eum, & implorent divinum nomen, ac preces cum fide junctæ juvabunt ægrotantem, & *eriget* eum Deus, & ſi vel multum peccaverit, veniam obtinebit. En fructum fontani ſcrutinii! Ad Epheſ. 5. 32. *Myſterium* hoc magnum eſt: *non* inquiunt *ſacramentum.* (pag. 600. l. 34.) An dogma reſurrectionis (pag. 583.) Job. 19. 25. aut tempus adventus Meſſiæ in fonte clarius, quam in Vulgata definitur? (pag. 686. 737. 783.) Num loca quæ (pag. 16. l. 32.) adduximus, ibi Chriſtum luculentius oſtendunt? Num Trinitatis myſterio græcus codex 1. Joan. 5. 7. perſpicuum magis præbet teſtimonium, in quo illuſtre comma de tribus in cœlo teſtibus non tantum Eraſmus in prioribus duabus editionibus an 1519. & 1519. prætermiſit, (pag 589. ſeu 588. ubi erronee 585. poſitum) ſed etiam Rich. Simonius, (pag. 620.) & celebris Lud. du Four Abbas de Longuerue ſuppoſititium volunt, quod in tot exemplaribus deſideretur? (Gazzan. de Trin. Diſſ. I. C. III. Append. Tom. III. pag. 21.) Miſerias humanæ vitæ aſſerturi dicimus ex Job. 5. 7. *homo naſcitur ad laborem, & avis ad volatum*, Hebr. ädam leyamal jüllad, ubhne ræſchæph jagbihu yuph: h. e. homo natus eſt ad moleſtiam, & filii prunæ, ſeu ſcintillæ exaltant (ſe) volando, ſeu evolant in altum; *gabah* he mappikato altus fuit; *ræſchæph* (pag. 503. l. 6.) polyſema vox, prout etiam *yamal*; itaque mavult Calmetus:

ho-

homo naſcitur ad peccatum, ad iniquitatem, *& flamma, ut in altum erumpat.* Ita fontana obſcuritas non infrequenter dubios reddit ſenſus hucdum receptos. Quapropter Vulgatæ lectio retinenda in omnibus, quæ dogmatum, aut moralium veritatum confirmationem complecti creduntur, neque novis ex fonte translationibus turbandus eſt populus Chriſtianus eo prætextu, quaſi aliquid ſolidius ſtabiliendis veritatibus ex fontibus offerretur. (pag. 87.)

I. Cor. 15. 10. Ego Paulus *abundantius illis omnibus* (ceteris Apoſtolis, & Evangelii prædicatoribus) *laboravi: non ego, ſed gratia Dei mecum.* h. e. ſed principaliter gratia Dei, quæ mecum laboravit, ſeu cooperabatur, aut quæ meam adjuvit infirmitatem. Græce *uk ego de, all' hé charis tu Theu, hé ſyn emoi.* Prodit Erasmus: *non ego tamen, ſed grâtia Dei, quæ mihi adeſt.* Inſurgit Calvinus L. 2. Inſtit. C. 3. §. 11. in græco legi: *non ego, ſed gratia Dei, quæ in me eſt:* urgetque, doceri potius, libero arbitrio nullas eſſe in bono opere partes. Quam facile fuit regulam Hermeneuticæ adplicare! Dum unum principale eſſe ſignificatur, alterum negatur. e. gr. Gen. 32. 28. Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael! Si mens non læva fuiſſet.

Etiam ubi tollendis difficultatibus græcus textus ſervire videtur, recedit vero a Vulgata, non illico certam præſtat ſecuritatem. Joan. 7. 8. Dicit Salvator: modo celebratur feſtum Tabernaculorum, *vos* amici, & diſcipuli mei *aſcendite ad diem feſtum hunc* Jeroſolymas, *ego autem non aſcendo ad diem feſtum iſtum:* quia meum tempus nondum eſt impletum. v. 14.

Jam

Jam autem die feſto mediante h. e. poſt. tres, aut quatuor dies octiduanæ hujus feſtivitatis *aſcendit Jeſus in templum*, & *docebat*. Aſcendit: non aſcendit: eſt contradictio; multi græcum textum e veſtigio obtrudunt, aptiſſimum, ut volunt, conciliationis medium, ubi in omnibus impreſſis codicibus legitur: ego upó anabæno: vel: uk anabæno nyn, al. *arti. ego nondum aſcendo*, vel: *non aſcendo nunc*, *modo*. Vera equidem conciliatio ex diverſitate temporis, dicendum tamen græcas iſtas lectiones eſſe gloſſemata margini primum adjecta, poſtmodum etiam textui in multis codd. illata, quia vetuſti codices valde multi, Latini omnes, S. Aug. Cyrillus, Syrus, Perſa omnino cum Vulgata conveniunt, & notat S. Hier. L. 2. contra Pelag. Porphyrium Jeſu Chriſto diem de mendacio dixiſſe, quod iturum ſe ad diem feſtum neget, cum id animo meditaretur, & reipſa paucos poſt dies acceſſerit. Si ævo illo, prout hodie, lectum fuiſſet in græco, quo ſolo Porphyrius utebatur, nullus relictus fuiſſet locus nequiſſimo religionis hoſti, ut Chriſtum mendacii accuſaret, atque ubi iſtud tentaſſet, non neglexiſſent PP. eum ex lectione græca aut confutare, aut explodere potius; legebatur igitur, prout Vulgata habet, ex quo ab inimicis crucis aliqua ex livore, vel ignorantia licet leviſſima, ſumta eſt occaſio calumniandi.

Objectio quinta,

Teſtibus Philone, & Joſepho Flavio L. contra Apionem, Judæi religionis ſuæ usque adeo tenaces ſunt, ut atrociſſimam potius mortem, & exquiſitiſſimos cruciatus perferre parati ſint, quam ſine-

ſinere aliquid in lege mutari. Verba Joſephi ſunt: Judæis ex prima generatione inſertum eſt in his (legibus) permanere, propterea, ſi oportet, mori libenter, multos varias mortes potius in theatris ſuſtinuiſſe, ne verbum ullum contra leges admitterent, aut conſcriptiones avitas violarent. Palam eſt (inquit) ipſo opere, quantam nos Scripturis noſtris habeamus fidem; tanto enim ſeculi ſpatio jam præterito neque adjicere quidquam aliquis, neque auferre, neque mutare eſt auſus.„

Videmus adhuc etiam hodie miſerrimas diſſipatæ nationis reliquias in afflictiſſimo ſuo ſtatu per tot ſecula non tam religione, quam ſuperſtione admirabili, cujus nulla in exteris gentibus cernitur imago, conſtantiſſime niti ad retinenda fideliter ea, quæ ſe a Moyſe, & Majoribus ſuis accepiſſe ſibi perſvadent, & gloriantur.

Reſp. Falſum eſt eos tam diligentes fuiſſe codicum S. conſervatores, & quidem omni ſæculo, etiam poſt Meſſiam ab ipſis rejectum usque ad noſtra tempora. Aliud oſtendunt (pag. 674. 891. 931. 944. maxime 943.) noſtra argumenta (1) Libri Prophetarum plures oblivione ſepulti. (2) Libri Tobiæ, Judith, Baruch, Eccli. primus Mach. partes Eſtheris, & Danielis, amiſſa, vel abolita omnia. (3) Helleniſtarum libros deutero-Canonicos nobis conſervantium zelus multo magis conſpicuus. (4) Codicum Hebraicorum inter ſe collatorum infinita varietas, a verſionibus vetuſtiſſimis diſceſſio &c. Verba Philonis, & Joſephi firmiſſimam gentis ad inſtituta Majorum ſuorum adhæſionem vere exprimunt, ultra extendi non debent, præterea ſunt Ciceronis pro domo ſua, ut veritas iis conſtet, exponi debent in oppoſi-

tione ad ethnicam ſuperſtitionem; parati ſunt Judæi mortem obire, quam Moyſis negare authoritatem, & dogmata, inſtitutaque Majorum ex toto delere, & Judaismum abjurare. Sed hoc ipſum impellere eos poterat ad textus aliquos, quibus Judaica in Chriſtum impietas poſteriori tempore impugnabatur, aliqua ratione immutandos. Sicut olim Chriſtiani, ne hæretici iis abutantur, quædam in codicibus ſuis permutaſſe pia ſimplicitate, perhibentur. Inſuper manente zelo etiam ardentiori particulares libri vitiis contaminari potuerunt, & tales aliis communicari. De hac vel illa gente, e. gr. noſtra quoque dicere licet, ipſam patritas leges tanto ardore cuſtodire, ut omnes potius vitam, & ſanguinem fundere parati ſint, quam ut illas immutari, aut violari permittant, non tamen eſt incredibile, aliquos ita eſſe affectos, ut eas, vel aliquas earum in particulari evertere, & evertendas aliis ſvadere nitantur.

Deinde zelum, quem ætate Joſephi adfuiſſe narrant, per 1700. annos perſeveraſſe unde probabunt? ſpeciali zelo feruntur ad conſervandos libros, *ut habeant eos: trans. ut habeant integerrimos*, & in omni textu ſemper incorruptos: *neg.* Habent legem, ut exemplaria ſine omni nævo tranſcribant, ut ſi vel unica litera deſit, aut abundet, jam codex talis, ceu prophanus in Synagogis lectioni publicæ nequeat adhiberi, prout narrat Maymonides in Tract. de Libro Legis C. 10. ſed quando tulerunt eam? & an ſemper, ac ubique per tot ſecula obſervarunt? Heu quam facile eſt leges præſcribere!

Judæi homines ſunt absque judicio, parum disquirunt, an vitium in aliquo textu non ſubrepſerit, contenti habere quoad ſubſtantiam; ha-

habent zelum, ſed non ſecundum ſcientiam, quamvis, quod Valtonus Proleg. col. 77. animadvertit, zelus iſte feratur præcipue in *chhummaſch*, ſeu Pentateuchum, quamvis & hic facetas agant nugas, dum vaniſſima Thalmudis deliria ſanctæ legi præponunt. (pag. 965.) Habent zelum ad defenſionem errorum, non ad confirmationem dogmatum Chriſtianorum; habent hunc, & ſimul incomparabiliter majori odio exæſtuant in nomen Chriſtianum, & vehementior vis odii hujus eos excæcat, ne vera amplexentur etiam in lectione Biblica, ſed damnabili pertinacia falſa eligant, habentes velamen objectum oculis ſuis. (pag. 592.)

Citati duo teſtes Joſephus, & Philo exiguum Hebræi textus uſum, zelumque exemplo ſuo oſtenderunt, dum prior plerumque, (pag. 374. fin.) poſterior ſemper 70. virali adhæret verſioni, qui cum nobilis eſſet civis Alexandriæ, Hebraicam linguam judicio multorum vix primoribus labris attigit; Philonis eſt ſententia 70. viralem verſionem Hebræo ſuæ ætatis codici mirabiliter conſpirare, (pag. 219.) verſio hæc cedens in hæreditatem Eccleſiæ primis ſeculis manſit illibata, (pag. 260.) & tamen mirabiliter diffidebat ab Hebræo non longo poſt tempore; igitur videtur Hebræus textus mox in multis immutatus. Si tantus Judæis ſeculo primo, & ſecundo amor Hebræi ſui codicis inerat, cur eum Philo, & Joſephus præ Græco codice neglexerunt, cur hunc præ illo ſecuti ſunt?

Objectio ſexta.

Judæis ſunt credita eloquia Dei, h. e. Scripturæ S. Rom. 3. 2. Salvator ad Scripturas

eorum provocat, utque eas ad inveniendam veritatis viam ſcrutentur, author eſt. *Scrutamini* h. e. in imperativo: ſcrutemini *Scripturas*, *quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Affirmat, neceſſe eſſe impleri omnia in Lege Moyſis, & Prophetis, & Pſalmis de ſe prænunciata. Luc. 24. 44.

Reſp. Nihil ad præſentem quæſtionem iſta faciunt, ut mirandum ſit Theologos graves ad firmandam falſam ſuam de abſoluta Hebræi textus integritate opinionem rationes tam levidenſes adhibuiſſe. *(nn)* Rom. 3. 2. Judæorum objectio

(nn) Placet nonnullas reſponſiones commodo legentium in compendium redigere. (1) Ad providentiam Dei non pertinet fontes incorruptos conſervare, quia hoc non eſt neceſſarium, cum in verſionibus idem Dei verbum contineatur; poſtquam fidelis extat verſio, fontem perire nihil fidei incommodat, ſicut fons primi Evangelii mox ſeculis primis corruptus, atque ideo ab Eccleſia neglectus fideli ejus translatione in uſum univerſalem abeunte in deſvetudinem venit. Dicimus ergo religioni nullum contingere damnum etſi vel ex parte, vel ex toto originalis textus vitietur, quia veritates fidei ſufficit in verſionibus Authenticis conſervari. (pag. 114.)

(2) Etſi fons quomodocunque corruptus foret, Vulgata fidelis, & authentica verſio eſt, quia dum Hieronymus emendavit, aut convertit, ipſi præ manibus erant codices melioris notæ; Vulgata conformis eſt fonti, dum adhuc purior, & limpidior fluebat, & conſervata fuit in Eccleſia uſu publico ſub vigilantia Paſtorum, Hebræorum vero codices in arcanis apud ſolos Judæos ſervati multiplici de cauſa vitium contraxerunt, nec tam facile mutatio invecta potuit obſervari.

(3)

ctio fuit: ſi Lex non juſtificat, & gentes eligun-tur; ergo circumciſum, & Judæum fuiſſe nihil diſtat ab ethnico, & infideli: Reſpondet Paulus, Judæos hucdum prælationem habuiſſe, & ſpecia-

 lem

(3) Si irrepant in Vulgatam menda, tolli poſſunt ex codd. MSS. ex collatione plurium codicum impreſſorum, verſionum innumerarum ex ipſa paratarum, lectionibus veterum PP. ex ipſo contextu &c. etiamſi fontes abſolute evanuerint.

(4) Acroſtichi Pſalmi quando habent lacunam, vel defectum alicujus literæ, fruſtra dicitur, Davidem, vel Spiritum S. noluiſſe obſervare ordinem, ubi vetuſtiora verſionum exemplaria oſtendunt ordinem illum, aut ordo ille immediate redhiberi poteſt aliis interpunctionibus adhibitis.

(5) Aliqui dicere ſolent, originalem textum ubi perivit, equidem conſuli non poſſe, ſed dum extat, eſſe normam omnis verſionis. Tu diſtingue: quando extat incontaminate, concedito; ſuppoſitionem, quod ſemper ita extet, negato. Sic inanem luſum eluſiſti. Si enim manifeſte in tali loco integer extat, utique norma eſt, ſed poſteaquam novimus ex Hebræo integra capita excidiſſe, inferimus: ergo potuiſſe vitiari etiam alium librum, ut, e. gr. XX. capita illius integra perſeverent, II. autem capita habeant IV. textus a primigenia lectione alienos, proinde antiquas lectiones videri debere &c. & ſi illæ diſſentiant, ſuſpectam eſſe fidem uſualis codicis Hebræi in tali loco.

(6) Non eſt impoſſibile, errores etiam complures codicibus longe, lateque per orbem diſperſis communes evadere, nam ſeu authoritate alicujus Rabbini, ſeu quocunque ex accidenti ponas, decem homines codicem velut genuinum, & normativum acceptare, qui revera ſit erroribus nonnullis gravatus; deſcriptione quavis errores rurſus eosdem communicari, unum alterumve nove ſuperaddi, poſt tria, quatvorve ſecula errores erunt communes exemplaribus innumeris. Tales communes omnibus codicibus errores ex opinione AA. ſunt in 70. virali verſione de

lem a Deo protectionem, & gratiam conſecutos, ut ſua etiam eloquia illis concrediderit. Hoc eſt totum, quod textus continet. Porro ita Deus eloquia ſua illis tradidit, ut poſtea nato, & ab iis

de annis Patriarcharum, (pag. 357.) de tribus diebus Ninivitarum pœnitentiæ conceſſis, (pag. 310. l. 31.) de Cainan inter Sale, & Arphaxad, (pag. 283. 384.) Auguſtinus nunquam docuit, impoſſibile eſſe, ut errores, vel corruptiones omnibus codicibus fiant communes, immo palam aſſeruit, uno deſcriptore errorem inferente omnia deinceps exemplaria errorem illum combibiſſe. (pag. 310.) Si tamen error eſſet gravioris momenti, etſi fidem, & bonos mores non directe læderet, in codices, quibus Eccleſia Catholica utitur, univerſim immigrare Deus non ſineret; ratio eſt ſpecialis ejus aſſiſtentia, qua cavet, ne verbum ſuum in propria domo univerſali acceptatione Eccleſiarum graviter deformetur, extra Eccleſiam autem nihil prohibet iſtud evenire.

Multa alia nobis oggeri poſſunt ab hominibus in omnem occaſionem nos reprehendendi intentiſſimis, quæ facile ad ſequentia revocantur. (1) Etiam Manichæos dixiſſe Scripturas eſſe corruptas non ab Apoſtolis, ſed tardius a deſcriptoribus; idem Chriſtianis Mahometani objiciunt, ut facit Iſmael filius Aly apud Maracc. ad Refut. Alkor. pag. 12. Auguſtini de prioribus querelæ ſunt L. 1. de Mor. Eccl. C. 14. & epl. 82. Manichæi plurima Divinarum Scripturarum, quibus eorum nefarius error clariſſima ſententiarum perſpicuitate convincitur, quia in alium ſenſum detorquere non poſſunt, falſa eſſe contendunt; ita tamen, ut eandem falſitatem non ſcribentibus Apoſtolis tribuant, ſed neſcio quibus codicum corruptoribus. (Quibus ſic reſpondet) Quod tamen quia nec pluribus, ſive antiquioribus exemplaribus, nec præcedentis linguæ authoritate, unde Latini libri interpretati ſunt, probare aliquando potuerunt, notiſſima omnibus veritate ſuperati, confuſique diſcedunt.„ L. 32. contra Fauſtum C. 17. idem nervoſe urget, & Manichæos ad incitas redigit, quia, inquit, vetuſtiorum codicum verita-

iis non recepto Chriſto, ſicut regnum Dei, (via in cœlum pertingendi) & omnis religio, ita etiam Scra. S. ab iis fuerit ablata, conferenda genti facienti fructus ejus.

tate corruptio fuiſſet detecta, ideo hanc tentari non potuiſſe. *Quisquis enim hoc primitus auſus eſſet, multorum codicum vetuſtiorum collatione confutaretur, maxime quia non una lingua, ſed multis Scra. contine retur. Nam etiam nunc nonnullæ codicum mendoſitates vel de antiquioribus*, (codd.) *vel de lingua præcedente emendantur.* „

Reſp. Nos eſſe, qui veſtigiis Auguſtini preſſe inſiſtimus, demonſtamusque, Vulgatam adeo, ut prætenditur, corrumpi non potuiſſe, & ſi alteruter codex ſit accuſandus, accuſationem iſtam potius ad Hebræum pertinere; quia antiquiora exemplaria, & linguæ præcedentes, Chaldæi Paraphraſtæ, 70. virorum, Aquilæ &c. Vulgatæ atteſtantur. Cæterum Manichæi, & Mahometani dixerunt Scras. ex toto, in fonte, & verſionibus corruptas, Mahometh impie, & contra omnis hiſtoriæ fidem commentus eſt, non eſſe Chriſtum crucifixum, ſed ejus loco umbram ejus, vel alium aliquem. Ignoratio elenchi eſt hæc nobis objectare. Manichæi Latinas Scras. dixerunt falſatas, ſicut initio reformationis plerique heterodoxorum dixerunt in locis iis falſatas, quibus eorum errores confutabantur. Auguſtinus repoſuit, non potuiſſe iſtud contingere, poſtquam exemplaria erant in manibus omnium Chriſtianorum; potius pro incorruptibilitate Vulgatæ, ex adverſo Hebræi codicis, qui a manibus fidelium exulat, corruptibilitate hæc adferri poſſent.

(2) Gratius (ajunt) adducto pomum decerpere ramo, gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ. Quid mihi cum Vulgata? *Reſp.* In praxi omnis Chriſtianus verſione utitur, cum hac differentia, quod Catholici verſione utantur fontium ſeculi V. adeoque meliorum, heterodoxi minus jam perfectorum. Non credo ſerio Acatholicos doctiores affirmare, fieri male, quod Romano-Catholici Vulgata utantur, credo illos quoque

Potius, quia eloquia Dei ab iis jam inde a 1700. annis ad Eccleſiam translata ſunt, apud hanc, non apud perfidos Judæos quærenda ſunt genuina exemplaria.

Non

---

potius probaturos conſilium, quo eadem Vulgata pro uſu publico apud cunctos, quicunque Chriſtiana profeſſione tenentur, aſſumeretur. (pag. 463. 32. & 577.) Nam in hoc genere vetus odium poſitum eſt. Vere gratiora ſunt, quæ carmine præmiſſo dicuntur, atque utinam ex fontibus ipſis avidius biberent Theologi! ut hoc fine etiam in ſtudium lingvarum incumberent, non tamen ad evertendam, ſed confirmandam Eccleſiæ lectionem &c. In praxi etiam apud heterodoxos verſio unius, aut alterius aſſumitur etiam ab ipſis verbi Dei miniſtris, etiam apud eos jactata illa Hebraicæ linguæ cognitio plus habet falſæ gloriæ, quam veritatis; aliis ſuis functionibus occupantur laudabili cùm conatu, & majori diurni temporis impendio, quam ut lingvarum ſtudio ad perfectam comparandam cognitionem poſſint vacare.

Rurſus: eſto gratius ſit pomum ex arbore, aquam ex fonte ſumere, non tamen hoc ad vitæ ex his conſervationem eſt neceſſarium; ita etiam qui Vulgatam legit, eſto careat jucunditate ex fontibus captanda, habet tamen easdem veritates, eandem eſcam, & eundem potum ſpiritualem. Adde gratius eſſe *tantum ex ſuppoſitione*, quod fontes prorſus integri, & incorrupti ſint; nam pro caſu, quo hi ex aliquo accidenti vitium contraxerunt, contrarium obtinet. Ponamus mala pulcherrima collecta menſe Septembri reponi, & cura hominum ab omni putredine conſervari: ponamus alia manſiſſe in arbore, quæ ſubinde pluviis, frigore, aliisque aëris injuriis putredine fuerint vitiata, ut menſe Decembri jam nemo ea tangere, nemo edere velit. Ponamus & fonti torrentem aliarum aquarum influxiſſe, vel aquas hujus fontis injecto veneno corruptas, aut ſerpentum, & fœdiſſimorum reptilium lacunam evaſiſſe, tum enim vero poma domeſtica, & aquæ in rivulis conſervatæ, vel domum in amphoris deportatæ gratius ſumentur.

To-

Non amplius notus tantum in Judæa Deus, non amplius in Iſraël, ſed in gentibus magnum eſt nomen ejus, non amplius in Jeruſalem Deut. 16. 5. ſed in omni loco ab ortu ſolis usque

 ad

Tokaina vina non tantum Tokaini ſunt generoſa, meliora ſunt, quæ alibi ſervantur, quæ ſecus fontem, atque locum originis ſuæ deliteſcunt, deteriora. Poſtremo: quæſtio eſt, tuncne magis ex fonte bibatur, quando liquor Divini eloquii ex Vulgata hauritur: vel quando ex hodiernis apographis deſumitur: nos prius ſuſtinemus, quoad veritatem, & ſenſum propoſitionum, licet primatum apographis quoad ea, quæ ex idiotiſmis, & natura linguæ petuntur, ultro concedamus. Tunc ex fonte meliore bibitur, ſi ex Vulgata hauritur, quia hæc eſt antiquiorum apographorum præ hodierno Hebraico, & Græco repræſentativa.

Inter cauſas neglectæ Philologiæ, & lingvarum ſtudii intermiſſi referunt AA. hanc de corruptione fontium ſententiam, nondum ſatis Theologorum animis exemptam, & communem perſvaſionem de rara neceſſitate, quando cum heterodoxis agitur, fontes adeundi.

Quod ad prius attinet: eximi hæc ſententia animis orthodoxorum Theologorum nec debet, nec poteſt ſine præjudicio veritatis, quod jam abunde eſt oſtenſum. (pag. 860. &c.) Manent tamen, & optime cum hac ſententia conſentiunt omnia motiva ſtudium lingvarum OO. promovendi; neque enim linguæ iſtæ diſcuntur, ut Vulgatæ verſioni derogetur, ſed ut hæc ipſa verſio confirmetur, & illuſtretur, atque etiam latentes textuum ſenſus uberius explicentur, (pag. 623. & ſeq.) quod a multis orthodoxis lingvarum notitia eximie pollentibus eſt factitatum.

Poſterius autem, de rara, aut potius nulla interna neceſſitate ad Hebræos textus, quando cum heterodoxis agitur, adeundi, verum eſt; aut ſi res ſecus habet, aſſignentur illi caſus internæ neceſſitatis, producantur exempla. Graviſſimæ tamen aliæ præſto ſunt cauſſæ Fontes adeundi, ut ſeq. ſectione docebo.

Ju-

ad occaſum oblatio munda (Hebr. minchhah tehorah gr. thyſia kathara) ſacrificatur, & offertur nomini ejus Malach. 1. 11. Pomœria Eccleſiæ dilatata ſunt, Deus omnes nationes a IV. ven-

Judæos authentiam ſolis Hebraicis codicibus deferre nihil mirum, qui erroribus ipſorum refellendis pleniſſime ſufficiunt, etiamſi in nonnullis locis ad Meſſiam ſpectantibus a fide archetypi diſceſſerint; ponas omnia illa exempla a nobis producta vere eſſe corrupta, adde multa alia, num propterea deerunt idonea loca Biblica in Hebræo, quibus ad viam veritatis reducantur?

Eruditi heterodoxorum Vulgatæ authentiam non denegant, ut ſuo loco vidimus (pag. 464. & 34.) Vulgus Theologorum externe profitetur ſolos fontes eſſe authenticos, quia nullus verſor eſt infallibilis; ſed quia bene quisque novit, perinde nullum deſcriptorem eſſe infallibilem, eadem redit difficultàs, an in apographa, ſeu fontes hodiernos error non irrepſerit. Si igitur declarandum ſit, quid vulgares heterodoxorum Theologi de Vulgata ex animi convictione ſtatuant, ſentio nec iſtos authentiam Vulgatæ inficiari. Quodſi tamen clare manifeſtent, ſe authentiam ſolis fontibus tribuere, hoc ſicut nullo jure ſumunt, ita iis omnino negandum eſt, cum contrarium nobis ſit ex definitione Conc. Trid. profitendum.

Eſſet perverſum principium, concedere hæreticis, ut indifferenter habeatur, quod jam definitum eſt, donec humanis rationibus demonſtretur. Certe longe facilius erit, aliquam fontium corruptionem oſtendere, quam conceſſo poſtulato quæſtionem nos inter, & hæreticos de dogmate motam, ex Hebræo, & Græco fonte definire; quamquam alioquin in dogmaticis non propter Hebræum, & Græcum textum, ſed ob alias cauſas eſt multiplex diſſenſio. Inconſultiſſimum, & contra omnium ſeculorum conſvetudinem eſſet, primo authoritatem Vulgatæ pendulam ponere, dein ex fontibus ſtabilire, quod in multis, ubi fons jam deficit, nec ſuccederet. Inauditum eſt, a codice Eccleſiæ provocare ad codices Hebraicos, ut contro-

ventis, & a ſummis cœlorum usque ad terminòs eorum in hanc domum congregare, & in ſempiternum fœdus recipere altiſſimo conſilio diſpoſuit. Judæi vero, ex quo ipſis a Deo libel-

troverſia Catholicos inter, & hæreticos agitata componatur. Quicunque á Catholica fide alieni ſunt, inexpugnabilem ſe tenere acropolim gloriarentur, ubi in conceſſis haberent, Scram. S. qua Romano-Catholici hucdum uſi ſunt, authenticam non eſſe, niſi prout fontibus collata deprehenditur eſſe conſentiens. Multa omni tempore petunt hæretici, ſed quæ nec poſſimus, nec debeamus iis largiri.

Dicunt aliqui: Fontes Hebræos in materia fidei, & morum Vulgatæ eſſe conformes, ut qui eos corruptos uixerit, in authoritatem Trid. Synodi peccet. Verum eſſe, quod dicunt, opto magis, quam ſentio. Atque utinam hoc concedant heterodoxi! tum enim vero omnis in reprehenſionem Vulgatæ tendens eorum contentio evaneſceret, quia quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe. Verum fruſtra iſtud dicitur, & mera eſt petitio principii. Supponunt utrique in rebus fidei, &morum, h. e. in textibus, ex quibus res iſtæ firmantur, inter fontes, & vulgatam multum intereſſe, ſecus nullus prudens locus eſſet quæſtioni. Quid ni materiam fidei, & morum reſpiciunt varii illi textus, quos cum ſparſim, tum collective hucdum productos in fontibus erronee, h. e. aliter, quam primitus fuerint, legi probavimus? (pag. 16. l. 25. & 981. 986.)

Præterea etiam ubi Hebræo textui ſua non jam ſupereſt authentia, puta: in libris, quorum ſolam habemus verſionem, authenticam eſſe Vulgatam, & æquam Trid. Synodi declarationem, & poſſumus, & debemus oſtendere; alioquin ad probanda fidei, morumque dogmata Hebræum textum conſulendi inevitabilis foret neceſſitas, quod novimus in Eccleſia Catholica non poſſe teneri. (pag. 86. 87.)

Addunt etiam: Patres ipſos Hebræum textum conſulere, intellige in rebus fidei, & morum. Quod ſi oſtendi poſſet, facerent Patres, quod eſt de meliori bo-

bellus repudii datus eſt, injuſti ſunt ſacrorum codicum poſſeſſores, nova ſponſa ſuccedente in jus, & plenitudinem hæreditatis.

Sicut prædictum eſt, evenit. *Auferam ſepem ejus, & erit in direptionem, diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem, & aſcendent vepres, & ſpinæ.* Iſai. 5. 5. Matth. 21. 43. Quod ut ne contingeret, poſuerunt quidem ſibi ſepem, (Maſoram) plantationem, quam non plantavit Pater cœleſtis, (pag. 633.) ſed poſterius traditi jam in reprobum ſenſum moliti ſunt Patres eorum. Qui ſepem hanc tuendis a corruptela Scripturis ſufficienten putat, næ is vehementer aberrat, ſexcentis enim locis nullum poſitum munimentum, nec cœlo delapſum eſt hoc Palladium.

Et præclariſſime apud Canum (de Loc. Theol. L. 2. C. 13. prope initium edit. Patav. 1762. pag. 50.) dicit Titelmannus, eum eſſe providentiæ Dei ordinem, ut, quemadmodum cum fidei rectitudine neceſſario ſemper connexa eſt Scripturæ veritas, ita cum illa ſolita ſit emigrare. Donec apud ſolos Judæos firmitas perſtitit fidei, apud eos quoque ſolos Scripturarum ſoliditatem cognoſcimus latitaſſe; dum fides ad Ec-

bono, non quod eſſet de neceſſitate. Satis eſt, contrarium potiori jure dici: ut dogma, vel morum doctrinam confirment, maxime ea ratione, quaſi ſecus tale dogma, talisve doctrina vacillaret, Patres Hebræum textum nunquam conſulunt; mere Philologica ſunt, & ad eruditionem, vel illuſtrationem ſpectant, in quibus Patres ex Hebræo petunt interdum ſubſidium; ſi tu aliud ſentis, oportet, ut exemplis demonſtres.

Eccleſiam tranſivit, hæc veritatem Divini eloquii, ſermone Græco gentibus tunc vulgatiſſimo, in ſtabilimentum fidei ſalutaris ſola recepit; denique dum Græcis ab Eccleſiæ corpore disjunctis fides ad Latinos devoluta eſt, Latinam Eccleſiam præ Græca Scripturæ ſtabilitatem accepiſſe.

Credita ſunt Judæis eloquia Dei vigente Lege veteri, ea vero mortua, immo reddita mortifera ablata ſunt. Credita ſunt, ſed quæſtio fit, an etiam ea diligenter cuſtodiverint, namque quam multa multis cuſtodienda traduntur, nec tamen fideliter cuſtodiuntur! ſed exempla, quia odioſa, conſultius prætermitto. Liceat etiam retorquere: Quæcunque iis tradita ſunt, depravarunt: ita tota vera religio iis oblata fuit, quam falſis commentis, contrariis traditionibus jam ad tempora Chriſti obſcurarunt, & contaminaverunt. Dati ſunt Prophetæ, eos occiderunt, datus verus Scripturæ ſenſus, quem ad fallaces explicationes, & pravos errores detorſerunt. Quidni & loca Biblica, ubi e re ſua futurum putabant, falſa ſcriptione vitiarunt? Quod ergo Scripturæ iis datæ ſint, juxta dictum S. Pauli benevolentiæ ex parte Dei magna eſt commendatio, ex parte ipſorum, quod veritates ſibi commiſſas non cuſtodiverint, magna ad damnationem eſt prævaricatio.

Textus Joan. 5. 39. in græco ſenſum ambiguum habet, an in imperativo, vel in præſenti accipiendus ſit, eo quod apud Græcos in activa voce ſecunda perſona præſentis Indicativi num. plur. & imperativi quoad flexionem non diſtingvantur, *erevnao* ſcrutor, inveſtigo, *erevnate tas Graphas*, inveſtigatis, inquiritis Scriptu-

turas. (pag. 789. l. 31.) Ita nihil, niſi præſentem Judæorum morem exprimit: ſoletis vos Scripturas myſticis ſenſibus inveniendis perſcrutari, illæ de me teſtantur, & Moyſes veſter in tot typis ſacrificiorum de me ſublimiori hoc ſenſu ſcripſit, poteſtis itaque advertere. Fors Chriſtus dixit: *äthun darſchin*. Non imperandi modo hæc dici videntur, ſed indicandi, ait Ligfootus: vos inquiritis in Scripturas, & in iis putatis vitam æternam habere, atque illæ ſunt, quæ de me teſtantur, & tamen ad me non vultis venire, ut habeatis vitam. Imperativum mavult Grotius: non legite tantum, ſed animo attento expendite; *erevnao* diligentiam notat, qua illi carebant, (inquiunt) igitur imperativus eſt, quod etiam Syrus cenſuit vertens *inquirite*; ſed evanida eſt in his ex etymo argumentatio. Utraque verſio ſuas habet rationes, & ſuos habet patronos, neutra nos premit; non prior: ut per ſe patet. Sed nec poſterior, quia etiamſi multo, quam ſint, vel unquam fuerint, corruptiores eſſent Judæorum codices, eorum tamen lectio ad cognitionem veritatis recte ipſis commendaretur; ſicut Patres hæreticis lectionem Scræ. etiam tunc ſvaſerunt, quando nullum fuit dubium eos quædam loca in ſuis codicibus vitiaſſe, cum ad utilitatem lectionis ſufficeret pleraque recte haberie. Ceterum qualis hæc illatio? ætate Chriſti Biblia Hebraica incorrupta fuerunt. Ergo & hodie talia ſunt. *Nunc ſeges eſt, ubi Troja fuit, reſecandaque falce luxuriat Phrygio ſanguine pingvis humus.*

Eo minus valent reliqua: Luc. 24. impleta dubio procul ſunt omnia, quæ impletum iri per Chriſtum ſacri Vates prædixerunt, ſive ipſæ prædi-

dictiones integræ permanſerint etiam in fontibus, ſive in verſionibus ſolum, ſive in neutris, quod iſta prædictionum in libris conſervatio ad veritatem prædictionum nihil pertinet. Nec jota unum, nec unus apex a lege præteribit *quoad rem ſignificatam*, (nam verba ſua ad hebraicarum vocum apices Salvator non retulit) quia nec minima particula veritatis olim prædictæ cadet in irritum. Hoc omne eſt, quod Chriſtus affirmat, qui non de ſignis rerum, qualia ſunt vocabula, ſed de ipſismet rebus locutus eſt. Quando Chriſtus veritates de ſe prænunciatas nulla ſui parte defecturas teſtatur, non eo ipſo fidem ſuam interponit, nulla ætatum ſucceſſione futurum, ut ex Hebræo textu, quo veritates iſtæ non indigent, (idoneis verſionum codicibus contentæ) nec unum jod, vel vav, reſch, aut daleth deleri, mutarique poſſit. Iſtud enim qui diceret, ab ipſo Joan. Buxtorſio apicum Hebraicorum locupletiſſimo defenſore erroris, ne dicam ſtultitiæ damnaretur, dicente apud Valtorum Prol. col. 36. *Cum nec Judæi aſſerant, plane in nulla litera, vel apiculo apographa ab autographis Moſis, & Prophetarum diſceſſiſſe, aut nullum vitium contraxiſſe, exemplar ad extremum apicem usque emendatum, & in omnibus accuratum nec fuiſſe, nec eſſe poſſe.* Qui inſuper candide profitetur, neſcire ſe, quid reſpondere debeat, quum apertiſſime conficitur, Veteres aliud in Hebræo vidiſſe. Dicit Sixtinus Amama, quantumvis in defenſione Hebræi codicis contentioſe induſtrius: *Haud negare auſim in textum Hebræum errata quædam, & ſpalmata irrepſiſſe.*

Ob-

Objectio ſeptima, & ultima.

Si Fontes corrupti ſunt, actum eſt de religione; nec enim verſiones mentem Spiritus S. referunt.

Reſp. Etiamſi Fontes non tantum aliqua ſui parte corrupti, ſed penitus extincti fuiſſent, vel ſuppreſſi, modo ſuperſit authentica, & fidelis verſio, religio damnum non patitur, quæ non originali linguæ, ſed veritatibus a Deo revelatis innititur, quæ eædem ipſæ ſunt in verſione; unde falſa, & a commmuni judicio ahorrens eſt ratio adducta, ex qua ſequetur Latinos, Græcos, & univerſas orbis nationes, quæ Biblia ſuis vernaculis linguis edita legunt, in iis mentem Spiritus S. non legere, ſive quod unum, & idem eſt, verbum Dei non habere; & quidem tanto amplius falſa eſt iſta ratio, quia liquet Hebraicorum fontium in Eccleſia nunquam fuiſſe uſum communem, ſed tantum verſionum, celeberrima, & numeroſiſſima concilia quæſtiones maxime arduas ex ſcripto Dei verbo definiverunt, quin ad fontes Hebraicos recurrerent. Quid quod ſæpe nec recurrere potuiſſent, quum præſentium nemo gnarus eſſet? Quamvis enim omni tempore extiterunt aliqui in Eccleſia cognitione Hebræi ſermonis præditi, practice tamen hæc eorum cognitio in uſum publicorum actuum non venit, cum quod minime foret neceſſarium, tum vero, quia pauciſſimi erant, qui interdum in aliqua parte orbis rari apparuerunt, velut nantes in gurgite vaſto. Unde nata hæc e ſcholis Proteſtantium objectio non tam fontibus ſtabiliendis, quam evertendæ omnium Patrum, & conciliorum authoritati ſervire perſpicitur. Quis ſerio concludat, religioni quodpiam præju-

di-

dicium fieri, dum unum id aſſeritur, fontes vitia ſua etiam in locis ſatis momentoſis interdum ex antiquo trahere, caſu, aut Maſorethico labore orta, vel etiam certo conſilio illata, quæ tamen pronum, & perfacile fuerit ex antiquis verſionibus redintegrare, & emendare? Bochartus L. 2. Geogr. c. 13. pag. 91. ubi Cainan poſt Corn. a Lap. in 70. & Luc. c. 3. 37. male intruſum eſſe putat, ſubjicit: *non tamen inde ſequitur, quod nonnulli ſubinde oggerunt, actum eſſe de fide, & ſalutis doctrina, & in ea nihil eſſe certi: Quis enim ferat in aliis ſic arguentem? in Livii, & Svetonii ſcripta quidam errores irrepſerunt. Ergo in hiſtoria Romana nihil eſt certi, & in iis, quæ de Hannibale, aut Julio, aut Auguſto leguntur, nutat fides? Ariſtotelis Græci codices ſunt alicubi mendoſi; ergo quid ille ſenſerit de rebus Philoſophicis, certe ſcire haudquaquam poſſumus.*

Præterea retorquetur: ſi fontes nullo modo ſunt corrupti, in omnibus cynoſura ſunt, in omnibus pro adæquato verbi Dei principio conſtituendi ſunt, ut volunt heterodoxi. Ergo actum eſt de religione Catholica; nam Eccleſia jam per duo de.viginti ſecula pro verbo Dei ſuſcipit Prophetiam Baruch, partes Danielis, Eſtherisque, Libros Tobiæ, Judith, Machabæorum, Evangelium Matthæi, eplam. ad Hebræos, quæ, ſi fontes qui olim fuerunt, hodie quoque ſuperſunt, aut vitiati nullo modo ſunt, nunquam fuiſſe partem verbi Dei dicendum erit, ſecus manſiſſent uſque ad hæc tempora. Itaque magno errore circumfertur Eccleſia in judicio, & diſcretione verbi Dei, idque maxime inde a tempore Concilii Tridentini.

Urg. Tu aſſeris fontes eſſe corruptos, heterodoxi demonſtrant Vulgatam, & ceteras verſiones mendis plurimis ſcatere. Deiſta utramque junget ſententiam, & concludet Biblia fidem non mereri.

Reſp. Impie, & imprudenter non ſine magno & veritatis, & nominis ſui præjudicio ita concludet: ſi enim duabus iſtis ſententiis ſibi adverſantibus in rem ſuam uti conſtituit, omnis æqui, honeſtique ratio poſtulat, ut iis eo modo, ac reſpectu, ea extenſione, ac latitudine ſumptis utatur, quo modo, ac reſpectu, quave extenſione, ac latitudine ſibi opponuntur. Nempe utraque ſententia conſenſione arctiſſima decernit, & pro ſumma veritate habet, extare tam in fontibus, quam in verſionibus adprobatis verbum Dei ita ſincerum, & quoad ſubſtantiam integrum, ut revelata dogmata, & morum regulæ vere in iis exhibeantur. Paucis: Deiſta negat fontes in prima ſua origine fuiſſe vel aliqua ex parte authenticos, quos humanis commentis deputat, conſequenter eo minus curat verſiones, ex toto, atque ima de radice omnem revelationem proculcat, & quantum diſtat ab Adverſariis, tantum diſtat etiam a nobis, cui in Critica hac quæſtione nihil cum Chriſtianis commune eſt; iſti enim de nonnullis textibus inter ſe diſceptant, ubi eos potius dicendum ſit integros poſt tot ſecula etiamnum reperiri, alii in fonte quoque adhuc illibate extare, alii in ſolis verſionibus quæri oportere autumant, ſed criticum iſtud eſt, in ipſo autem dogmate utrique conſentiunt: e. gr. qui dicit *chaari* Pſ. 22. 17. eſſe lectionem rectam, non propterea veritatem religionis: *Chriſto pedes, et manus in cruce fuiſſe tranſfi-*

ſixos: inficiatur, quin imo profitetur in V. Tto Zach. 12. & alibi contineri, & exprimi. Ergo extra oleas fertur iſta objectio. (pag. 69.)

Perfecta libertate ad electionem propriam gaudet omnis Deiſta, ſtet ab his, vel ab illis, ſemper erit Chriſtianus, ſi placet etiam optimus, & ſumme Orthodoxus, modo admittat in codice hebræo originarie infallibile, & puriſſimum Dei verbum adfuiſſe, actuque contineri, ſtatuat dein errores pauciores, vel cum Capello, Morino, Houbigantio, & aliis longe plures progreſſu temporis fuiſſe enatos, ex verſionum fide non difficulter tollendos. Utatur ſolis fontibus, vel ſola Vulgata, vel aliqua modernorum verſione, eadem dogmata, ad rerum geſtarum veritatem, & morale inſtitutum easdem ubique ſententias leget. Id ſolum contingit in hac diſputatione, quod evenire ſolet, dum e. gr. Ciceronianorum operum varia exemplaria inter ſe comparantur, & quæ lectio autographo conformior ſit, diſceptatur.

Urg. Moderno tempore, ut Naturaliſtis omnis cavillandi anſa eripiatur, præſtat extollere fontes, vel certe de tota iſta quæſtione altum tacere.

Reſp. In re graviſſima veritas preſſe quærenda. Nunquam Eccleſia palato, & genio nefariorum hominum in dies varianti ſe accommodavit, quæ a ſpiritu Dei in omnem ducitur veritatem (pag. 1003. l. 31.) Multo præſtat illam eligere ſententiam, qua & fontium integritati, quoad æquum eſt, & verſionum authentiæ conſulitur. Oppoſita ſententia abuti poſſunt Naturaliſtæ, & hæretici ad accuſationem Eccleſiæ Catholicæ, quæ libros in canonem ſacrum retulit, quorum authentiam ex nullo fonte cognoverit, ubi tamen

 ver-

verſionum quarumlibet autoritas fontium firmitate ſtat, aut cadit. Quid amabo emolumenti ſperare licet, etiamſi fontes usque ad minimos apices integerrimos ſtatuas? an procliviorem experieris Naturaliſtam ad ſuſcipienda ſacra Chriſtianorum? hæccine aliqua particularis quæſtionis velitatio eum ab ingreſſu Eccleſiæ moratur? an neſcit, ſibi fore integerrimum, illis ſe adjungere, qui pro fontibus tamquam pro aris, ac focis depugnant?

Silentium male ſvadetur, quando ex altera parte adverſus Vulgatam tot clamores tolluntur, & Eccleſia, quæ libros hebraice non extantes pro Divinis ſuſcipit, accuſatur. Semper, ex quo literis melioribus aliquis honos, & exercitium conceſſum eſt, hæc digniſſima tractatu habita fuit quæſtio: *quodnam ex omnibus Scripturæ ſ. exemplaribus ſit maxi. ıe Authenticum, atque integerrimum? & ubi aliud legitur in Vulgata, aliud in fontibus, cui lectioni ſit deferendum?* Sed multi e Theologis noſtris iſtius modi tractatum refugiunt, quos piget ea comparare præſidia, ſine quibus in hoc negotio progredi non poſſunt; dignum, & juſtum eſt, ut ſaltem aliorum laborem æqui, bonique conſulant, & in uſum ſuum convertant, ut non ſemper tantum ſubtilibus, & inutilibus, quæ non moleſto labore, ſed ſolo feliciore ingenio, & ocioſa meditatione veniunt, quæſtiunculis indulgeant, ſed attingant iſta etiam illi, qui, dum ſe præ ceteris inſigniter doctos putant, in ſuperfluis copioſi, in arduis ſilent. Nosne, quando exteri hæc profundius rimantur, & magna contentione disquirunt, ocioſi ſpectabimus? ſoli tacebimus? Etiamne tunc Harpocrati litabimus, quando neceſſe eſt declarare, cui exemplari,

cui

cui lectioni in tanta Scripturarum varietate ſit acquieſcendum, & inhærendum? Si de ſtillicidiis, & fundis ageretur, damnaretur hoc in tuendo patrimonio ſilentium, & nullus ad diſcutiendum ſuperfluus cenſeretur labor, cujus præcipua ſit poſſeſſio.

II.

Ejusdem erroris, ac vitiatæ lectionis arguendus, & multis in locis corruptus dicendus eſt uſualis N. Tti. codex græcus, qui proinde practice quoad nos non eſt ex integro, ſive ſecundum omnes ſuas partes authenticus.

Licet nobis eſſe brevioribus, poſteaquam in corruptionem fontis hodierni N. Tti. multo plures conſentiunt, quam in eam fontis V. Tti. hebraici nempe codicis, a nobis jam demonſtratam. (a pag. 837. usque 1032.) Et quidem argumentum duci ſolet ex N. Tti. corruptione ab impiis, aut ſimplicibus hominibus certo conſilio tentata, & in multis codicibus etiam perfecta, ad poſſibilitatem, & veriſimilitudinem talis corruptionis in Hebræum V. Tti. codicem pariter illatæ. Utitur ejusmodi argumento Vogelius Præf. ad Criticam Sacram Lud. Cappeli, dum aſſerit, etiam *data opera*, & *certo conſilio* aliqua in Hebræo jam eſſe corrupta, nam de N. Tto. nemo (inquit) negat amplius, & Semlerus, ac Michaëlis plura N. Tti. menda proferunt.

Nimirum ſemper præ oculis habenda eſt vera notio *Authentici* (pag. 64.) preſſe ſumpti, juxta definitionem Juliani ab omnibus acceptatam, quippe e re natam: *illud omne, & ſolum authenticum eſt, quod per ſe certam fidem facit in judicio, & ſupremæ eſt auctoritatis, ut a* nul-

nullo rejici, vel in quæſtionem vocari queat. Hæc in fontibus requireretur authentia, ut omnium verſionum, quod heterodoxi nuper voluerunt, norma abſoluta, & lapis Lydius conſtitui poſſint. Atqui græcus N. Tti. uſualis codex fidem certam per ſe non facit de primigenia integritate lectionis, quam offert, nec eſt ſupremæ ubique auctoritatis, ut lectio ejus a nullo rejici, vel in quæſtionem vocari queat.

Complura enim verba, & ſententias aliquando etiam gravioris momenti additas habet, quas in autographo non extitiſſe unquam, teſtes omni exceptione majores demonſtrant, aut ſaltem veroſimillime probant. Contra: plures ſententias, & verba momenti ſæpe haud parvi non habet, quæ verba, quasve ſententias in autographo fuiſſe graviſſima documenta convincunt. Quomodo itaque de lectionis ſuæ cum archetypo conformitate certam nobis fidem uſualis iſte codex græcus præſtabit? quo jure ſtringemur talem lectionem non rejicere, vel in quæſtionem non vocare? imo & rejiciemus liberrime, quin nos Adraſteus pavor invadat, & in quæſtionem adducemus ſæpiſſime, quin venerandæ præjudicemus antiquitati, cujus depoſitum non ſemper fideliter a Græcis fuiſſe conſervatum profitemur.

Et vero: Qualem authoritatem habet vulgaris iſte codex græcus, talem, & non raro majorem habent codices græci MSS. dum adverſus unam vulgaris codicis lectionem antiquiores celebris nominis codices, atque ex his olim ſeculis II. III. IV. V. & poſterioribus adornatæ verſiones producuntur; quod ſæpe evenire ii ſoli ignorant, qui nondum ære lavantur, aut certe

præ-

prætextam nondum poſuerunt. *(oo)* Videamus igitur vulgaris græci codicis a primigenia Archetypi lectione aut certas, aut veriſimiles aberrationes!

 Vul-

(oo) Huc referenda, quæcunque Sectione I. diſputata ſunt, (pag. 40. 99. 896.) nec non quæ de lectionibus quoad ſenſum variantibus commemorata; (pag. 949.) nam eo caſu non poteſt non oriri dubium, utra ex diverſis tot expreſſionibus alteri præferenda, h. e. cenſenda ſit archetypi ſenſum, & verba repræſentare; eſt enim univerſim notandum, non quæri, utrum huic, vel illi lectioni, prout oblata fuerit, verus aliquis ſenſus poſſit ſubjici, ſed utrum lectio talis conformis ſit archetypo, (pag. 62.) utrum ſit primigenia, & originalis; certum eſt ſacrum ſcriptorem non niſi unam vocem, unam propoſitionem, unum ſenſum ſcripſiſſe, & voluiſſe intelligi, atque hanc unam eſſe Divinam, inſpiratam, textualem, ceteras veras in ſe, non autem in textu, & de textu. Nihil ſane inanius, nihil magis frivolum, quam authenticum in textu dicere omne illud, quod aut in ſe verum eſt, aut ſenſu vero poteſt intelligi. Infinitæ enim veræ ſunt propoſitiones, quæ ſi ſacro codici inferantur, de textu non erunt, & alioquin vix eſt tam abſurda enuntiatio, cui verus ſenſus tribui nequeat, non tamen propterea vera dicenda, niſi hanc quoque impiam, & blaſphemam Atheorum: *Deus non exiſtit:* veram defendas, quoniam non exiſtit *contingenter, more creaturarum.* Deprehenduntur interdum in græco textu, quæ apprime orthodoxa ſunt, nec tamen eo loco a ſacro Scriptore poſita fuere, quo hodie inſerta conſpiciuntur.

Indubie verum, & in Scripturis alibi expreſſum eſt illud Matth. 6. 13. quia tuum eſt regnum, tua potentia, & gloria in ſecula amen. Si tamen Matthæus non poſuit, quod ſuo tempore Münſterus effinxit: chi lecha hammalchuth, ughbhora, vechabhod leyolam yolamim: adjectitium eſt, & aſſumentum dici meretur. Indubie ſerviendum eſt tempori, ad tempus permittenda quæpiam Rom. 12. 11. (pag. 600.) ip-

Vulgaris græcus codex addit, quod in Archetypo nunquam fuiſſe multo veriſimilius eſt.

Leguntur Matth. 5. 22. hæc Chriſti verba: Audiſtis, qui dictum eſt antiquis: non occides, qui

---

ipſam quoque gentium converſionem ita operemur, neceſſe eſt, ut temporis ratio habeatur, non enim omni tempore ex æquo expediunt omnia, atque etiam captanda eſt occaſio Epheſ. 5. 16. dum in his adjunctis iſta, alia in aliis opportuniora ſunt, & utiliora, hoc non obſtante æterna veritas eſt, Paulum alterutrum modo dixiſſe: aut *tempori*, aut *Domino* ſervientes. Quæritur, quid Paulum ſcripſiſſe convenientius credatur? alterutrum enim alienum eſt a fide archetypi; ſi demonſtretur hodiernum textum græcum a MSS. & antiquarum verſionum lectione diſcedere illud Hieronymi uſurpabimus: verum non eſſe, quod poſterius immiſſum variat, maledicorum etiam teſtimonio probari.

Si Herculeis Millii laboribus credimus (pag. 124. l. 22.) ex triginta millibus variantium lectionum (quibus adhuc 800. Knittelius e græcis IV. Evangeliorum fragmentis addidit) præterpropter duo millia e græco uſuali codice ſunt elimiuanda, ut vera fontis lectio reſtituatur. Illud liquet, tot inter varietates ex ſolo græco fonte cognoſci, aut definiri neutiquam poſſe, quid ex archetypo primitus emanaverit. Contra Vulgata, ſeu vetus Itala translata creditur illico ſub tempora Apoſtolorum, (pag. 386.) & *verborum* erat *tenacior*, cum perſpicuitate ſententiæ (pag. 388.) ideo cunctis prælata. Admodum credibile eſt, verſionem hanc in Romana, utpote Principali Eccleſia ex optimo, & probatiſſimo codice confectam fuiſſe, & ſec. V. ab Hieronymo ad optima græca, quæ tunc præſto fuerunt, exemplaria rurſus emendatam! ex quo deducitur, in hac archetypi lectionem fidelius conſervari ſaltem in multis, quam in vulgaribus Græcorum codicibus inter ſe in infinitum variantibus. (pag. 349.)

Lon-

qui autem occiderit, reus erit judicio. Quaſi dicat: quam pœnam homicida in V. lege merebatur, ea in N. lege, quæ manſvetudinis eſt, manet iraſcentem fratri ſuo: ſicut mox addit,

Zzz 5 ve-

Longe dein amplius Criticos movet, atque adeo ab aſſerenda abſoluta Græci textus authentia (pag. 123.) amovet tanta, tamque luxurians ſeges diverſarum lectionum, dum non tantum voces, ſed quandoque etiam integræ propoſitiones jam adduntur, jam immutatæ leguntur. Neque reponas: ex variantibus hiſce lectionibus unam ſemper eſſe veram, negatur enim, & unde probabis? ſed demus ita rem habere, quid nos juvat, dum ex hoc ſolo, quænam pro vera habenda ſit, haud cognoſcimus. Variationes iſtæ interdum corruptiones ſunt hominum a fide Eccleſiæ deficientium, quales erant, qui pſeudo - Evangelia, quæ Calmetus 39. numerat, ſubtruſerunt, & qui ex Nazaræis innumerabili multitudine pullularunt, hæretici. Qui tot Evangelia fingere, aut vera Evangelia variis adjectionibus deformare auſi ſunt, eoſne putas in codicibus ſuis falſaria manu nihil temeraſſe?

Contrarium Patres, & Scriptores Eccleſiaſtici conſentienter teſtantur, (pag. 940.) nec in re plana oportet recenſione teſtimoniorum Iren. L. 1. C. 29. Origen. in Rom. 16. 25. Euſeb. L. 4. C. 22. Aug. Ambros. & Cet. moras nectere. Marcioni multorum textuum depravationem exprobrat Epiphanius hær. 42. certo impius ille ſeculi II. hæreſiarcha planiſſima Jeſu Chriſti verba Matth. 5. 17. Nolite putare, quoniam veni ſolvere legem, aut Prophetas: *non veni ſolvere, ſed adimplere*: nefando ſcelere in hæc commutavit. Putatis, quoniam veni implere legem, aut Prophetas? *non veni implere, ſed diſſolvere.* Negavit reſurrectionem mortuorum, ſtatuit duos extare Deos, *malum* Mundi, & veteris legis conditorem, *bonum* Evangelii authorem, & Mundi redemptorem, damnavit matrimonium; & cum ex Ponto eſſet oriundus, quia Scripturas arroſit, mus Ponticus dici meruit; perniicioſiſſima hæc ſecta Italiam, Ægyptum, Paleſtinam, Syriam, pluresque alias regiones pervaſit. Similem de-

veteri lege mœchiam fuiſſe vetitam, ſe autem declarare ejusdem criminis reum eſſe, qui etiam ſolum conſpexerit talem mulierem alteri devinctam ad concupiſcendum eam. Græ-

depravationem refert Theodoretus L. 1. de hæres. Cap. *de Tatiano*: Ego quoque (inquit) inveni plus quam ducentos hujusmodi libros, qui in honore habebantur in noſtris Eccleſiis: quos cum omnes ſimul collegiſſem, depoſui, & loco eorum poſui IV. Evangeliſtarum Evangelia. Juxta Ambroſ. L. 3. de Spir. S. C. 11. Ariani ſuſtulerunt Joan. 3. 6. *quia Deus Spiritus eſt*, Juxta Socratem Hiſt. Eccl. L. 7. C. 32. Neſtoriani 1. Joan. 4. 3. vera lectione - - *qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt*: eraſâ, alteram *qui non confitetur Jeſum in carne veniſſe* ſubſtituerunt; Juxta Oecumenium Neſtoriani epl. ad Hebr. C. 2. 9. ubi dicitur *gratiâ Dei* h. e. ex gratioſa Dei erga nos bonitate Chriſtum mortem pro omnibus guſtaſſe, converterunt voces *gratia Dei* gr. *Chariti Theu* in chóris Theu h. e. *absque Deo*, vel *præter Deum*; Neſtoriani adoptaverint corruptam hanc lectionem, illi enim primi depravatores fuerunt, qui docebant Chriſtum etiam pro Angelis, & diabolis, pro omnibus excepto Deo, fuiſſe paſſum, quod & Origeni placuit. Marcion teſte Tertul. L. 5. contra Marc. C. ult. omnes Pauli eplas. corrupit excepta ad Philem. *ſoli huic epiſtolæ brevitas ſua profuit, ut falſarias manus Marcionis evaderet*,

Verba *neque Filius* Marc. 13. 32. de die autem illa, (extremi judicii) & hora nemò novit, neque Angeli in cœlo, neque Filius (ude ho hyios) niſi Pater, Ariani, vel potius, qui eis præluſerunt inde ab origine Eccleſiæ, Ebionitæ, aliique Chriſti Divinitati, & omniſcientiæ infenſi Matth. 24. 36. in textum immiſerunt, apud Marcum Irenæus, Tert. & Syrus legunt; dicit Ambroſius L. 5. de Fide C. 8. *Veteres græci codices* (Marci) *non habent*: *quod neque filius ſcit:* (non ſcit utique qua legatus Patris, ut hominibus annunciet.) *ſed non mirum eſt, ſi & hoc falſarunt, qui Scripturas interpolavere Divinas.* Hæreticos multa depravaſſe pro certo ſumit.

Di-

Græci codices omnes hodie addunt: qui iraſcitur fratri ſuo *eikê* h. e. *temere*, *ſine cauſſa*, reus erit judicio; quaſi dum cauſam aliquis habet, juſte, ac impune poſſit iraſci. Syrus ipſam vo-

Dices: Patres, dum hæreticos de corruptis Scripturis contraveniunt, non eſſe audiendos, quod lectio talis ſæpe jam ante exortos ejusmodi hæreticos circumferretur. Verum, ut concedam Patres in attributione corruptionis interdum aberrare, non tamen exinde efficies, hæreticos illos tales lectiones dogmatibus ſuis faventes ſtudioſe non quæſiviſſe, & a Patribus præter meritum fuiſſe accuſatos. Negare non potes, Patres, quod ſentio, de hæreticis palam docuiſſe, ut contra illatas, ab ipſis corruptiones, ſi ex animi tui ſententia decernendum, etiam multos clamores tollerent. Hæretici conatûs efficaciam num Patres magis, quam tu, perſpexerint, aliorum judicio derelinquo

Inſtabis: Exemplaria, quæ in catholicorum manibus erant, ab hæreticis corrumpi non potuiſſe. *Repono*, ſatis eſſe, ſi progrediente tempore hæreticorum codices corrupti, nullo ſubinde diſtincti indicio, a multis etiam orthodoxis aſſumpti, particularibus Eccleſiis communes evaſerint, idem eſto de lectionibus caſu, vel deſcriptione vitiatis. Sæpe nec diſcerni potuit, quinam eſſent aliqua hæreſi infecti, quum omnes rectam fidem profiterentur. Deinde ſicut lectio Hebræi textus etiam apud converſos ex circumciſione in deſvetudinem abiit, ut demum exemplaria perirent omnia, nec alibi, quam apud Judæos reperirentur: Ita lectio græci textus, poſtquam Hieronymus Vulgatam collatis pluribus codicibus græcæ h. e. originali fidei, ubi opus erat, reſtituit, ab Eccleſia Occidentali peculiari ſolicitudine cuſtodita non fuit ea potiſſimum de cauſſa, quod ab Orientalibus diverſiſſimis hæreticis exemplaria valde multa depravata, atque interpolata circumferrentur; (pag. 926.) Eccleſia autem Orientalis variis codicibus uſa non multo poſt tempore in varias ſectas diviſa perfecte cavere non potuit, ne exemplaria ex parte vitiata in

vocem *eikê* ponit, ſicut ad Philip. 2. 16. (cum ex commercio jam ſenſim græcæ voces a Syris reciperentur, vel tardior eſt ſubillatio) Juſtinus, Irenæus, Cyprianus, legunt apud Calmetum, habet etiam codex Cantabrigienſis. Putat itaque Calmetus additionem hanc eſſe admittendam, Corn.

a

---

in manus orthodoxorum devenirent, dum hæretici orthodoxiam ubique mentirentur, corruptelis etiam caſu fortuito enatis, dum codices in diverſiſſimis, & diſſitiſſimis Mundi partibus tumultuaria deſcriptione (pag. 674.) ſunt multiplicati. Erant itaque etiam in manibus multorum Catholicorum codices græci vitioſæ lectionis, & inolitum ſemel vitium magno zelo fortaſſe cuſtodiebatur, ne poſſet emendari. Contigerunt hæc privatorum incuria, vel ignorantia, nulla catholicæ Eccleſiæ culpa.

Cæterum hæc multorum locorum in græcis hodiernis codicibus depravatio nequaquam ſic eſt accipienda, ut græcus codex a nobis negligi, abjicique, & ſoli translationum rivuli conſuli debeant, cum ex adverſo diligens, & ſobrium fontis hujus ſcrutinium multam nobis afferat utilitatem, ut ſequens Sectio oſtendet; etiam authentiæ appellatio fontibus græcis tribuenda, prout vulgo ſumi conſvevit, (pag. 64.) ſed non in præjudicium Vulgatæ; ſi conſentit græcus textus lectioni in Eccleſia catholica receptæ, ceſſat quæſtio, ſi diſſentit, & agitur de momentoſis, juſta naſcitur ſuſpicio: auferatur ſcandalum illud e medio populi fidelis: *omnia hucdum aliter, quam ſint in hodierno fonte, lecta, & uſurpata, ad huncce fontem eſſe emendanda, & reformanda:* & ſalva ſunt omnia. Adverſæ partis momenta evincunt, græcos codices univerſim corruptos non eſſe, nos vero dicimus multas in iis lectiones depravatas contineri, h. e. alienas a fide archetypi, in quo nihil eſt contradictionis; tali extenſione accipio Bellarmini aſſertum L. 2. de Verbo Dei c. 2. Etſi multa depravare conati ſunt hæretici, tamen nunquam defuerunt Catholici, qui eorum corruptelas detexerunt, & non permiſerunt (generaliter) libros ſacros corrumpi.

a Lap. vult in Latino textu ſubaudiri; ſed ſubtilius uterque, quam verius ratiocinantur. Maximum ipſorum argumentum eſt, juſtis de cauſis licere iraſci, e. gr. contra peccata, & peccatores, adeoque ira a natura inſita eſt homini, (continuat Corn. a Lap.) ut ſit cos virtutis, & fortitudinis, ad eam contra vitia, & adverſa quælibet acuendam; Ita Ariſtoteles *ira* inquit *eſt cos fortitudinis*, citatque illud Homeri: *virtuti immitte furorem.* Chriſtus, & ejus Apoſtoli, Petrus, & Paulus irati fuerunt Act. 5. 9. & 13. 8. &c.

Lucas Brugenſis adnotat *eiké* legi a Chryſoſtomo, Euthymio, auctore operis imperfecti, ſemel etiam ab Auguſtino; unde concluditur lectionem antiquiſſimam eſſe, natam, quod explicationis cauſa ad marginem poſitum fuerit *ſine cauſa*, ab iis videlicet, qui hoc in textu ſubaudiendum putarunt, quod poſteriores (ut ſæpe) ad textum pertinere rati, eidem intulerunt; verum expungi omnino debet, quia Matthæus in ſuo Syro-Chaldaico Archetypo voculam iſtam nunquam habuit; nam I° Cur, ſi Matthæus poſuiſſet, omiſſa eſſet, nulla, cur autem, ſi ille non poſuit, poſterius ſit adjecta, probabilis, & perquam idonea cauſa poteſt adferri, nempe haud attento Chriſti loquentis ſcopo propoſitio hac gloſſa egere videbatur, ne omnis etiam juſta ira tam gravi pœna digna, & tam ſevere prohibita putaretur. II° Additio hæc repugnat ſcopo Chriſti, qui hoc loco vult amputare, & a privatis hominibus auferre omnem iraſcendi occaſionem; loquitur enim, ut ipſe Corn. a Lap. agnoſcit, & contextus clamat, de ira animo fota, quæ tendat in vindictam privatam, rixas,

ſe-

ſeditiones, & homicidium, non abſque læſione caritatis; atqui nulla eſt juſta cauſſa ſic iraſcendi, & iram hujusmodi pectore fovendi; ſicut nulla eſt honeſta cauſſa conſiderandi mulierem non ſuam delectatione tendente in tactus, & actum. Salvator vult malum ima de ſtirpe reſcindere, contra pravum Phariſæorum ſenſum, nude, & preſſe accipientium, quod eſt in lege, externos actus tantum vetante, quaſi non etiam eadem lege ipſa prava deſideria ſota, & in actum tendentia caverentur, ſed eſſent permiſſa, modo contenta pectore in actus externos non erumpant.

Corn. a Lap. & Calmetus ſcopum Chriſti non ſatis attente expenderunt, magis eo intenti, ut lectionem utramque conciliarent, contra quos cum Maldonato, Mariana, Sa, & Romanis Correctoribus, Millio, atque etiam Luthero, dicendum voculam huc temere eſſe inſertam. Illo Auguſtinus teſtatur L. Retract. C. 19. in græcis, quos ſcilicet ille nactus eſt, non haberi; Hieronymus aſſerit eradi oportere L. 2. adverſ. Pelag. & in C. 5. Matth. rationem addit, quia *in veris, & antiquis libris non habetur.* S. Anſelmus dicit: *In græco non habetur, nec eſt opus.* In MS. Vaticano *eikê* abeſt; ex tot MSS. & impreſſis Latinis codicibus unicus tantum exhibet. Nihil mirum: ſi jam ſeculo V. Caſſianus de Inſtit. Cœnob. L. 8. C. 20. quæſtionem iſtam his verbis enodavit: *Superfluum: ſine cauſa: & adjectum eſt ab his, qui amputandam iram pro juſtis cauſis minime putaverunt; cum utique nullus, quamlibet a ratione commotus, ſine cauſa dicat ſe iraſci, quamobrem apparet ab eis adjectum, qui propoſitum non intellexerunt*

Scri-

Scripturæ volentis fomitem iracundiæ omnibus modis amputare, nullamque indignationis occaſionem penitus reſervare, ne dum jubemur iraſci cum cauſa, etiam ſine cauſa iraſcendi nobis intromittatur occaſio. Accommodatiſſime loquitur. Licet iraſci ſceleribus ob læſum honorem Dei, & ira iſta commoveri ad faciendum ea, quibus juſtitiæ, & honori Divino ſatisfiat, & talis iræ exempla ſunt, quæ ab AA. in vanum, & extra cauſam coacervantur; ſed non de hac ira agit Salvator, qui ſolam reprehendit iram, qua exardeſcere nulla de cauſa liceat. Itaque vera hîc eſt Vulgatæ lectio, falſa græci textûs, quippe aliena a ſcopo Chriſti, & a fide Archetypi adjectiuncula ſenſum variante diſcedens.

Sequenti C. VI. 13. Matth. clauſula, quam vulgus heterodoxorum ex hodierno græco textu orationi Dominicæ addere ſolet, purum, putumque eſt additamentum, quod motu pietatis primùm margini adpoſitum, dum poſteriores ad textum pertinere putarunt, illuc etiam intulerunt; ex ejusmodi exemplaribus, in quæ auctarium iſtud immiſſum fuit. ſuperſunt vulgares codices Græcorum. Quodſi pietatis zelo heterodoxi verba hæc ſubjungant, in nullam incurrunt reprehenſionem; ſed dum Romano-Catholicos de omiſſione accuſant, quaſi Dominicæ orationi aliquid nativum detrahant, vana gloriatione ſibi ipſis blandiuntur, & melius facerent, ſi in re clara antiquæ Chriſtianorum Occidentalium conſvetudini ſe conformarent. Nec inutiliter monerentur, ne hanc clauſulam tamquam de textu Matthæi profectam, ſed ſolum qua pie adjectam uſurpent, & reſpiciant. Quia

Io

I° Ratio, cur in tot Græcis, & pœne omnibus Latinis exemplaribus omiſſa fuiſſet hæc clauſula, nulla (etiam quæ conjecturæ tantum vim habeat) aſſignari poteſt: ex adverſo additionis facilis, & prona eſt cauſa, ſolemnis Græcorum conſvetudo, ut poſtea declarabo. II° Lucas C. XI. orationem Dominicam iisdem fere verbis referens in nullo codice græco, verſione, aut commentatore legitur eam adjeciſſe. III° Hieronymus N. Ttum. græcæ fidei reddens nunquam addidit, nec in commentariis attigit. IV° Patres, dum orationem Dominicam ſæpius explanant, Tert. Cypr. & alii, etiam Græci præter Chryſoſtomum, ejus nunquam meminerunt. V° Obſervante Beza (pag. 89.) in vetuſtiſſimis græcis codicibus deſideratur, uti eo, ex quo complutenſis (pag. 156) editio prodivit, in Regio codice Pariſino, Vaticano, Cantabrigienſi: in verſionibus Coptica (pag. 150.) Arabica antiquiore, unde Valtonus col. 97. Proleg. XV. Arabicæ hujus verſionis antiquitatem ex clauſulæ iſtius abſentia commendat, quia inquit, hanc merum eſſe additamentum conſentiunt viri longe doctiſſimi. Habent quidem recentiores aliquæ editiones Arabicæ, ut illa, quam *Societas de propaganda cognitione* Chriſti *apud exteros* per Salom. Negri Londini curavit, producta a Joan. Frider. Hirtio Sacrorum in urbe Jenenſi Antiſtite in ſua Chreſt. Arab. adnexa Inſtit. Lingv. Arab. Jenæ an. 1770. pag. 468. Immo in libello, cui titulus: orationis Dominicæ verſiones fere centum genuinis cujuslibet lingvæ characteribus typis, vel ære expreſſæ, Lipſiæ an. 1740. in 8. hæc doxologia legitur in lingvis græco-barbara, græca metrica, Hebraica, Chaldaica, Arab. Perſica, Turci-

cica paginis 12. 16. 18. &c. Adeo intentus, ac ſolicitus fuit author de lectione hodierni græci codicis, ſed nupera hæc antiquis non præjudicant.

Grotius mentem ſuam ita explicat: „ Cum in vetuſtiſſimis exemplaribus græcis non extiterit - - argumentum nobis exhibet, unde diſcamus, verſionem non Syriacam (nam hæc tardius inſertum habet) tantum, ſed & Arabicam (eam, quæ habet) factam eſſe, poſtquam Eccleſiarum liturgia certam formam accepit; nam ex Græciæ conſvetudine cœpta eſt adſcribi hæc doxologia Latinis omnibus ignota. „ Lucas Brugenſis ſic: „ Modus iſte recitandi orationem Dominicam, in Eccleſia Latina jam inde ab Apoſtolorum credo temporibus continuus, veroſimile facit a Græcis ex Liturgia, aut ſolemni alioquin conſvetudine ad textum adſcriptam fuiſſe hanc coronidem. „ Ariæ Montani ſunt ſequentia: „ Animadverte lector, hanc clauſulam non eſſe de textu; quamvis in græcis exemplaribus habeatur, & a Chryſoſtomo hom. 20. ſuper Matth. exponatur; ab nonnullis enim textui inſertum vel ex eo probatur, quod Græci etiam hodierna die dicunt, ſacerdoti tantum licere hæc verba proferre: ita enim dicunt reſpondere ſolitos eſſe in Miſſa: quando chorus dixit: ſed libera nos a malo. „ Recitant itaque Græci hæc verba in Liturgiis, ſed non continuant cum oratione Dominica.

VI° Apud heterodoxos magnum eſt nomen Eraſmi Roter. ille vero ſic habet: „ Hanc coronidem in omnibus Græcorum exemplaribus (nondum vides vitioſum auctarium omnibus codicibus reddi poſſe commune?) adjectam comperio. Verum quando nec in ullis Latinorum

exemplaribus adſcriptum viſitur, nec exponitur ab Hieronymo, aut ullo prorſus interpretum, præter Chryſoſtomum, & hujus abbreviatorem recentem, Theophylactum, apparet ex ſolemni conſvetudine ſic additum, ut Angelicæ ſalutationi quædam adjecerunt, nec ab Angelo dicta, nec a quopiam alio. Nam *benedicta tu in mulieribus* Eliſabeth verba ſunt, & *quia peperiſti Servatorem animarum noſtrarum* (hoti Sótera etekes tón pſychón hémón) a nemine dictum eſt. Conſimili ſtudio adjectum eſt in fine Pſamorum: *gloria Patri.* Proinde non eſt, cur Laurentius Valla ſtomachetur, bonam orationis Dominicæ partem fuiſſe decurtatam. Magis taxanda fuit eorum temeritas, qui non veriti ſint tam Divinæ precationi ſuas nugas aſſuere; nugas enim jure dixerim ad Divinam doctrinam, quidquid ab hominibus profectum fuerit: præſertim ſi quod ab hominibus annexum ſit, ad Chriſtum Auctorem conferatur. „Mox abſurda adjicit, quæ ſequerentur, ſi clauſula iſta nativa foret, omnes ſcilicet noſtros, totam Eccleſiam Romanam hactenus fugiſſe bonam partem orationis Dominicæ; quod autem Chryſoſtomus interpretetur, nihil iſthuc facere, nam bene poterat interpretari, quod ſolemnis uſus Eccleſiæ græcæ quotidie ſonabat, idem namque in homiliis diligenter explanat hymnum, quo Monachi quidam ſoliti ſunt conſecrare convivium ſuum.„ His omnibus ſpectatis, maxime, quod ſi primitus textui adhæſiſſet iſta doxologia, cur Eccleſia Romana, Africana, & omnes verſiones Occidentales, & pleræque Orientales jam inde ab annis 1500. prætermiſiſſent, nulla convincens, aut vero ſimilis etiam, adferri poteſt ratio, cum Corn. a Lap. & Calmeto

con-

concludendum eſt, hanc in hodierno græco textu præter fidem Archetypi poſitam eſſe.

Gemina præcedenti abjectiuncula videtur ad Rom. 11. 6. Si autem ex operibus, jam non eſt gratia, *alioquin opus jam non eſt opus*: quæ ut priori ſtrophæ reſponderent, recentius adjecta creduntur, cur enim ſi primitus loco ſuo ſtetiſſent, omitterentur? non legunt Codd. Alexandrinus, Claromontanus, Germ. Veleſ. Copt. Born. Origenes, Theodoretus, Ambroſ. Chryſ. Hinc Erasmus, & Millius expungunt, Grotius ſic loquitur: „Hæc deſunt in MSto, nec Orig. nec Ambroſ. nec Chryſoſtomus legit.„ Et tamen hæc, & ſimilia Vulgatæ ſuo tempore tamquam verſioni defectuoſæ heterodoxi ſplendida fontium commendatione objectarunt. Adde Matth. V. 11. ubi *to* verbum, réma ſuperfluum, & C. VII. 14. *o*, ſeu *ho*, quia anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, loco *ti*, hoti; *quam* anguſta &c. C. XV. 8. populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt a me. Gr. *appropingvat mihi* populus iſte *ore ſuo*, & labiis ſuis me honorat. Cum MSSta & veteres translationes voces hic additas non habeant, uti nec v. 31. *kyllus hygieis*, h. e. claudos ſanos, Erasmus, & Millius cenſent eſſe additamenta.

Vulgaris græcus codex ſubtrahit, quod in Archetypo extitiſſe, aut certum eſt, aut longe veroſimilius.

Nam omnia illa, quæ ex definitione Concilii Trid. conſtat habere canonicam authoritatem, (pag. 160. 176.) & partem Verbi Divini conſtituere, olim in Archetypo extitiſſe non eſt dubitandum; deſiderantur autem eorum non pauca

in vulgari græco codice, aut ſaltem in plerisque codicibus; quod autem horum quædam impreſſi codices exhibeant, inde factum, quod primi, qui N. Ttum typo expreſſerunt, videntes in MSStis iſta deprehendi, conſequenter inſeruerunt, eſt tamen in confeſſo apud omnes, in codd. Græcis oppido multis deſiderari e. gr. Joan. VIII. hiſtoriam adulteræ, Marci Capitis ult. verſus poſteriores XII. textum de ſangvineo Chriſti ſudore Luc. XXII. 44. Matth. 27. 35. Marc. 11. 26. &c. Unde hæc, ſi græci codices in certis locis vitiari, & vitiati communicari non potuerunt?

Quid ex his vir cordatus, & veritatis ſincere ſtudioſus concludet aliud? quam ab hominibus græcæ levitatis, & inconſtantiæ, ad corrumpendum in rem ſuam paratis, cætera ſatis incuriis, e codicibus multis, quos conſequi poterant, integras non parvi momenti ſententias, & hiſtorias fuiſſe expunctas, aut ſaltem per incuriam prætermiſſas; unde tot manci, mutilati, & detorti codices ſeræ poſteritati ſunt relicti.

Paullulum, ſi lubet, iſta perſcrutemur! Apud Calmetum hiſtoria adulteræ in plerisque Patribus græcis deeſt, ex XXIII. interpretibus, in catena græca collectis, eam ne unus quidem attigit, Orig. Chryſ. Nonnus, & alii prætermiſêre, aſſeverat Maldonatus, inter græca exemplaria nullum fuiſſe, in quo narratio iſta legeretur, præter unum Leontii, ſed & in eo obelo (pag. 190.) ſeu veru jugulante notari. Carent ea codices Millii, Armeni, Gothi, Syri. Hieronymus L. 2. contra Pelag. C. 6. dicit: *In Evangelio ſecundum Joannem in multis & græcis, & Latinis codicibus non invenitur de adultera muliere.*

liere. S. Aug. L. 2. de adult. Conjug. C. 7. putat ideo de codicibus narrationem hanc eraſam, quod viri ſuis metuebant mulieribus, alioquin ad lapſum debilitate ſexûs pronis, quæ iſto exemplo ſibi perſvaſiſſent, facilem fore fractæ fidei veniam, & impunitatem. Credi poteſt, aliquos Eppos. conſenſiſſe, ne a lectoribus in Eccleſia hiſtoria iſta publice legeretur, quæ res *ex parte* præbuerit occaſionem, ut in deſcribendis exemplaribus ſæpe omitteretur. Quodſi ob cauſam tam levem inſignis, & notatu digna hiſtoria ex innumeris codicibus expuncta fuit, cauſis prægravantibus etiam plura eradi, mutarique potuerunt.

Apud Joan. Seldenum in *Uxore Hebraica* Francof. ad Oderam an. 1673. notatur, deeſſe hanc narrationem apud Cyrillum, ſec. 12. Euthyminum teſtari, in melioribus exemplaribus deſiderari. Erasmus dicit, in plerisque græcis non haberi. Mariana: *antiquos græcos codices non habere*. Hinc Cajetanus (pag. 53) more ſuo inter ſuſpecta reponit. Beza obſervat, codices ſuos equidem habere, ſed mira cum varietate, *tanta* inquit *lectionis varietas facit, ut de tota iſtius narrationis fide dubitem*. Grotius: „Ego plane arbitror, initio nec a Matthæo ſcriptam in hebraico Evangelio, nec a Joanne in græco, ſed Apoſtolos narraſſe viva voce, unde in hebraicum Matthæi intulerint Nazareni, poſtea Papias, aliique Joannis diſcipuli in ejus Evangelium.„ Nondumne vides græcæ fidei pericula?

In tanta varietate, & narrationis ab immenſa ſerie MSStorum abſentia, ſi ſola græca fide decernendum eſſet, futurum autumo, ut nunquam quidem iſta hiſtoria inter eloquia Dei lo-

cum conſequatur. Apparet, quanta fuerit hominum ad corrumpendum, & quod jam eſt corruptum, communicandum & proclivitas, & efficacia. Non eſt interea dubitandum, ut præclare citt. Seldenus advertit, quin etiam ab intima antiquitate Chriſtiana in codices optimos hæc hiſtoria, ut genuina, etiam in Oriente fuerit recepta, quod ex Tatiani, & Ammonii Alexandrinorum harmoniis, & Canonum inde conſtructorum uſu ſatis liquet; habent etiam Ritualia Orientis, &c. De poſtremo Marci Capite a verſu IX. usque XXmum obſervat Calmetus in multis græcis, latinisque exemplaribus non legi. Hieronymus Quæſt. III. ad Hedibiam pronunciat: *Aut enim non recipimus Marci teſtimonium, quod in raris fertur Evangeliis, omnibus Græciæ libris pœne hoc capitulum in fine non habentibus*. Scilicet inepti, & interpretandi peritia deſtituti quidam homines, rati cum aliis Evangeliſtis Marco non convenire, primùm expunxerunt, adeo omnis honeſta ratio putabatur plures e ſacro codice ſententias auferendi, nec ſtultis conatibus effectus defuit. Manſit tamen integra lectio apud Irenæum, Euſeb. Ammonium, Athan. Aug. Syrum, Arabem, aliosque Orientales translatores.

Luc. XXII. 43. de Angelo Chriſtum confortante, & ſanguineo ſudore, quo Salvator manabat, multi græci, & Latini vetuſti codices ætate S. Hilarii, & Hieronymi nihil ferebant, ingens græcorum librorum numerus teſte Calmeto iſtis caruit. S. Epiphanius in Ancorato cenſet §. 31. homines quidem orthodoxos, ſed minime prudentes, ea Jeſu Chriſti imbecillitate offenſos ex libris iſta deleviſſe, Sicut C. 19. 41. illud: *videns ci-*

civitatem flevit ſuper eam: indignum Chriſto exiſtimantes lacrymis, & fletibus indulgere, imperiti ſuſtulerunt.

Dum etiam orthodoxi de cauſis hiſce futilibus tam grave, &, ſi meliora deeſſent, immedicabile vulnus corpori Biblico inflixerunt, putasne hæreticos, ingentem in Oriente apud Græcos protervorum hominum colluviem, minus fuiſſe temerarios? putasne codices græcos etiam in his Vulgatæ arbitros conſtituendos, quorum Dictatoria authoritate inſignibus iſtis Divini eloquii ſententiis exſpolietur?

I. Joan. C. V. 7. *Hic eſt, qui venit per aquam, & ſanguinem Jeſus Chriſtus, & Spiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas, quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum ſunt.* v. 8. *Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & ſanguis, & hi tres unum ſunt. (pp)*

 Om-

(*pp*) Quis citt. verborum ſenſus ſit, quæris: Ambroſius L. III. de Spir. S. C. XI. „Tres ſunt teſtes: Spiritus, aqua, Sangvis, & hi tres unum ſunt in Chriſto Jeſu. Audi quomodo teſtes? Spiritus (Sanctus, & ejus teſtimonium in cordibus fidelium) mentem revocat, (ab impietate) aqua (baptiſmi) proficit ad lavacrum, ſangvis (pro nobis e corpore Chriſti profluens) ſpectat ad pretium. Spiritus enim nos per adoptionem filios Dei fecit, ſacri fontis unda nos abluit, ſanguis Domini nos redemit.„ Auguſtinus L. III. contra Maxim. Arianum C. 23.„ Sane falli te nolo in epla. Joannis Apoſtoli, ubi ait: tres ſunt teſtes Spiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres unum ſunt - - -. (non citat verſum VII. vel quod in codice ejus defuerit, vel quod ab Arianis in quæſtionem fuerit vocatus) Hæc enim ſacramenta ſunt. - - Tria ite-

Omnem movent lapidem Sociniani, ut authentiam hujus pericopæ poſſint evertere, quibus dextram jungunt nonnulli Proteſtantes pro Socinianorum caſtris, ut jam moris eſt, haud ob-

itaque novimus de corpore Domini exiviſſe, quum penderet in ligno, primo Spiritum, unde ſcriptum eſt: & inclinato capite tradidit Spiritum; deinde quando latus ejus lancea perforatum eſt, ſangvinem, & aquam. „Mox dicit per tria iſta intelligi ipſam SSmam. Trinitatem, nam Pater *Spiritus* eſt juxta illud: Spiritus eſt Deus, *Sangvis* Filius eſt, quia Verbum caro factum eſt; *aqua* Spiritus S. eſt. Quum enim de aqua loqueretur Jeſus, quam daturus erat ſitientibus, Evangeliſta dicit: hoc dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes.„ Quaſi dixiſſet Auguſtinus: tres illi teſtes, de vera Chriſti humanitate teſtantes, ſunt Spiritus Chriſti in manus cœleſtis ſui Patris commendatus, aqua dein, & ſangvis ex percuſſo ejus latere profluentes; ſed duo poſteriora quaſi per allegoriam deſignant duo Sacramenta baptiſmum, & Euchariſtiam, qua ſangvis ejus nobis præbetur; omnia tria, quoniam ad unum teſtandum nempe de Veritate humanæ naturæ Chriſti concurrunt, ſunt quædam imago SSmæ. Trinitatis. Clarius Tract. 16. in Joan. habet: duo ſacramenta Eccleſiæ Chriſtianæ de Chriſto velut effluxiſſe, quum ex perfoſſo ejus latere proflueret ſangvis, & aqua. Hieronymus ad Oceanum Tom. 2. pag. 322. *Latus Chriſti percutitur lancea, & baptiſmi pariter, & Euchariſtiæ ſacramenta funduntur.*

Ego ſic explico: *tres in cœlo teſtes* de veritate carnis Chriſti, ſeu vera illius incarnatione, non autem, ſicut plerique ſeculi primi hæreſiarchæ dixerunt, mere phantaſtica, *ſunt* (1) Pater, qui voce de cælo delapſa dixit: hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui. (2) Verbum, ſeu ipſe Chriſtus, qui ſæpe de ſe teſtatus eſt. (3) Spiritus S. dum ſuper Chriſtum in ſpecie columbæ deſcendit; hi tres teſtantur veram Chriſti eſſe doctrinam, humanitatem &c; & tres hi unum ſunt quoad naturam ſuam. In ter-

obſcure militantes, & liberiores quidam etiam inter Catholicos Critici: Curcellæus, Joan. Clericus, Crellius, Woltzogenius, Chriſtoph. Sandius, Joan. Sam. Semlerus Halæ Profeſſor, Wet-
Aaaa 5 ſte-

ra tres teſtes (1) Spiritus in cruce emiſſus, ſeu anima Chriſti corpore ſoluta evidens teſtificatio fuit, Chriſtum verum, ac ſubſtantiale compoſitum humanum fuiſſe, ſeu veram non phantaſticam, & illuſoriam ſumpſiſſe naturam: (2 ac 3) quia ex latere exivit ſangvis, & aqua, veram carnem, & ſangvinem habuit Chriſtus, nam phantaſma his caret; ergo tria hæc teſtantur, & in hoc teſtando unum ſunt, Chriſtum vere fuiſſe incarnatum, *Spiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas.*

Sublimius quidam: *Spiritus S.* ut miſſus a Filio, & relictus Eccleſiæ in nos dona ſua (tunc etiam viſibiliter) effundit: *ſi abiero, mittam eum vobis, Spiritum veritatis:* Spiritus iſte nos per adoptionem filios Dei facit; eſt ergo in terra teſtis de veritate doctrinæ a Chriſto traditæ. *Sangvis* Chriſti effuſus, eſt pretium redemptionis noſtræ valoris immenſi, quale non poteſt enaſci, niſi de perſona Divina habente veram naturam humanam ſibi hypoſtatice unitam. *Aqua* in baptiſmo, quæ ex pretio ſangvinis Chriſti tantam accepit dignitatem, ut, quaſi applicatio manantis ex latere Chriſti ſangvinis, eluat peccata, & hæc tria in terra conveniunt in unum, ſeu plenarium, & omni exceptione majorem teſtem coëfficiunt de eo, quod Jeſus Chriſtus Filius Dei ſit, vere homo, vereque orbis Redemptor.

Junctis verſibus VI. VII. VIII. *Hic eſt Jeſus, qui*, ut nos mundaret, *venit* remedium nobis allaturus *per aquam, & ſangvinem*: *non in aqua ſolum*, ſicut Joannes Baptiſta, qui tantum baptiſmum annunciavit, eumque ſterilem, *ſed in aqua, & ſangvine* venit, nam ex latere ejus hæc egreſſa ſunt, tamquam certiſſima indicia veræ incarnationis; dein Spiritus emiſſus indicat, vere fuiſſe hominem. Itaque tres in cœlo teſtes *Divinitati* Chriſti perhibent teſtimonium, *Pater* tot miraculis, & voce de cœlo clarâ, *Verbum*
ip-

ſtenius, agmen Criticorum ducit Richardus Simonius (pag. 620. l. 31.) libere aſſerens citt. periocham fuiſſe huic loco aſſutam; etiam Grotius ſuſpicatus eſt ab Arianis immiſſam, ut colligerent Patrem, Filium, & Spiritum S. non eſſe unum natura, ſed ſolum conſenſu, quomodo ſpiritus, aqua, & ſanguis in unum teſtimonium conſentiunt. Mirum videri poteſt, etiam a Chriſtophoro Fiſcher Inſtit. Hermen. Pragæ an. 1788. pag. 88. verba hæc poni: *certum videtur verſum, de quo loquimur, pro Arianis potius, quam contra illos facere.* Addit eum, qui hunc verſum in dubium vocat, non hoc ipſo hæreticum cenſendum: cúm vero Tridentina definitio refragari videatur, (ſi tamen per partes Scræ. minores etiam pericopas, aut verſus Patres illi intelligi voluerunt, inquit) præſtare in auctoritate Præſulum noſtræ Eccleſiæ acquieſcere, quam diſputare.

Argumentorum contra hunc verſum omne pondus huc devolvitur: deſideratur verſus iſte in græcis MSS. codicibus, ſaltem probatioribus, & plurimis, atque in nobiliſſimis Orientis verſionibus, & a Patribus Eccleſiæ veteris magno nu-

ipſa reſurrectione, vaticiniis, item miraculis, *Spiritus S.* mirifico deſcenſu in Apoſtolos, & gratiis in fideles effuſis; & tres hi, ut in teſtando, ita in eſſentia unum ſunt. Tres in terra teſtes *humanitati* atteſtantur, anima corpore ejus ſoluta, aqua e latere egreſſa, ſangvis e vulneribus manans, & tria hæc ad unam rem conteſtandam, nempe Chriſtum verum eſſe hominem, conveniunt, ut credamus in unitate perſonæ Divinæ Chriſti duas naturas copulatas, & Chriſtum tamquam verum Deum, & hominem verum adoremus.

numero prætermittitur, in Concilio Nicæno I. & Sardicenſi, aliisque contra Arium celebratis ad illum nunquam fuiſſe provocatum, Patres ſubinde pro adſtruenda Trinitate verſum VIum, & VIIIum omiſſo VIIo laudare; porro cum PP. contra Arianos omnia, quæ ad manus fuerunt, ſolicite arripuerint, argumentum, quamvis negativum in his adjunctis pleno robore valere. Radix contentionis, & lectionis hujus apud Proteſtantes controverſæ inde naſcitur, quod illi non verſiones, ſed unum fontem græcum cenſeant arbitrum, & Lydium lapidem conſtituant, qui enim verſiculo infenſi ſunt, negant in ullo vetuſto codice, qui ex origine græcus ſit, reperiri, unde Erasmus, & Lutherus in primis editionibus præteriverunt. Habet quidem editio græca Complutenſis ante Lutheri epocham ex antiquiſſimis, & præſtantiſſimis græcis MSStis uſui Catholicorum a Card. Ximenes parata, (pag. 156.) ſed & huic litem intentant. En naſſas, in quas ſe inferunt, qui omnia græca fide niti debere conſtituunt!

Argumenta pro Authentia hujus verſus variis editis diſſertationibus tam multa, tamque ſolida Catholici, Lutherani, & Calviniani produxerunt, ut a præſtando aſſenſu nihil quemquam, niſi pertinacia proprii judicii cohibere poſſe cenſeatur; videri poſſunt in Diſſert. Richardi Maertens Helmſtadii an. 1725. ex officina Buchholtziana Præſide Mosheimio Diſſert. Calmeti eplis. Canonicis præfixa, Natalis Alex. Tom. III. edit. Venet. 1777. pag. 30. P. Gazzaniga Tom III. de Trin. diſſ. I. C. III. edit. Venet. 1792. pag. 21. Ante alios Hermanni Goldhagen in Introductione in Scram. S. N. Teſt. Part. III. edit. Mogunt. 1768. pag. 480. Hic vir generale argumen-

cut ex terra, ita ex cælo teſtes adducere Joannem voluiſſe omnis contextio ſermonis innuit, præterea Joanni proprium eſt Chriſtum *logon*, ſeu verbum appellare, & Patrem, ac Spiritum S. etiam alibi Chriſti teſtes vocare Joan. 5. 37. & 8. 38. Verbum quoque de ſe ipſo teſtari Joan. 8. 18. & 10. 25. ac 1. 32. item 15. 26. ac 10. 30. dein 17. 22. 14. 15. 16. 13. Itaque Joannes ſparſim ſæpius jam dixit, quod hic enunciat collective.

Agnoſcit non Romana tantum, ſed etiam Græca Eccleſia, veluti partem verbi Dei ab annis jam 250. ut Calmetus dicit, ſeu potius ab antiquo, extat enim in Lectionario, ſeu Liturgico libro Græcorum Venetiis an. 1602. impreſſo, quo in ſacris conventibus utuntur, & Rubrica legi jubet feria V^a^ hebdomadis 35^æ^ poſt Paſcha, oſtendit vero Leo Allatius lectionem Canonicarum eplarum. adeoque & verſus 7^i^ apud Græcos antiquiſſimam eſſe. Uſurparunt verſum 7um illuſtres Galliarum, Hiſpaniarum, Africanorum, aliæque antiquiſſimæ Eccleſiæ; ſeculo V. an. 484. in Africa præſidente Eugenio Carthaginenſi Eppo. Epiſcopi 461. cum conſenſu omnium Africæ, Mauritaniæ, Sardiniæ, Corſicæ &c. Epporum. Hunnerico Arianorum, ſeu Vandalorum Regi ſolemnem fidei ſuæ de SSma. Trinitate confeſſionem obtulerunt, in qua contra Arianos tunc immaniter graſſantes ita audent loqui: *Ut adhuc luce clarius unius Divinitatis eſſe cum Patre, & Filio Spiritum S. doceamus, Joannis Evangeliſtæ teſtimonio comprobatur, ait namque: tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum ſunt.* Hi ſunt admirandi illi

te-

teſtes, quorum valde multi evulſis radicitus linguis usque ad finem vitæ ſine lingva loquendo, vivificæ Trinitati teſtimonium perhibuerunt, quod ſtupendum utique miraculum tot, & tam illuſtribus Juſtiniani Imperatoris, Marcellini Comitis, Evagrii, Æneæ Gazæi, &c. authoritatibus fulcitur, ut negari, niſi improbe, & impudenter non poſſit.

In re ſatis certa de Eccleſiæ Romanæ ſenſu ſuper verſu VIIo Aurelius Caſſiodorus Senator ſec. V. & VI. ſub Regibus Theodorico, Athalarico, Vitigio ſummis in aula muniis functus, & nonagenarius an. 539. mortuus in ſuis *complexionibus* ad C. Vum 1æ Joan. epl. hoc adducit comma: *Cui rei teſtificantur in terra tria myſteria, aqua ſangvis, & Spiritus: in cœlo autem Pater, & Filius, & Spiritus S. & hi tres unus Deus ſunt.* Teſtatur autem de ſe ipſe, *priſcos* codices ſe conſuluiſſe in lectione Scripturarum, & acri pollebat vir hic judicio.

Quod vero in tot codicibus deſideretur, facilis, & obvia ratio aſſignatur, negligentia deſcribentium, quos fallax deluſit oculus, quod verſus VIIus cum VIIIo idem initium, & eandem habet terminationem; derivo hiatum etiam a primis hæreticis, quorum poſt Cerinthum, & Ebionem conſentiens fuit impietas, Jeſu Chriſti Divinitatem inficiari; & negare vere paſſum, vere fuiſſe incarnatum; præterea rarius deſcribebantur epiſtolæ Canonicæ, quarum uſus ſeculis primis minus frequens erat; poſteaquam codices verſu iſto carentes non defuerunt, credo Arianos codicibus, qui hoc verſu deſtituerentur, multiplicandis ſtuduiſſe, aſſerit iſtud Author Prologi in Eplas. Canonicas antiquiſſimis (inde ab annis circiter nongentis) MSſtis præfixi ſub nomine

S.

S. Hieronymi, quem reipſa Hieronymum fuiſſe plures cum Cl. Martini, Kettnero, Bukendopio, Eraſmo, Socino, & Clerico contra multos opinantur, verba illius ſunt: „Quæ (eplæ. Catholicæ) ſi, ut ab eis (Græcis) digeſtæ ſunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in Latinum eloquium verterentur, nec ambiguitatem legentibus facerent, nec ſermonum ſe ſe varietas impugnaret, illo præcipue loco, ubi de unitate Trinitatis in I. Joannis epiſtola poſitum legimus. In qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum eſſe a fidei veritate comperimus: trium tantum vocabula hoc eſt aquæ, ſangvinis, & Spiritus in ſua editione ponentes, & Patris, Verbique, & Spiritus teſtimonium omittentes; in quo maxime & fides Catholica roboratur, & Patris, & Filii, & Spiritus S. una Divinitatis ſubſtantia comprobatur.„ Etiamſi Prologus iſte Hieronymi non eſſet, cui Simonius, & PP. Maurini ex non ſatis firmis rationibus abjudicant, manet tamen omnium conſenſione antiquiſſimus, Eplis. Canonicis plerumque expreſſo Hieronymi nomine appoſitus. Jam eloquar, quod ad inſtitutum meum facit: ſi ſola Græcorum codicum authoritate omnis Scripturarum textus niteretur, illuſtris, & patentiſſimæ hujus pericopes authentia practice quoad nos certa non eſſet. Unde Carpzovius Theol. Helmſtad. Profeſs. in nova verſione ſua Latina Halæ 1790. parentheſi includit, vertitque: „Siquidem tres ſunt, qui atteſtantur Jeſum eſſe Filium Dei, & Chriſtum (in cælo Pater, logos, ac Spiritus S. atque hi tres unum ſunt. & in terra item reſtantur tres:) Evangelium, Baptiſmus, & Sangvis. Atque hi tres conſentient

etiam

etiam in uno.„ Pag. 174. ad argumentum ex conſenſu codicum, & lectione Patrum pro authentia reponit, *ſed hæc quantula ſunt ad tam multos?* nempe in contrarium. — Singularis omnino (ita continuat) perſtat ſuſcipio, quod hoc penſum in græco codice Mſto. nullo antiquo invenitur? quid quod abeſſe adeo illud poteſt ſalvo contextu? Hæſeram ego aliquando in voce *Logos.* „Mox addit, eos, qui de theopneuſtia hujus penſi dubitant, non eſſe inſectandos, dummodo conſtet aliunde, eos non Socinianos, nec Deiſtas eſſe, ſed bona fide Chriſtianos, & Patrem, Filium, ac Spiritum S. in Deo uno, & vero adorare.

Similiter in græco exciderit vocula indicans propinquitatem loci, quaſi *u makran*, vel affine aliquid, Matth. 8. 30. *Erat autem non longe ab illis* dæmoniacis in finibus Geraſenorum vociferantibus, *grex porcorum*, in quos dæmones ingreſſi ſunt: Græcus habet contrarie *erat autem longe ab illis grex porcorum.* ſcimus idem longe, & non longe diſſitum recte habito diverſo reſpectu dici poſſe, nec inficior, makran gr. rachhòk hebr. pro re ſimpliciter remota, ſeu dein propior, ſeu remotior fuerit. interdum ſumi 2. Reg. 15. 17. ſed etiam verum Matthæum tantum alterutrum ſcripſiſſe; Vulgatæ ſenſus ex Marc. 5. 11. Luc. 8. 32. erat autem *ibi* gr. *ekei* circa montem grex porcorum, confirmatur.

Vulgaris græcus codex multa immutat in contrarium, aut notabiliter diverſum, ut certo, aut vero ſimiliter ſtatuendum ſit, in archetypo non ita fuiſſe poſitum.

Hor-

Hortatur fideles Apoſtolus, ut ſint *ſpiritu ferventes*, *Domino ſervientes*, *ſpe gaudentes*. *(qq)* Rom. 12. 11. græcus codex hodie paſſim fert loco *kyrió*, *kæró* h. e. loco *Domino tem-*
Bbbb *po-*

(*qq*) Non eſt iſta diverſitas nullius momenti, quia valde mutatur ſenſus, & in mente lectoris longe alia idea excitatur, Paulus tantum ſcripſit alterutrum, quid illud? dico, ut fideles Domino ſerviant: ſed compendio ſcriptionis *Kó*, vel Kró loco Kyrio contigit depravatio, dum alter pro Kæró expoſuit. (pag. 393. l. 12.) Ratio Vulgatæ lectionem pro nativa ſtatuendi, quia (1) ſic habet codex Alexandrinus (pag. 121.) (2) Velleſii Marchionis, qui XVI. codices contulit, quorum lectiones tamquam primis græcis exemplaribus maximam partem conformes laudat Millius. (3) Mſſtum. Biblioth. Vien. Cæſar. (4) Petavii Senatoris Paris. (5) Ex quindecim Mſſtis. Joan. Covelli tres. (6) Mſtum. Collegii Magdalenſis. (7) Mſtum. Cantabrigienſe, uti & editio Complutenſis. (8) Mſſ. duo Collegii Lincolnienſis, item Mſſ. duo Collegii novi Oxonienſis. (9) Mſſ. duo Laudii Archi-Eppi. Cantuarienſis. (10) Codex Mſtus. Baroccianus. item Mſſ. duo, quæ Thomas Rhoë ex Turcia attulit; unus item ex duobus Roberti Huntington. Addit Reinecoius, ſic in græco legiſſe verſores, Syriacum, Arabem, Æthiopem, Græcos PP. puta: Clementem Alex. Chrys. Theodoretum, Oecumenium, Theophylactum, Baſilium, Origenem, quæ omnia vulgarem græcum codicem convincunt lectionis depravatæ. Erudite obſervat Lucas Brugenſis lectioni *Domino* conſentire ſcholia Latina, quæ apud B. Hieronymum extant, & commentaria Primaſii, ac Sedulii collectanea, atque hodie in Latinis codicibus non niſi *Domino* haberi. Hieronymum alteram Italæ veteris lectionem emendaſſe, quam ſolus Ambroſius ſecutus eſt.

Beza Theodor. (pag. 89.) vel propterea lectionem *tempori* rejicit, quia nullibi cum verbo *dulevo* in græco talis phraſis occurrit, & plus indicaret, quam habitâ præciſe ratione temporis ſe circumſtantiis aco-

pori, unde Lutherus, & Eraſmus ita verterunt; (pag. 600.) etſi lectio *Καιρῷ*, ſeu *tempori* antiquiſſima ſit, tamen ætate Hieronymi pauciores codices eſſe oportuit hujus lectionis, cum ille epl. 27ª novæ edit. Vallars. Tom. I. col. 134. vet. edit. 102. quæ eſt ad Marcellam ita loquatur: „Revertimur ad noſtros bipedes aſellos, & illorum in aure buccina magis, quam cithara concrepamus: illi legant ſpe gaudentes, *tempori* ſervientes: nos legamus ſpe gaudentes, *Domino* ſervientes. De manibus Pauli prodiit *Kyrio*, quod cum melioribus MSStis græcis Vulgata conſervavit.

Oſtende mihi fidem tuam *ſine operibus*, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam: dicit

comodare V. 15. vix etiam poſſe tam commode explicari, quin a Chriſtianiſmo prorſus diſſideat. Varians eſt lectio, ſed cum mutatione ſenſus, ut ſolum alterutra ſit Pauli: quæro an illa Lutheri, & Eraſmi, vel noſtra? an uſualis Græca, vel quæ in Mſſtis. delitescit? An non, ſi hodie ex cathedra publice legeretur *tempori*, auditor omnis & perturbaretur, et aliud, quam hactenus, jam nunc ibi dici intelligeret? ſi *tempori* authentica eſt lectio, quia poteſt aliquo bono ſenſu exponi, ſubſtituas amabo! eodem jure *Fratribus*, longe magis conſentiet ſequentibus: *neceſſitatibus ſanctorum communicantes* V. 13. Si vero errorem hic ſubrepſiſſe confitendum, pari facilitate & alibi idem contingere potuit, neque diligentiſſimi veræ lectionis cuſtodes fuerunt Græci, cum codices falſarum lectionum apud eos ferme magis fuerint multiplicati, quam alii. Quod porro Corn. a Lap. & Calmetus utrique lectioni congruum ſenſum dare conentur, nihil me movet; Officio ſuo functi ſunt, quod erat, oblatas lectiones ſenſu bono exponere; aliud vero eſt, critice definire, quis reipſa textus conſervet lectionem archetypi.

dicit Jacobus C. 2. 18. Græcus habet contrarie: oſtende mihi fidem tuam *ex operibus*, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Vulgatæ lectio nativa, & vera eſt, quia manifeſte antitheſis intercedit, quæ in græco tota evaneſcit. Grotius hic: „Cum & MSSti plurimi, & optimus, quo utimur, & Latinus (etiam in Vetere Itala), & Syrus, & Arabs legerint *absque operibus*; omnino præſtat eam lectionem nos ſequi. Calmetus ſic: „ Vulgatæ favent eximii codices græci complures, Verſiones, Syriaca, Coptica, Æthiopica, & nonnullæ græcæ editiones. „ Senſus eſt: oſtende te fidem habere ſine operibus, ſi potes, ſed profecto non potes; aſt ego ex operibus demonſtro me habere fidem; nam ad hæc opera bona præſtanda non aliud me permovet, quam operans in me fides.

Depravatis locis adnumerat Bellarminus L. 2. de V. D. C. 7. quod legitur in græco 1. Cor. 15. 47. *ſecundus homo Dominus de cælo* loco: Primus homo *de terra terrenus:* ſecundus homo *de cælo cæleſtis*. Hic ſane eſt naturalis, & apte decurrens lectio: Adam Chriſto comparatur V. 47. ac deinceps oppoſitio iſta *terreni*, & *cæleſtis* vv. 48. & 49. continuatur. Non debebat Bellarminus ſeu ab heterodoxis, ſeu a modernis quibusdam Hermeneutis (Steph. Hayd pag. 40. ſuæ Herm.) tam leviter explodi, quaſi nullius momenti rationibus pugnet. Aliud judicavit Eraſmus. „ Ut ingenue dicam, mihi magis probatur, quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt: præſertim cum ita legant Hier. & Ambr. & magis reſpondet ad id, quod præceſſit; proinde arbitror *ho kyrios* adſcriptum a ſtudioſo quopiam, quo voluerit orationem reddere explanatiorem. „ Cal-

vinus alias in reprehenſionem Vulgatæ, & græci fontis commendationem maxime propenſus (pag. 105.), atque etiam Caſtalio in ſua verſione (pag. 597.) Vulgatæ contra græcum adhærendum eſſe exiſtimarunt. Corn. a Lap. dicit. „Depravatum eſſe patet ex Tertulliano L. 1. C. 5. contra Marcionem; *unde patet Latina Biblia præ græcis eſſe incorrupta.* Vera ergo lectio eſt, *ſecundus homo de cœlo cœleſtis.* Rmus. Viſer (pag. 87.) par. III. 9. *Ajo lectionem illam olim fuiſſe a Marcione ſubſtitutam*, de quo Tertullianus L. 2. adv. Marc. Codex Claromontanus, quem Morinus Hieronymo antiquiorem credidit, lectionem illam non habet.„ Nondum vides exemplum pravæ lectionis in omnes jam codices immiſſæ! *Cœleſtis* eſt Chriſtus, non quaſi carnem cœlo detuliſſet, ſed, quod aſſumpſit eam abſque peccato, in oppoſitione ad proto-parentem noſtrum jam peccato corruptum, qui ex terra factus dein ex peccato mortalitatem, aliasque terreni hujus, & animalis corporis vitiati ſequelas contraxit, a quibus anima humana, & corpus Chriſti immune fuit, quaſi non ex terra, ſed ex cœlo eſſet. Tertulliani locus ita habet: ſecundus, Dominus de cœlo: quare ſecundus, ſi non homo, quod & primus? *eodem modo & in nomine hominis revincetur*„ h. e. fraudis Marcion convincetur.

I. Cor. 7. 33. Qui cum uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt Mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt. Bellarmino melior iſte ſenſus videtur. Et ſane Hieronymus, quamvis alibi ad Helvid. & Euſtochium lectionem græcam non repudiet, nihilominus L. 1. contra Jovinian. negat hâc Apoſtolicæ mentis ſententiam explicari.

Ut

Ut quid igitur doctiſſimus Cardinalis, dum ad majora pro ſolida Catholicorum dogmatum defenſione tractanda feſtino greſſu properans, in procinctu de corruptione græci textus aliqua dixit, ab ipſis Catholicis, hodiernæ Hermeneuticæ Authoribus, contemnitur? ſed abrepti græcæ lectionis, quam deprehendunt, ſtudio malunt non Bellarminum ſolum, ſed etiam Hieronymum accuſare, quam id, quod ſemel imbiberunt, viri etiam ceterà præclari dimittere.„ Nempe in Libro contra Jovin. conjugio minus favens, æſtu diſputationis abreptus, per exceſſum id protulit Hieronymus „ inquit Dam. Czerny (pag. 87. l. 1) par. II. pag. 13.

Græcus textus 1. Cor 7. 33. alia adhibita interpunctione, particula & omiſſa punctum ponit poſt *uxori*, novamque poſtea inchoat propoſitionem: *diviſa eſt* mulier, ſeu *uxor*, & *virgo*, h. e. diſtincta a ſe invicem ſunt hæc duo: eſſe uxorem, & eſſe virginem innuptam, diverſa ſunt utriusque ſtudia. Exiguam eſſe differentiam monet Calmetus, addit nihilominus, græca quædam exemplaria cum Vulgata conſentire, Complut. Alexand. Æthi. Patres. 2o Plenior, inquit, eſt, ac luculentior Vulgatæ ſenſus. 3o Reipſa aptius ad conſequens refertur ſic: Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta corpore, & Spiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat, quæ ſunt Mundi. Nec magni momenti videtur, dicere, quod habet græcus: inter nuptam, & non nuptam eſſe diſtinctionem, quod ex terminis notum. Similis minus accurata interpunctio in græco Apoc. 14. Beati, qui in Domino, in conſtanti erga Deum fide, & pro Domino moriuntur a modo. Dicit Spiri-

 tus,

tus, ut requieſcant. Item ad Gal. IV. verſu ultimo, qua libertate Chriſtus nos liberavit, ut non ſimus filii ancillæ, h. e. ſubjecti veteri legi. (pag. 738. l. 23.)

Salutate Epænetum dilectum mihi, qui eſt primitivus, primus convertita, proſelytus, *Aſiæ.* Loco Aſiæ græcus legit *Achajæ:* quod tamquam erroneum, ex Vulgata eſt corrigendum, ad Rom. 16 5. Origene, Hieronymo, & Millio conſentientibus. Grotius dicit: Hieronymus aliquoties citat *Aſiæ*, & id rectum arbitror, nam Epænetus Aſiæ primitiæ fuit, non Achajæ, Achajæ enim Stephanas (vir) fuit 1. Cor. 16. 15.

Per bona opera (pag. 30. l. 23.) 2. Petr. 10. ex Vulgata in græcum redhiberi debet, *dia tòn kalòn ergòn*, quia codices antiquiores ſic habent, & contextus poſtulat. Grotius: „in MSto quo utimur, & aliis multis plenius legimus.„ Calmetus: „Codex Alexand. (addi poterat Clar. Ger. Vel.) Syrus, Æthiopes, græci complures libri, omnesque Latini cum Vulgata conſentiunt, totaque Petri oratio ſatis innuit hunc eſſe loci ſenſum.„ Et tamen erat tempus, quo a Proteſtantibus iſtud Vulgatæ vitio datum eſt, quaſi Pontificii ad bona opera commendanda addidiſſent.

Act. XX. 28. dicit Paulus: attendite vobis, & univerſo gregi, in quo Spiritus S. poſuit vos regere Eccleſiam *Dei*, quam acquiſivit ſanguine *ſuo*; ex quo immediate fluit, Chriſtum a Paulo Deum vocari; nam ille, qui Eccleſiam ſuo ſanguine acquiſivit, non eſt niſi Chriſtus. Notat Scholiaſtes (compendioſus expoſitor) apud Calmetum, indoctos librarios, & fallaces, ut veritatem obtenebrent, nomen *Dei* mutaſſe in nomen *Chriſti*, & *Domini;* unde etiam Syrus habet

bet *Chriſti.* Sed Vulgatæ ſinceram eſſe lectionem probat Millius, græci codicis itaque ſublesta eſt. Confer ſect. I. pag. 6.

Joan. 7. 39. *Nondum erat Spiritus S.* addi debet *datus*, ſicut habet Vulgata, ut quid enim diceret Spiritum S. nondum fuiſſe, qui ſecundum ſe nunquam non fuit? unde alii codices græci addunt *ep' avtois*, quod idem eſt, alii diſerte ponunt: *didomenon;* Chryſoſtomus in Commentariis Vulgatæ lectionem ſequitur. Act. VI. 8. Stephanus autem plenus *gratia* (pag. 600.) græcus: plenus *fide*, exigua differentia, aliena tamen ab archetypo lectio, e melioribus græcis codicibus ad lectionem Vulgatæ reducenda.

I. Cor. 15. 49. Non per *o* parvum, ſed per *o* magnum, ſeu omega *phoresómen* portemus, non portamus. 1. Joan. 5. 17. *Eſt & peccatum ad mortem*, Græcus *Eſt peccatum non ad mortem*, quamvis multa ad conciliandum inventa ſunt, græcus tamen vel ad ſenſum Vulgatæ explicandus, vel ſaltem præferendus non videtur. Jac. I. 19. *Scitis* Fratres! h. e. *iſte* gr. & ita habet MStus. ait Grotius. Nempe Alexand. Barb. Vel. Copt. uſualis græcus *óſte* h. e. *quamobrem*, *itaque*. I. Joan. IV. 3. olim in græco conſentienter Vulgatæ lectum fuiſſe ex Didymo, & S. Cyrillo, Leone M. & non paucis Patribus a Millio, & Wetſtenio adductis colligitur. Nicephorus, & Hincmarus poſt Socratem hanc depravationem Neſtorianis tribuunt, *omnis Spiritus, qui non confitetur Jeſum in carne veniſſe, ex Deo non eſt*, loco: *omnis Spiritus, qui ſolvit Jeſum;* verba Socratis ſunt L. 7. C. 32. pag. 321. Edit. Græco-Lat. Aug. Taurin. 1747. Cum Neſtorius ob eloquentiam, qua pollebat, arro-

 gan-

gantia elatus vetuſtiora exemplaria, & opera Veterum non conſuleret „ignoravit in Catholica Joannis epiſtola ita ſcriptum eſſe in antiquis exemplaribus: omnis Spiritus, qui Jeſum a Deo ſeparat, non eſt ex Deo. Hanc enim ſententiam e vetuſtis exemplaribus ſuſtulerunt ii, qui ab hominis diſpenſatione Divinitatem ſeparare ſtudebant. Quamobrem & priſci interpretes id ipſum obſervaverunt, fuiſſe nimirum quosdam, qui hanc epiſtolam depravarint, hominem a Deo ſejungere cupientes.„ Multa pro lectionis græcæ defenſione etiam ex antiquitate adferuntur, ſed quid citati veteres ſenſerint, & an tam incerto, qualis hodie græcus eſt, codici fides in omnibus haberi, & palma adjudicari debeat, quæritur. (pag. 940.)

I. Cor. XV. 51. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes *immutabimur:* nempe ad gloriam, nec enim damnati meliorem ſortem conſequentur, illi *comparative* non immutabuntur, ſed in umbra mortis, ut modo ſunt, perennabunt. Senſus iſte clarus eſt. Græcus textus habet: Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur. Durum, & intellectu difficilius iſtud videtur; ſi enim non omnes dormiemus, ſeu non omnes moriemur, neque omnes reſurgemus, quod videtur eſſe contra ſymbolum Apoſtolorum, quo reſurrectionem carnis profitemur. Si non omnes moriemur, ut quid eodem Apoſtolo teſte ad Hebr. IX. 27. ſtatutum eſt hominibus mori? poſt hoc autem judicium. (pag. 753. l. 34.) Varians iſta lectio ſenſum vehementer mutat in propoſitione tam illuſtri, & momenti maximi, quam ut Apoſtolus tanto magis animis inculcaret, præmiſit: *Ecce myſterium dico vobis!*

Et

Et hoc myſterium alio transfert lectio græca! defendunt tamen ipſam non pauci, nec deſunt, qui cum Eraſmo, & Eſtio præferant etiam; ajunt enim I. Theſſ. IV. 16. idem doceri: „Et mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: deinde nos, qui vivimus, (ſeu illi, qui tempore univerſalis reſurrectionis victuri ſunt, quorum ſtatum Paulus hîc repræſentat,) qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus.„ Sed 1° nulla regula admittit, ut obſcurum per æque, vel magis obſcurum explicetur; locus vero 1. Theſſ. 4. 16. talis eſt. 2° ſupponit iſta explicatio illos, qui in fine Mundi vivent, non eſſe morituros, quod ab aliquot PP. aſſertum ob reverentiam illorum magis toleratur, quam ut poſitive adprobatum dici poſſit. Unde Dam. Czerny par. II. 14. dicit: caſu, quo doctrina de non morituris ultimis hominibus quaſi fidei adverſans rejiceretur, magnam ingereret græca lectio difficultatem. „ Ergo ſaltem eatenus recipi non debet, eo minus Vulgatæ præferri, quatenus communiter tenetur etiam ultimos homines vera morte extingvendos. Ad explicanda Pauli 1. Theſ. 4. 16. verba ſufficit dicere, ultimos homines ſtatim e vita migraturos, ſimulque mox cum aliis exſuſcitandos, ut lata in primum hominem ſententia etiam in his impleatur; & rapi in aëra, & mori illis ex æquo continget. Græci textus Patroni obſcurum hunc locum pro explicando altero minus obſcuro obtendunt, nos claras ſententias de neceſſitate ſubeundæ mortis, ac generalis reſurrectionis. Sed & contextus ipſe Vulgatæ lectionem circumſepit, munitque. V. 50. non omnes ad gloriam immutabimur, *quia caro,*

& *ſangvis* (carnales homines) *regnum Dei poſſidere non poſſunt*, *neque corruptio incorruptelam* (quod per immutationem corporis a corruptibili in glorioſum eveniret) *poſſidebit*. v. 52. *mortui reſurgent incorrupti* h. e. ad capeſſendam incorruptionem, & *nos immutabimur*, nempe, qui ſalvabimur. Si authoritate veterum pugnandum eſt, Vulgatæ lectionem ſervant codices (græci) optimi, inquit Calmetus, nempe Claromontanus, Sangermanienſis, Veleſii, Veterumque Patrum quamplures: Tert. Hilarius, Ambr. Ambroſiaſter, Hier. Aug. pluribus locis, qui in plerisque Latinis codd. ita haberi aſſerit Qu. 3. ad Dulcitium, Fulgent. Beda, Gennad. &c. ut hæc vulgatiſſima, ac fere ſola apud Latinos fuiſſe videatur, quam fulciunt Latini, & plures græci codices ita ferentes: *omnes quidem dormiemus*, adeoque etiam reſurgemus, unde hæc lectio coæquatur Vulgatæ noſtræ, *ſed non omnes immmutabimur*. Multo facillima fuit apud Græcos unius literulæ *u* h. e. *non* & in altera particula *ny* omiſſio, ut ex: pantes men *un* kœméthéſometha, all' u pantes allagéſometha, h. e. omnes quidem itaque dormiemus, ſed non omnes immutabimur: fieret, quod jam vulgo legitur. Sufficere iſtud poterat, ut grande hoc, ac terrificum myſterium, hactenus incognitum, a Paulo revelatum, vetuſto græcæ levitatis, aut negligentiæ vitio tenebreſcat.

Corn. a Lap. dum retuliſſet lectionem Auguſtini L. 20. de Civ. C. 20. quam & Hieronymus probavit: *omnes dormiemus*, *ſed non omnes immutabimur*: Et Vulgatæ, quam Aug. & Hieronymus cunctis præferendàm exiſtimant, deinde ex ſua ſententia ſubjicit: „Et ſine dubio

hæc

hæc lectio planior, verior, certior eſt, & aptius cohæret præcedentibus, & ſequentibus, & aliis locis S. Pauli „ Addit græcam lectionem non videri veram, licet non debeat temeritatis, ac erroris, quod Sotus, & Catharinus faciunt, continuo damnari. Hoc igitur reſtat textui græco, ut erroris, ac temeritatis nota ei equidem hoc loco non apponatur, verus tamen eſſe jam deſierit. *(rr)*

Na-

(rr) *Expendimus hæreticorum conatum.* Vix aliquis eſt liber N. Tti. quem abolere non ſtuduerint, alii hunc, illum alii librum abſolute rejecerunt, e. gr. *Alogi* Evangelium Joannis. Alii integra capita, & ſententias depravarunt, immutarunt, eraſerunt, e. gr. de epl. ad Rom. Tert. dicit L. 5. contra Marcion. c. 13. „Quantas autem foveas in iſta maxime epiſtola Marcion fecerit, auferendo quæ voluit de noſtri inſtrumenti integritate, patebit. „ (pag. 116.) Iniquitate hujusmodi hominum rebus Catholicorum in Oriente toties, & tam lacrymabiliter turbatis fieri citra miraculum non potuit, ut in Africa, Europa, Aſia non multiplicarentur codices erroneis lectionibus onuſti, quos, ubi quiſpiam, licet Orthodoxus, nactus eſt, cum nonniſi tædioſa deſcriptione haberentur, facile ſibi perſvaſit, ſe pretioſum indeptum fuiſſe cimelion; unde, loquendo de privatis hominibus, atque etiam Eccleſiis particularibus, neque Catholici ſemper habuerunt codices græcos omni ex parte ſinceros, (idem eſto de Latinis) quibus ſuffecit, codicem ſuum manifeſto vitio non laborare.

Conſideramus Græcorum levitatem, & inconſtantiam. De æqualitate cum Romanis jam inde a ſeculo IV. contendebant, an. 381. in Conſtantinopolitano I. concilio canone III. decretum fuit, *ut Eppus. Conſtantinopolitanus poſt Eppum. Romanum honoris primatum habeat, eo quod Conſtantinopolis eſſet junior Roma.* Socrat. L. 5. Hiſt. c. 8. Immo & Patriarchicam dignitatem, ac juriſdictionem in Diœceſes Thra-

cicam

Natalis Alexander in Expoſit. Literali, & Morali Evang. edit. Venet. 1782. in IV. ac Com-

cicam, Ponticam, & Aſiaticam eidem attribuunt; quod rurſus an. 451. Chalcedone can. 28. renovatur, & ſtabilitur, Romana Eccleſia, quæ Nicænis canonibus vulnus infligi non permiſit, hoſce Canones damnante, & nullos, atque irritos declarante, ut patet ex Leone M. qui Apoſtolica libertate pro ſuprema in Eccleſia Chriſti authoritate omnem iis ademit vigorem; vide, ſi lubet, Nat. Alex. Tom. IV. Sec. IV. Diſſ. 38. pag. 522. Ipſi vero etiam Imperatoriam Juſtiniani conſtitutionem Novel. 130. efflagitant, quorum *ſuperbia* dum *aſcendit ſemper*, ſub Photio in funeſtum ſchiſma erupit, quod ſec. XI. ſub Cerulario recruduit, ſemperque, licet interdum ad Eccleſiam Romanam redirent, auctum eſt, dum tandem Græcia hæreſum mater fieret, quo malo etiam perivit, jamque Græca fides in vitio ponitur.

Ex adverſo: Eccleſia Latina, quæ vulgaris græci codicis poſt ſchiſma perexiguam rationem habuit, ſicut in vera fide conſervanda, ita in veris Scræ. exemplaribus cuſtodiendis, & retinenda Vulgatæ integritate conſtantior fuit, & potentior, dum legitimorum Paſtorum ſucceſſione nunquam interrupta particulares Eccleſiæ cum Romana, cæterarum matre, ac magiſtra non tantum fidei, ſed etiam ejuſdem Scræ. communicatione colligarentur, Confer pag. 127. 129. fin. Et teſtimonium Bezæ pag. 89. Richardi Bentleji pro confirmanda Vulgatæ authoritate e græcis exemplaribus laborem egregium (pag. 131.) In immenſa græcorum codicum variatione, cum nemo dubitet, e tot lectionibus unam ſolum eſſe de archetypo, Ariſtarchi canones ſuos, prout quisque concipit, ſtatuunt, ut ex hoc Labyrintho pedem efferant, & certam quampiam afferant lectionem, cujus ſacra, & inviolata ſit auctoritas; ſed canones ab his ſtatutos impetunt, refellunt, damnant alii, quorum eruditis collatis utrinque laboribus, ubi veritatis anchoram invenias, nihilo quam antea, certior eris.

Ita-

Comment. Lit. & Mor. in epl. Paul. habet ſequentia. C. 5. Matth. V. 21. *Qui iraſcitur fratri*

Itaque in tanta caligine, etſi plerumque in textibus ad fidei, & morum confirmationem non pertinentibus, graſſante, ipſis hererodoxis non paucis rei totius incertudinem agnoſcentibus, tutiſſimum cenſeo, penes Vulgatam permanere; nam practice iſte eſt codex Biblicus Eccleſiæ Catholicæ inde ab Hieronymi temporibus, proinde ſine controverſia antiquiſſimus, univerſæ Eccleſiæ Romanæ uſu tot ſeculis probatus, Oecumenici concilii definitione authenticus, ab heterodoxis doctioribus de fidelitate multum laudatus, (pag. 34. 463. 158.) mirabili Græcorum, eorumque optimorum codicum teſtimonio commendatus. Græci vero uſuales codices in eandem conjecti ſunt hodie, aut forte majorem calamitatem, & perturbationem, quam fuerit illa, qua olim ſub ætatem Hieronymi Latinos codices conflictatos fuiſſe novimus, ubi tot prope modum exemplaria fuerunt, quot codices.

Difficultates ab Adverſariis obmoveri ſolitæ paucis expediuntur. Prima. Corruptionem Græci textus fieri non potuiſſe ſvadet Zelus primorum Chriſtianorum; nam vel in maximis Decii, & Diocletiani perſecutionibus conſervationi ſacri, etiam græci, textus, magis, quam ipſius vitæ, intenti erant; hæretici autem corrumpere non poterant codices integerrima fide a Sanctiſſimis Eppis. ſervatos. Aliud eſt dicendum de hebræo textu, qui apud Chriſtianos in uſu non fuit; nam Originalis N. Tti. textus in Matricibus Eccleſiis legebatur, Octo prima, & illuſtriſſima Catholici orbis concilia græco ſermone, adeoque etiam adhibito græco textu celebrata fuêre.

Reſp. Erant zeloſi iî, qui ab Eccleſia Catholica inde a primo ſeculo conſequenter omni tempore defecerunt, quales erant innumeri, maxime per Orientem diffuſi hæretici *Neg.* Erant zeloſi Catholici *ſubdiſt.* Et zelo ſuo in tantis rei Chriſtianæ perturbationibus, ferveſcentibus fluctibus perſecutionum efficere potuerunt, ne ulla vitiata ab hæreticis exemplaria, aut

tri ſub ſine cauſa, de additamento *ſine cauſa* „In quibusdam codicibus antiquis irrepſerunt hæc

---

aut a rudioribus erronea deſcriptione variata multiplicentur, & orthodoxis caſu, aut fraude aliorum communicentur. *Neg.* ſecus *Conc.* Objectio demonſtrat non omnia fontium, & verſionum exemplaria potuiſſe corrumpi, quaſi ad nos mere corrupta devenerint exemplaria, non (1) verſio illa, qua Eccleſia usa eſt; (2) nec græcus textus in omnibus exemplaribus (3) nec in omnibus capitibus, & ſententiis, ſed in nonnullis, idque ſæpe caſu, & incuria deſcriptorum. Fons græcus uſualis mathematice, & phyſice integer non eſt, cum in nonnullis deficiat, ut probatum eſt; moraliter tamen integer, & incorruptus dici meretur, quia maxima ſui parte talis deprehenditur, & ſicubi labem contraxit, non deſunt codices etiam græci, ex quibus emendetur, vel ſaltem apud PP. & vetuſtas verſiones ſententiæ, & veritates ejus actu perſeverant. Non contra nos, ſed contra Naturaliſtas objectio hæc formanda eſt, qui horrenda impietate effutiunt, Scras. hodiernas non eſſe verbum Dei, ac inter cætera ſua deliramenta afferunt corruptionem Univerſalem Fontium, & verſionum in doctrina morum, & toto Ordine dogmatum. Contra quos dicimus talem corruptionem cum zelo primorum Chriſtianorum componi non poſſe &c. Dicimus tam in verſionibus, quam in fontibus quoad ſubſtantiam religionis, quam nequiter, & impie rident, eadem dogmata, eadem morum principia, eaſdem veritates contineri, ſummam revelatæ religionis ipſos, ubi libuerit, ſeu in verſionibus, ſeu in fontibus deprehenſuros, quia in his nulla eſt diſcrepantia fontium, & verſionum, in quibus potius mutuo ſe firmant, nec catholicos mutationem religioni noxiam in codicibus omnibus fuiſſe permiſſuros. (pag. 114. & 122.)

Alia movetur quæſtio inter ipſos Chriſtianos, an in particulari hoc, aut illo loco in hos, aut illos codices aliqua corruptio non irrepſerit, variatio, & veterum conſtans pro alia lectione teſtimonium oſtendit uſuali græco codici iſtud eveniſſe; verum ex hoc

qui-

hæc verba: *ſine cauſa*, quæ SS. Hier. & Aug. judicio expungenda ſunt. Non meram animi commo-

quidem Naturaliſtarum cauſa nulla parte juvatur; nam ſi quæ in aliquo codice vitiata eſt lectio, non ea præ integra venit eligenda; Ita ſi quædam in Ariſtotele, aut Cicerone in hac, aut illa editione male poſita ſunt, non propterea horum operibus quoad ſummam rei fides deneganda &c. Satis eſt veram etiam quoad hæc lectionem in melioribus codicibus manſiſſe; deinde etiamſi in minutis rebus immedicabilis aliqua demutatio contigiſſet, dogmati, & morum doctrinæ non erat præjudicatura, ponamus enim omnes illos errores, & plures alios generis ejuſdem, quos Hebræo, & Græco codici expoſui, vere obtinere, quid hoc ſummæ rei officit? an e. gr. propterea quod *chaaru* in hebræo detritum ſit in *ckaari*, aliis in locis idem hebræus codex Chriſti patientis circumſtantias ita occulit, & obſcurat ubique, ut convincendæ Judæorum obſtinationi arma non præbeat? an quia græci codices illud: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo* omittunt, ex illis pro Trinitate jam non ſuperant argumenta?

Dubio vacat, codices græcos jam ætate Hieronymi magna variantium lectionum ſylloge, in quibus non pauci errores continebantur, fuiſſe turbatos, quocum bene cohæret, Hieronymum alios integræ fidei codices græcos nactum, illapſos aliquos Vulgatæ nævos ex illis emendaſſe, aut verſionem reddidiſſe caſtigatiorem. Porro ab ætate Hieronymi Eccleſia Latina græcos codices græcis reliquit, quibus, poſteaquam in varias Arianæ, Neſtorianæ, Eutychianæ, Macedonianæ, & conſimilium hæreſeon ſectas diviſi ſunt, demum aperto ſchiſmate a Catholica Eccleſia ſeparatis medium conſervandorum ab omni nævo codicum defuit; Catholicorum autem non paucos græco textu in Oriente utentes ſequiori tempore in minutioribus iſtis græca fides non ſemel deluſit, dum obvia, quæ habere e veſtigio licuit, exemplaria, moleſta, & moram poſcente deſcriptione multiplicata fuerunt.

Zo-

motionem ſignificat hic iræ nomen, hæc enim aliquando juſta, ſecundum illud: iraſcimini, & nolite peccare. Ubi autem vir iſte indefeſſæ di-

Zelus Chriſtianorum non impedivit, quo minus juxta AA. Vulgatæ menda graviſſima inde ab Hieronymo uſque Carolum M. ab iſto uſque Tridentinum Concilium immigrarent, an zelus pro græco codice major erat? Et ſi zelus iſte tantum potuit, cur jam ſeculo IV. nulla ſuperfuerunt autographa? cur Originalis primi Evangelii, & epl. ad Hebr. textus jam primis ſeculis corruptus, (pag. 115. l. 29.) dignus habitus eſt, qui ab Eccleſia repudiaretur, quæ genuinam verſionem fontibus interpolatis præferendam exiſtimavit? quare veteres ne verbulo quidem ad fontes provocant? Matthæum Hebraice ſcripſiſſe ſuppono, quia totus Orbis Chriſtianus per XIV. ſecula ſic ſenſit, cui contradicere vanum eſt, ne dicam periculoſum.

Conſervationi Sacri textus vel in fonte, vel in verſionibus magis, quam vitæ ſuæ intenti fuerunt Chriſtiani, in quantum perire verbum Dei non ſiverunt, neque ab ethnicis aboleri; ſed ne alicubi in græco aliquo libro vox quæpiam mutetur, invigilare nec potuerunt, nec voluerunt, ſuos codices conſervare contenti. Sanctiſſimis Eppis. ſincera plerumque adfuiſſe exemplaria conſentio, licet etiam in his, utpote ex alieno deſcriptis aliquas a primigenio textu aberrationes interdum accidiſſe non dubitem, in quo ex eorum lectione non parum confirmor. Matrices Eccleſiæ codicibus utebantur, ſicut in V. Tti. editione 70. virali, (pag. 331.) ita & in N. Tto. in non paucis (minutis utique) diſcrepantibus; concilia hujusmodi diſcrepantias caſu, vel deſcribentium lapſu enatas, non judicarunt eſſe tanti momenti, ut propter eas Eccleſiis hæc, aut illa exemplaria uſurpantibus litem intentarent, coacta ſunt ad alias graviſſimas quæſtiones de formandis moribus, & comprimendis hæreſibus finaliter terminandas, cui ſcopo quævis etiam græca Orthodoxorum exemplaria idonea & ſufficientiſſima arma præbuerunt. Accedit errores diverſiſſimorum codicum non fuiſſe cognitos, neque una Eccle-

diligentiæ, Ordinis ſui illuſtre decus, in Hiſt. Eccl. ſec. IVº adverſus Claudium Fraſſenum
Cccc Tom.

cleſia emendationibus alterius, aut codicibus ſtandum ſibi potius, quam ſuis cenſuiſſet.

Cum porro tam facilis eſſet corruptionis occaſio, e. gr. unam literam omittendo, aut loco o majuſculi o parvum ſcribendo; dico, mutatas fuiſſe hæreticorum fraudibus, aut etiam catholicorum incuria veras lectiones in græcis codicibus, nec errorem illico fuiſſe detectum, mox lectiones hujusmodi etiam pluribus provinciis evaſiſſe communes, & cum nihil dogmatibus contrarium offerrent, in ſuſpicionem non veniſſe, tandem vetuſtate roboratas; primis quinque ſeculis ſi quæ illata eſt corruptio, ſæpius caſtigata fuit, ſed nec tunc ſemper pleno cum ſucceſſu, poſtea vero uſque ad tempus Conc. Trid. græcos codices apud Eccleſiam Latinam in deſvetudinem abiviſſe, & ſexcentis modis in multis textibus, ac ſententiis, vocibusque potuiſſe vitiari.

Objectio ſecunda. Non eſt dicendum Eccleſiam Græcam authentica Scriptura hodie jam deſtitui, alioquin dum Græci ad Catholicam redeunt, admonendi eſſent, ne Vulgari græco textu utantur; quod Eccleſia Catholica non facit, quia nimirum ſupponit eos habere etiamnum Scram. authenticam. *Reſp.* (1) Retorq. Non eſt dicendum Eccleſiam Latinam authentica Scra. hodie jam deſtitui; atqui ſi vulgaris græcus codex proprie, & phyſice, ſeu quoad omnes partes authenticus eſt, codex Eccleſiæ Latinæ additione, ſubtractione, aliiſque mutationibus vehementer eſt fœdatus &c.

(2) Non eſt dicendum &c. ſi authentia ſpectetur non phyſice, quoad omnes partes, ſed tantum moraliter, ſeu quoad potiores partes, ſicut ſpectari vulgo ſolet, ut ſenſus ſit, Græcos Schiſmaticos habere textum vulgarem quoad ſummam rei legitimum, & lectioni Eccleſiæ Catholicæ concordantem *Conc.* ſi authentia ſtricte, & juxta definitionem Juliani Juris-Conſulti (pag. 65.) ſumatur, & quidem *abſolute* quoad omnes partes momentoſas *ſubdiſt.* Non eſt hoc

Tom. IV. pag. 573. Art. 38. ſe defendit, ſolemniter proteſtatur, ſe non dixiſſe, *ſine cauſa* ad-

hoc dicendum, ſi cautione aliqua, & aliis quoque præter vulgarem codicem præſidiis ad repræſentandum ex integro Dei verbum utantur. *Conc.* ſi codici uſuali pertinaciter adhæreant, nolentes recipere illas partes, quas in uſualibus codicibus deſiderari in concluſione diximus, tunc non eſt dicendum &c. *Neg.* ſi enim e. gr. hiſtoriam adulteræ, Marci Cap. ult. poſtremos verſus, 1. Joan. 5. 7. &c. non reciperent, eos integro Dei verbo deſtitui confiteri deberemus. Cæterum

Authentica Scriptura Græca Eccleſia non caret, quia (1) vulgatus græcus codex eſt authenticus ſenſu alias declarato. (pag. 69.) (2) habet præ manibus exemplaria antiqua, in quibus vera lectio conſervatur, & e quibus vulgares codices emendari poſſunt. (3) ſi tamen pertinaciter eos codices præferant, in quibus modo dicta deſiderantur, & lectiones a primigenio exemplari diſcrepantes contra Vulgatæ authoritatem obtendant, eos *in his* authenticam habere Scripturam nego. Nemo prohibet eos uti codice ſuo Vulgari, neque cogit Vulgatam noſtram ſequi, niſi ubi lectio græca in momentoſis defecerit. Porro non eſt mirum, aliquem eſſe in uſu vulgari Scripturarum defectum apud eos, apud quos fides ipſa defecit, quia cum vera religione Scripturæ integritas perſeverat, ea vero migrante ſolet pariter & ipſa emigrare, quod Judæorum, & variarum nationum exemplo docetur. Integritas Scripturarum ibi quærenda eſt, ubi vera, atque integra ſervatur fides, cujus Scriptura baſis eſt, & fundamentum. Quare integritas verbi Divini apud eos potius quæritur, quorum non eſt juſta poſſeſſio? ſi conſervatio Scripturarum humanis præſidiis nititur, cur eos, qui foris ſunt, potiora habere putamus? ſi Divinæ, ut oportet, deputatur providentiæ, cur hanc extra Catholicam Eccleſiam majorem, atque vigilantiorem ſomniamus? cur *profligato*, ut ait Hieronymus, *a Græcis patrimonio apud Latinos tantum incorruptam Patrum hæreditatem ſer-*

adjici debere, quin immo, inquit, SS. Hieronymi, & Auguſtini auctoritatem cæteris Patribus

---

ſervari ingenue non confitemur? nec Deo neceſſitatem eſſe impoſitam originales textus illibatos conſervandi comminiſcamur, nam etiamſi corruptiſſimi eſſent, non culpanda, ſed adoranda foret providentia Numinis, quod Hieronymi ſummis laboribus, & Romanorum Pontificum, aliorumque Paſtorum vigilantia Eccleſia ſancta concordem Scripturarum unitatem acceperit, omnisque ſublata ſit de medio varietas, unica Latina editione omnium conſenſione recepta, in qua ſi levinſcula ſuperſunt librariorum errata, quoniam vitare omnia non eſt poſſibile, imprudentis eſſet, editionem propterea rejicere, cum ad ea etiam penitus ſufferenda, modo manifeſta ſint menda, ipſa Romana ſemper inclinet Eccleſia.

Conſultiſſime igitur facerent Græci, & alii, quocunque nomine veniant, Chriſtiani, ſi Vulgarem ſuum codicem, quo utuntur, ad Vulgatam Latinam editionem reducerent, quo uniformem Scripturarum lectionem totus in orbe terrarum Mundus conſequeretur, niſi enim quod ad uſum publicum attinet, ſua cuipiam lectioni inviolabilis, & certa detur auctoritas, monſtroſa, & non neceſſaria lectionum varietate conturbantur omnia, (pag. 130.) unus enim hunc codicem præfert cæteris, alter illum, atque ideo ejus antiquitatem, & dignitatem, quam non comperit, commendat, jactatque, mutuo compugnant, atque atteruntur, &, dum certam ab illis auctoritatem codicis ſui poſcimus, deficiunt.

Multos congerunt textus hodierni fontis græci encomiaſtæ, qui in Vulgata minus perfecte ſint expreſſi, verum, ubi hos quoque ad trutinam revocaveris, advertes, Vulgatæ lectionem vel in his ipſis plerumque eſſe anteponendam. En exempla! (1) Matth. IX, 13. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores: græcus addit: *ad pœnitentiam.* Mutilata eſt, inquit Kemnitius, pulcherrima ſententia, nam deeſt in Latino *ad pœnitentiam.* Sed nunquid per ſe intelligitur? nunquid etiam in græcis antiquioribus codd.

opponens, ſignificavi ſatis, eſſe expungendam. „Hieronymi verba producit: „ In quibusdam codi-

Cant. Alex. deſideratur? nunquid ſuperfluit judicio Eraſmi? Lucas adjecit, quare in eo non eſt ſuperfluum, tale vero eſt apud Matthæum, quia eum non appoſuiſſe ex Mſſtis. docetur.

(2) Joan. 14. 26. Paracletus Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque *dixero* vobis. Cum in græco ſit *eipon*, h. e. inquiunt, *dixi*. Pontificii depravarunt detorquendo ad ſignificationem futuri temporis, ut textu iſto probent, quæcunque in conciliis definiuntur, accipi debere pro oraculis Spiritus S. Ita Kemnitius. Sed cum Auguſtinus Tract. 77. in Evang. Joan. manifeſte legat in futuro, & Latini codices ante tempora reformationis, ab annis plus mille ducentis conſtanter ita habeant, Pontificii fine probandorum adverſus heterodoxos dogmatum invexiſſe citra injuriam gravem dici non poſſunt; melius diceretur, veterem interpretem in exemplaribus ſuis non *ha eipon* h. e. quæ dixi, ſed *ha an eipó* legiſſe, h. e. quæcunque dixero. Accedit *eipon* eſſe in *aoriſto* ſecundo h. e. in tempore quoad ſignificationem indeterminato, ut verti perfecto, & futuro perinde poſſit. Lectio *dixero* meliorem ſenſum fundit ſic: poſt meum diſceſſum veniet Spiritus S. ille omnia, quæ hactenus *dixi*, & etiam quæ mox dicturus ſum, (nam poſt vers. 26. complura dixit) & quæcunque XL. diebus tempore inter reſurrectionem, & aſcenſionem meam intermedio vos docuero, (Act. 1. per 40. dies loquens de regno Dei, ſeu rebus ad Eccleſiam ſpectantibus) etſi forte horum aliqua ob labilem memoriam, & rerum ſublimitatem obliviſcemini, nihil metuite, Spiritus S. rememorabit, & ſuggeret vobis omnia, ſive quæ modo ſequenti ſermone, (qui ad Caput XVIII. terminatur,) ſive quæ poſt reſurrectionem deinceps vobis *dixero*.

(3) Ad Rom. 1. 4. Qui *prædeſtinatus eſt* Filius Dei. Non *prædeſtinatus* inquiunt, ſed, ut verit Eraſmus, *declaratus* reddi debet, cum in græco non ſit pro-

dicibus additur *ſine cauſa*: cæterum in veris (codicibus) definita ſententia eſt, & ira penitus

Cccc 3 tol-

prooriſthentos, ſed verbum ſimplex *oriſthentos*, quaſi multum diſtet utrumque, omnis Dei definitio, quoniam rerum eſt, antequam fiant, prædefinitio eſt, *horizo* autem eſt termino, definio, quod fere nihil differt à prædefinio, ſaltem apud Deum; ut noſco, & cognoſco, duplico, & conduplico; prout Chriſtus humanam naturam ſibi in unitate perſonæ copulatam habet, Filius Dei, ut carnem indutus, & miraculis ad hominum converſionem patratis conſpicuus, prædeſtinatus eſt, ad hæc mirabilia opera, quæ fecit, facienda, ut ſit *in virtute ſecundum Spiritum ſanctificationis*; Filius Dei, ut etiam humanam carnem indueret, non per æternam a Patre generationem, ſed per decretum Dei liberum, ſive per prædeſtinationem habet. Epiphanius hær. 54. legit prooriſthentos, ut Vulgata, præterea *horizo* pro *prædeſtino* ſumitur Act. 2. uti ad Rom. 8. proorizo.

(4.) Eodem ad Rom. C. 1. verſu ult. *Qui* ethnici Philoſophi, & alii ſapientes *cum juſtitiam Dei*, h. e. juſtam Dei ordinationem de male viventibus puniendis, & vera Juris naturæ principia *cognoviſſent*, practice, & quoad faciendam ſibi applicationem *non intellexerunt*, etſi theoreticam veritatem perſpexerint, affectuum tamen pravorum magnitudine excæcati non potuerunt ſibi perſvadere, ut & ipſi ſic agerent. Noluerunt intelligere, ut bene agerent, Pſ. 35. *quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte*, *non ſolum*, *qui ea faciunt*, *ſed etiam qui conſentiunt facientibus*. Valla, Eraſmus, & plures græcam lectionem præferunt, ita ſonantem: Qui quum Dei juſtitiam noverint, (nempe quod ii, qui talia faciunt, digni ſint morte) non ſolum ea faciunt, ſed etiam aſſentiuntur iis, qui faciunt. Sed occurrit Corn. a Lap. & definit: cum græcos codices ipſa varietas lectionis ab antiquis ducta temporibus ſuſpectos reddat, *noſtra planior, & facilior eſt intellectu, ideoque veroſimilior.* Calmetus pro noſtra lectione ſuffragium fert his verbis: Vulgatæ lectio in codicibus vetuſtiſſimis fertur, ne-

tollitur. - - Radendum eſt ergo *ſine cauſa*. „Ergo non omnia ad græcum hodiernum reformanda, ſed contrà græcus iſte raſurâ emendandus ex mente Hieronymi, qui rurſus L. 2. contra Pelagianos teſtatur„ in plerisque codicibus antiquis *ſine cauſa* additum non eſſe, ut ſcilicet ne cum cauſa,

(nempe græcis) quorum nonnulli annos mille, & ducentos ſuperant, tum & apud Clementem Papam in epl. ad Corinthios Paulo Apoſtolo coætaneum, apud Origenem in epl. ad Rom. S. Ambros. Luciferum Calaritanum, S. Auguſtinum, aliosque quamplures, adeo ut dubitari nequeat, quin hæc genuina ſit lectio, cum præſertim optimam ſententiam reddat, cum reliqua orationis ſerie apprime nexam, & Apoſtoli propoſito mire ſervientem.„ In hanc epl. ad Rom. multa laude, & eruditione magna commentatus eſt Card. Toletus, ille ſic dicit: „Fateor lectionem græcam probabilem eſſe propter interpretum tantorum auctoritatem; tamen magis mihi probanda videtur lectio noſtra Vulgata„ quod mox ex fide Mſſtorum. & contextu declarat. Ita Matth. 6. 4. *palam* deeſt etiam in græcis apud Lucam Brugenſem; Matth. 9. 8. *timere*, ſeu revereri, eſt admirari alterius perfectiones, indubie hæc vicina ſibi ſunt, 3. Reg. 3. 28. Matth. 19. 17. Mſſta. Vulgatæ aſſentiuntur.

Qui loca plura ab heterodoxis de corruptione accuſata, ſed a Catholicis ex ipſis græcis Mſſtis. vetuſtioribus defenſa, legere cupit, adeat alia inter Jacobi Gretſeri edit. Ratisbonæ 1736. Tomum VIII. in Defens. OO. Bellarmini pag. 370. & ſeqq. nam omnibus hic enucleandis nec charta, nec tempus ſufficit, valde utiliter conſulet etiam græcam N. T. editionem P. Goldhagen. (pag. 130.) Heterodoxis, qui olim acerbiori ſtylo in Vulgatam invecti ſunt, (pag. 468) & longam erratorum ſeriem ex differentia uſualis hodierni græci codicis eidem objecerunt, non male illud Pſalmiſtæ Pſ. 63. 6. applicaveris. *Scrutati ſunt*, ſi forte invenirent, *iniquitates*: iniquas, & falſas lectiones; *defecerunt ſcrutantes ſcrutinio*.

ſa quidem debeamus iraſci. „Cum ergo hodierni codices additum habeant omnes excepto Vaticano, demutarunt, vitioſi ſunt, & vitium evaſit omnibus commune, quod Adverſarii inter impoſſibilia numerare dum re nequeunt, verbis ſolent. Habemus adſtipulantem Natalem! (p. 479.)

Ad doxologiam Matth. VI. Quia tuum eſt regnum &c. reponit: „Ex oratione Dominica, & Evangelico textu expungendam eſſe conſtat ex Latina S. Hieronymi editione &c. In epl. ad Rom. C. 12. de illo *tempori* ſervientes: (pag. 589. l. 20. & 600. l. 26.) Mendoſa, inquit, lectio *tempori* contra probatiſſimos, & vetuſtiſſimos Codices, & græca ſcholia, Chryſoſtomum, Theodoretum, Theophyl. Oecumenium, S. Hieronymum, (pag. 393. l. 24.) In I. Cor. 7. 34. pag. 268. „ Græca lectio aliter habet, quam Vulgata noſtra, - - - ſed ſinceriorem, & meliorem eſſe lectionem noſtram, vereque Apoſtolicam certum eſt ex Hieronymi Bibliotheca, & L. 1. contra Jovin. C. 7. ſed & MSStis. Græcis &c. Jacob. 2. 18. Vulgatæ, inquit, Syriacus, Æth. Arabicus Erpenii textus, antiquum MStum. Alexand. unum ex MSStis. Roberti Stephani, Bezæ, Colinæi, ſuffragantur. Ad 1. Petr. 1. 10. voces *per bona opera* (pag. 6.) ut ut in græco deſiderentur, *ſunt tamen de mente Apoſtoli, ut ex toto hujus loci contextu evidens eſt.*

I. Joan. 2. 23. Omnis, qui negat Filium, nec Patrem habet. Hæc (dicit Natalis) ſententia a plerisque codd. græcis excidit; illam Syrus agnoſcit, & Arabs Erpenii, ipſe Beza hanc lectionem e IV. MSStis. Græcis in textum ſuum græcum reſtituit. „In epl. Judæ V. 22. quia græcus aliter habet, quam Vulgata, monet: „ Verum.

rum Vulgatæ lectio retinenda eſt, extans adhuc in MSStis. græcis. „2. Tim. 4. ad verba: *ſobrius eſto*: (pag. 6.) hanc adponit animadverſionem:„ Retinenda hæc verba, & ut ſacra habenda ſunt, cum S. Hieronymus, & Vulgata noſtra Eccleſiæ authoritate, & uſu conſecrata illa habeat.„ Hæc ex Natali Alexandro eo libentius enoto, quo fervidius adverſum me ejus authoritate pugnant nonnulli.

Corn. a Lap. ubi dixiſſet in C. 1. Apocal. v. 5. *græcus textus hic, uti & alibi videtur corruptus*, judicante etiam Ribera: addit eundem græcum textum nihilominus hic excuſari ab Erasmo. Nemo interim putet, Erasmi græcum codicem vulgari græco concordaſſe contra Vulgatam, en loca, in quibus *in ſola Apocalypſi* Vulgatæ noſtræ conſentit adverſus lectionem græcam uſualem! C. 2. v. 5. C. 4. v. 8. ubi græcus triſagion novem vicibus repetit. C. 10. v. 4. ubi loco *noli ea ſcribere* h. e. mé tavta grapſés: uſualis gr. habet: meta tavta grapheis h. e. *poſt hæc ſcribis:* manifeſte male. Item C. 11. v. 1. 9. 12. C. 12. v. 7. 8. 14. C. 13. v. 10. 14. 16. C. 14. v. 5. 8. C. 15. 6. C. 16. 5. 6. C. 17. 8. C. 18. 3. C. 20. 14. C. 21. 2. 3. 16. C. 22. vv. 1. 2. 3. 11. 18. 19.

Sufficiunt iſta homini veritatis Divinæ ſtudioſo. Videt omnis, non quæri de Fonte, ubi integer fluit, indubie enim ibi primas tenere nemo ambigit, nec hoc aliqua eget elucidatione, cum per ſe intelligatur. Quæritur de eo, num Fons iſte primævam ſuam etiam hodie retineat integritatem, iſtud, ſi quoad potiores partes, & de eo, quod paſſim obtinet, ſumatur, concedimus: Si ad quosvis in particulari textus, ad

quas-

quasvis lectiones extendatur, negamus: quia evidentia rei convincimur.

Demum omnis noſter tractatus *relativus* eſt, dum id unum diſcutimus, an græcus hodiernus textus Lydius lapis omnium verſionum abſolute conſtitui, & quod conſequens eſt, Vulgata ad eum ubique reformari debeat; negativam propoſitionem ideo demonſtratam dedimus, ut quisque noverit, Vulgatam Eccleſiæ Catholicæ editionem, quoad ſubſtantialem expreſſionem veritatum Divinarum (Sect. I. tota) vulgato Græcorum codice non eſſe inferiorem; Quodſi Vulgata paucula habet ex iſto fonte (quamquam nec hæc ex uſuali fonte græco, ſed ex Mſſtis. vel antiquis verſionibus poſſint, debeantque curari) emendanda, leviuſcula eſſe omnia, exempla monſtrant. Ex adverſo vulgatus græcus in momentoſis aut defectuoſus eſt interdum, aut a lectione Archetypi certo certius alienus. Hunc igitur non, ſed Vulgatam potius normam vernacularum verſionum conſtituimus, ut unitas ſervetur in domo Dei, (pag. 578.) & quia fideliſſimam eſſe cognoſcimus, atque etiam meliorum, qui ſunt apud Heterodoxos, Theologorum confeſſione tutiſſimam; (pag. 464.) nec tamen ad Mſſ. codices græcos, & Latinos, veteres item verſiones reſpectum excludimus.

Manet igitur verum, quoniam etiam Mſſtorum. & vetuſtatis fide præ hodierno fonte roboratur, Vulgatæ noſtræ primas partes deberi; (pag. 210.) manet verum, eos non parum decipi, & Verbo Dei male conſulere, qui ſpreta Vulgatæ, & MSStorum. authoritate ſolum *Uſualem* Græcorum codicem omnis Scripturiſticæ lectionis nor-

mam conſtituunt; ſic enim, ubi codex iſte exer-raverit, omnis ei innixa, & conformata ſenten-tia omni ulterioris appellationis jure præciſo va-cillet, fallatque, neceſſe eſt. Quia

Denique ut in fabrica, ſi prava eſt regula prima,
Normaque ſi fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua ſi parti claudicet hilum,
Omnia mendoſe fieri, atque obſtipa neceſſum eſt,
Prodita judiciis fallacibus omnia primis.

Lucret. L. IV. V. 516.

SE-

SECTIO VII.

UTILIS TAMEN EST AD HEBRAICOS VETERIS, ET GRÆCOS N. Tti. FONTES RECURSUS, NEC DAMNANDUM, SED MAGNO CONATU PROMOVENDUM EST SACRARUM LINGVARUM STUDIUM. QUOD QUIBUS MODIS UTILITER FIERI POSSIT, UBERIUS DECLARATUR.

Sunt nimirum varii, & quidem frequenter occurrentes caſus, in quibus ad Fontes utiliſſime recurritur, etiam dum verſio quam maxime authentica eſſe docetur, & fontes hi in nonnullis ponuntur eſſe corrupti, aut, ſi mavis dicere, etiam immaniter depravati; poteſt enim ex principiis Critices, aliisque adminiculis certo cognoſci, in quo libro, quo capite, quove verſu mendum in fontem irrepſerit, quam alibi integre, & absque ſuſpicione labis paſſim decurrat. Conſtat namque fons iſte pluribus libris, hi capitibus, hæc Verſibus, Verſus pluribus voculis ſententias coefficientibus. *(ss)*

(ss) Utilis eſt ad Fontes recurſus: omnes contenta voce affirmant, ſtultitiæ, vel impietatis damnant illos, qui iſtud vel in quæſtionem vocare audent. Etiam neceſſarium eſſe hunc recurſum contendunt alii, ſi non in rebus fidei, & morum, certe in aliis ſcitu digniſſimis, & utiliſſimis rebus, ad pleniorem Scripturarum intelligentiam, & protenſam, ſolidioremque eruditionem pertinentibus. Qui Hebræorum, Græco-rum-

Porro hæ Originalis textus ſententiæ communiter integræ juxta fidem Archetypi ſui (pag. 62.) ad nos usque defluunt, ad ipſas itaque recte recurritur, locus vero ille, quem corruptum eſſe conſtiterit, non conſulitur, ſed ipſe e verſionibus, aut MSStis. emendatur, neque ſanandis verſionibus, aut vitioſis editionibus corrigendis medela inde petitur, ubi certa noſcitur eſſe corruptio. Adſint in æde nummaria in diverſis arculis monetæ plerumque probæ, pondere, & cæteris qualitatibus requiſitis præditæ, in pauculis tamen, ſed cognitis, atque ideo notatis, conſpiciantur etiam adulterinæ, an uſui eſſe deſinet hæcce domus? an

rumque literis minimum concedunt, etſi harum notitiam ab aliis Theologiæ Profeſſoribus abeſſe tuto, & citra diſpendium poſſe doceant, nihilominus ſciſcunt, illis eſſe neceſſariam, aut ſane utiliſſimam, qui eam vaſtiſſimi hujus ſtudii partem tractant, quæ ab hac ipſa Scripturas S. interpretandi provincia *Hermeneuticæ* nomen accepit. Hæc in theoria: in praxi eo res iſta deducitur, ut lingvarum S. ſtudium aut omnino ſepoſitum penitus ſordeſcat, aut tradi cœptum, & a diſcipulis prægustatum, intra Grammaticalium minutiarum fines totum concludatur.

Profeſſoris ſcientia tamquam ſingularis, & profunda ſuſpicitur, dum magno verborum apparatu jam hebrææ, jam græcæ lingvæ veluti ſubmiſſa de cælo prima rudimenta tradiderit, & ex hoc ſtudio, ut præconcipitur, arduo, & proprie ad ſolos *Eminentes* diſcipulos pertinente, ea ſuis auditoribus explanaverit, quæ hodie in ſchola latinitatis normaliſtis, item primæ, & ſecundæ Grammatices claſſis alumnis, ſive parviſtis, principiſtis, & grammatiſtis proponere Magiſtri conſveverunt.

Prodeunt exacto primo ſemeſtri diſcipuli, quibus de meliore luto Titan præcordia finxit, aut labor aſſiduus majorem contulit uſum, habent ex aliqua Grammatica, vel *ſcriptis*, quæ arcani inſtar recondunt, inſtituendæ lectionis, (lecturam liceat appellare) & ordi-

an probos hujus collectionis numos rejicies propterea, quod adſunt alii etiam adulterini, vel vetuſtate acciſi, arroſi, ex parte detriti?

Idem eſt de apotheca, quæ ſalutaria inter pharmaca quædam, ſed jam cognita, debilia, viribus ipſa annoſitate deſtituta, aut penitus noxia contineat; hac inſuper pro parte fontium addita differentia, quod in iſtis nec depravatæ lectiones ſint poſitive noxiæ, aut dogmatibus, vel regulis morum oppoſitæ, ſed in eo ſolo peccent, quod interdum occultant ſenſum firmandis, aut illuſtrandis religionis quæſtionibus idoneum,

dinariæ Conjugationis regulas explanatas, pro exercitio, & applicatione aſſumunt duo, triave Capita, puta: Geneſeos ex hebraico, Evangelii primi ex græco, & *analyzant*, h. e. reſolvunt, retexuntque. Verbum exprimendæ huic operationi aptiſſimum, fere, ut in Logica methodus analytica in oppoſitione ad ſyntheticam ſumitur, ut, ſi conſtructam domum demoliri intendas, a ſolvendo tecto exorſus, inverſo ordine procedis: Ita hi compoſitam orationem in ſuas partes diſſolvunt, & tædioſo, ſed perquam utili labore exponunt, quæ ſit vocis occurrentis radix, cujus ſit declinationis, conjugationis, perſonæ, numeri &c. Additis rationibus, cur juxta regulas ex analogia, aut anomalia, vox talis ſic flecti debeat.

Patientiſſimus es, ni gravate feras, quum apud Hebraiſtas, receptæ analyſeos methodo inſudantes, identidem audiveris: Eſt in *hiphil*, in *piel*, in *püal*, aut denique in *hithpael*; eſt *vav chholem*, aut *vav ſchurek*, vel horum loco aliquod *Kibbütz*. Anxie dein minutatimque recenſent caſus, quibus *Kametz* ut *a*, quibus ut *o* ſit efferendum, & *Schva* quo loco ſonet, quove obmutescat. (pag. 447. l. 36.) In græco Clericus Græcum ſe evaſiſſe ludicro lapiſmate commemorat, dum ſemeſtri alterius anni ſcholaſtici exacto ſpatio, ex aſſignatis, & explanatis tribus, vel quatuor I. Evangelii CC. eam novit inſtituere analyſim, qua pro-

neum, aliamque, nec tamen poſitive contrariam enunciant ſententiam, ut textus corruptos conferenti palam erit. (pag. 976.)

An libros illos, in quibus aliquid falſi, aut etiam noxii latet, aut qui parte aliqua interpolati ſunt, ab uſu humano removebis? an ſi in Hiſtoria animalium, quam Ariſtoteles conſcripſit, aut in Romana, quam Livius elucubratus eſt, aliqui textus interpolati eſſe, aut hodie jam deficere ponuntur, nequeunt libri iſti comparandæ notitiæ cauſſa cum utilitate evolvi? an, ſi Ciceronis opera aliquam labem paſſa ſunt, in

in

prolixius enarrat, num occurrens *nomen primæ*, *vel ſecundæ Simplicis*, vel *contractæ* declinationis fuerit, *verbum* autem num in *Aoriſto primo*, vel *ſecundo*, & *futuro primone*, vel *ſecundo* poſitum reperiatnr. Deinde *formularia* conjugationum in græco *Typto*, *typtomenos*, *typtomené*, *typtomenon*: in hebræo *pakad*, aut *maſar*, *maſartha*, *nimſarthem*, *himmaſer* juvenilis memoriæ ſuæ facilitate reciprocant. Atque utinam vel iſtud bene penetrarent, & fundamentaliter intelligerent! Quod tamen totum quantum nihil plus continet eruditionis, quam ſi in latino multum intereſſe dixeris, accuratius declarare, num præſens ſubſtantivum ad normam *Muſa*, vel *Dominus* declinetur, & in *verbis* quod in textu ponitur *amabam*, ab eo, quod poni potuit, *amavi*, aut *amaveram* ſolicite diſcreveris.

Quia vero hæc ſcire nihil aliud eſt, quam prope januam conſiſtere, fit, ut emenſo ſtudiorum curriculo omnis iſta cognitiuncula Clerico proxime elabatur, ut in cura animarum conſtitutus, & functionibus cum his nullum, ne remotum quidem nexum habentibus applicatus, poſt triennium ne Alphabeti quidem, & figuræ literarum notitiam amplius retineat, qui exigenti tibi, ut in charta, vel tabula literam *Aleph*, vel *Ain* efformet, fateri cogatur, ſe formæ illius non jam meminiſſe. Unicum hoc ex tali ſcientiola pro iis, qui peculiari impetu in has lingvas feruntur,

com-

in cultioris Latinitatis conſilium adhiberi non debent? Fac non extare fontem, niſi in multis, & quidem gravioribus locis corruptum, verſionem autem germanam ſupereſſe: negabisne, facile tamen aliqua offerri poſſe, quæ a proprietatibus lingvæ originalis in iis locis, in quibus fons adhuc integer perſeverat, lumen fœnerentur, & dilucidius intelligantur. (p. 1081.)

Exemplis res fiet clarior: Iſai. 7. in illo: *Ecce Virgo concipiet*: conceptionem virginis, quæ etiam prægnans adhuc virgo ſit, ex hebræa conſtructione, & voce *yalmah* ſvademus. Malach.

commodum naſcitur, ut ſcholis emancipati, poſtquam lectionis, & conſvetæ analyſeos methodum pingvi Minerva edocti ſunt, ultro progredi poſſint, ſi forte invenias multis de millibus unum, iſtud qui tentaverit, namque, ubi præſtantiori ingenio parem jungere induſtriam quiſpiam Alumnorum deprehenſus fuerit, aliis ille a Præpoſitis ſuis adplicabitur negotiis, nec permittetur amœnioribus Hebræorum, & Græcorum muſis multum ſociari.

Cum ergo ſtudii tali ratione lingvis impenſi exigua ſit utilitas, ſi tempus, animusque deeſt ad uberiorem cognitionem pertingendi, minime dignum cenſeo, ut huic in tanta rerum tractandarum vaſtitate trimeſtre ſpatium ab omnibus diſcipulis impendatur. Nihil ego huic, aut illi Syſtemati detractum volo, abundet quisque in ſuo ſenſu, ſed et ego. Ingenia, ut guſtus palati, ſolent variare; Zelo ſtudium Sacrarum lingvarum fructuoſius applicandi paucula noto, nec enim eſt aliquid utilius, aut magis proficuum, quam detegere defectus, & impedimenta, & meliores vias oſtendere futura ætate profecturis.

Dum in arce Poſonienſi IV. annorum ſpatio ſtudiorum Præfectus eſſem, claſſes ejus ſtudii, quo lingvæ ſacræ tradebantur, nactus ſum dirigendas, in tanto Alumnorum Regni Hungariæ numero (erant ultra 500.) vivaciora inter, & excitatiſſima ingenia facile ob-

lach. 1. 10. cum hebræa vox *minchhah* ſimpliciter, ac ſolitarie prolata, dum adhibetur ad deſignandam rem Deo ſacrificatam, verum, ac proprie dictum ſacrificium deſignet, juxta Lutherum *Speis-opfer*, Euchariſtiam ſacrificii nomine prænotari Catholici recte obſervant. Widenhofer in h. l. Edit. Wirceb. 1772. Tom. II. pag. 1030. Galat. 4. 25. ex voce originali *Syſtœchei*, Arabiæ mons Sinai, & Jeruſalem *conjunguntur* non vicinitate loci, ſed myſticæ ſignificationis affinitate: ſicut Sinai mons phyſice ſterilis eſt, ita terrena Jeruſalem meram umbram ha-

obſervavi, quid opere bene, quid male fuerit collocatum, & quid peremptorium illud trimeſtris, aut ſemeſtris ſpatii ſtudium utilitatis ad lingvarum perceptionem attulerit, & tamen poſtea deprehenſum eſt, vel iſtud tempus longius eſſe, & in angustiis, ac brevitate curſus Theologici pretioſius, quàm ut totum lingvarum ſtudio deſtinetur, ſic enim attributo cuivis lingvæ ſemeſtri ſpatio, ubi Theologiam IV. annorum lapſu terminari graviſſimæ rationes poſtulant, integer annus, h. e. pars quarta ſtudiorum hoc genere eruditionis occupatur, non videtur autem (ſalvo meliori judicio) juſta eſſe proportio, ut Clericus quartam partem quadriennii ſui lingvis percipiendis conſecret, præſertim cum nec hac ratione ad perceptionem magnæ utilitatis lingvæ iſtæ condiſcantur, & abeſſe tota iſta ſcientia poſſit, Dogmatica autem, & Moralis, Hiſtoria Eccleſiaſtica, veræ eruditionis ſacerdotalis mater, & magiſtra, nec non Jus Canonicum multo magis ſint neceſſaria.

Dixi lingvas iſtas neque tanto temporis impendio ad utilitatem magnam percipi, nam ad lingvas maxime illas, quas nullo ſermonis commercio frequentamus, cum fructu diſcendas, tempore longiori, exercitio indefinenti opus eſt. Siquidem teſte Tullio: *in omni diſciplina* (tanto magis in his) *infirma eſt artis præceptio, ſine ſumma aſſiduitate exercitationis.*

habens futurorum bonorum, ſterilis, & nullis Novæ Legis gratiis fœcunda fuit, & meros generavit ſervos V. Legi ſubjectos. Act. 13. 2. ex vocis *leiturguntón* poteſtate declaratur non male vertiſſe Eraſmum: *Quum autem illi* (oblatione panis, & vini in miſſa) *ſacrificarent Domino.* Luc. 22. 20. Quod in latino anceps eſt, *Hic calix novum Teſtamentum eſt in meo ſangvine, qui pro vobis effunditur.* in græco clarum eſt, *qui* concordare non cum ſubſtantivo *ſangvis*, ſed cum *poculum*, ut ſenſus ſit: ſangvis poculo contentus ipſe eſt, qui pro vobis effunditur: *potè-*

nis. Ex hac, qua iſta elucubror, lingva latina exemplum cape, quæ pluribus annis, ætate puerili, quam memoriæ felicitate præſtare ſcimus, diſcitur, & pauci ſunt, qui exacta altera Humanitatis claſſe, ſive Rhetorica cognitionem ejus vel ad uſum Philoſophiæ ſufficientem afferrent. Ergone obſoletas, exoticas, & quoad uſum penitus emortuas lingvas Clerici tempore adeo brevi ad utilitatem, uſumque Biblicum percipient? Hebraica Grammatica, ſi molem e. gr. Theſauri Buxtorfiani, vel alterius libri, qui non meram legendi, & conjugandi normam, ſed & ſyntaxim docet, conſideres, non uſque adeo parva eſt: Grammatica autem Græca longe fuſior, & anomaliarum, Dialectorumque multitudine ſpiſſa, & perplexa, de magna Græcæ lingvæ præ Latina fœcunditate non penitus tacebo: Si pleræque aliæ gentes opes ſuas ſimul colligerent, & cum Græcorum conferrent divitiis (ait Iſaacus Voſſius) vix aliud efficerent, quam ut ſuam proderent inopiam, & egeſtatem. Theſaurus Lingvæ Græcæ Henrici Stephani V. Voll in fol. edit Genev. 1572. nondum omnia vocabula complectitur, notant alii IV. millia vocum in eo deſiderari, Bern. Montfaucon an. 1740. opere 50. annorum IV. mille voces Lexicis hucdum non inſertas enotavit; vocabula ex Baſileenſi, & aliis Lexicis univerſim 85000 Fiſcherus numeravit, & tamen ex ſola græca V.

térion, *to hyper hymôn ekchynomenon*, non tó ekchynomenó, ut obſervat. Corn. a Lap. Hic eſt in poculo ſanguis meus, (ut ſi elevata lagena bibiturus diceres: hoc eſt vinum:) quo fœdus novum ſancitur, & teſtamentum novum confirmatur, inter me teſtatorem, & cultores meos. ad Hebr. 9, 15. Exod. 24. 8. hic ipſe eſt, qui pro vobis &c. Calix *in ſangvine meo* ex hebraismo h. e. *ſangvinis mei* Maldonat. in Matth. 26. 26. nam alii Evangeliſtæ directe vocant *ſangvinem*, Lucas igitur *poculum ſangvinis*, ſicut pro nobis non vinum, ſed verus ſangvis eſt effuſus, ita il-

V. Tti. verſione, & deutero - Canonicis libris fere ducentas voces in eis deſiderari comperit. Quid quod interdum unius verbi tot ſunt derivata, & compoſita, ut ferme liber ex iis confici poſſet, Synonymorum non parva copia, dum ſuperbum. 40. aſperum 50. convitiatorem pluſquam 40. deſignant vocabula; non ergo ulli poſt Arabicam (qag. 815.) copia, & fœcunditate cedit. Si itaque ad diſcendam linguam latinam tot annis, & jugi exercitatione opus eſt, quis promittat trimeſtri ſpatio Hebræum, altero trimeſtri Græcum effici Clericum, qui penes hoc ſtudium alteri quoque vaſtiſſimo e. gr. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ vacaverit. Libro integro materia iſta foret tractanda, ſi pro dignitate rei cuncta proferre vellem, adponam, ut dixi, paucula, non ut alicui normam præſcribam, aut ulla ex parte literario ſyſtemati præjudicem, ſed ut ingenua libertate opinionem meam declarem.

Siquidem juventus ad ſolidam eruditionem ſit præparanda, ſtudium lingvæ Græcæ in inferiores ſcholas inde a prima Grammatices claſſe incluſive usque ad Rhetoricam, ſeu alteram humanitatis claſſem continuandum rectiſſime invehitur.

Eximenda eſt animis literatorum virorum opinio illa multo falſiſſima, lingvæ Græcæ notitiam ſolis ſacerdotibus, & juvenibus ad Theologiam, & ſacros or-

ille fuit a prolatis verbis etiam in poculo. Pazmanus Hodeg. L. 1. C. 1. pag. 816. Quid ad hæc Beza? (pag. 89.) Corruptus inquit eſt hoc loco textus græcus, quia videlicet non eſt ad dogma ipſius accomodatus, & clare favet Catholicis. *Qui pro vobis fundetur: Quum hæc verba, ſi conſtructionem ſpectemus, neceſſario non ad ſangvinem, ſed ad poculum pertineant, neque tamen de vino* (Calviniſtice) *intelligi poſſint, aut manifeſtum eſt ſolœcophanes* (grammaticale vitium ſermonis) *aut ex margine in textum irrepſerunt, hoc tamen legitur etiam apud Syrum*

ordines aſpirantibus eſſe utilem, & ex parte neceſſariam; nam lingvæ iſtius cognitio omnibus, quicunque ad eruditionem per bonarum artium ſtudium contendunt, ne plus dicam, ſumme, atque eximie utilis eſt: quod eruditi omnes uno ore confitentur, & plures editis Diſſertationibus oſtenderunt, qui recenſentur in Introduc. Grammatico-Critica in lingvam Græcam edita a Joh. Simonis Hiſt. S. & Antiq. Profeſſ. Halæ Magd. 1771. pag. 16. ubi inter alia hoc legitur. „Nemo de exacta lingvæ latinæ cognitione gloriari poteſt, niſi græcæ ſimul callidus, ſiquidem Romani plurima vocabula a Græcis mutuati ſunt, quæ & ſcriptionem, & flexionem græcam retinent.„ Certe nulla eſt ars, nulla ſcientia, quæ græcæ lingvæ adminiculo carere poſſit.

Additur ibidem Philoſophum, Juriſtam, Medicum, cujus *technici* fere omnes termini græci ſunt, tanto magis Hiſtoricum, & antiquitatis Scrutatorem lingva iſta indigere, Theologum vero hujus ignarum ſimilem eſſe cœco, qui manibus palpat, ab aliis, quo eat, ducendus, cum præter N. Ttum. etiam 70. viralis verſio, quæ ſola olim codex Eccleſiæ fuit, (pag. 858. l. 8.) græca ſit, & tam Patres, quam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores majorem partem græco ſermone religionis, & diſciplinæ Eccl. inſtitutionem ad nos transmiſerint. Addi poteſt, nos lingvæ hujus notitia

rum interpretem, (pag. 144.) & *in omnibus, quos inſpeximus, græcis codicibus.* Apoc. 5. 6. agnus ſtans in templo occiſus dicitur, in Euchar. ut olim ille typicus. Exod. 19. 22. Ad Titum. 1. 16. abominati, & incredibiles, ex gr. clarius *abominabiles*, & *imperſvaſibiles*. Ad Gal. 5. 6. apud Deum meritum habet non fides quæcunque ſterilis, ſed *quæ per caritatem operatur*, ex fonte apparet, cur aliqui Orientales vertant *quæ caritate perficitur*, quia nempe *energumené* poteſt ſumi paſſive, ſicut vulgo obſeſſos â, diabolo *energumenos* appellamus. ad Hebr. 13. 1. per ho-

tia carere non poſſe, ſi terminos, quibus hodie in quocunque genere artium, aut literaturæ loquimur, volumus intelligere. De jam receptis, aut pridem inventis non loquor, omnia græca ſunt, recentiora commemoro: vix nova aliqua ars, methodus, arteſactum producitur, jam illico vocabulum græcum, quippe eidem deſignando aptiſſimum, adhibetur. Didactrum, Hermeneutica, barometrum, telegraphus, teleſcopium, hydraulica, globus aëroſtaticus. In œconomia rurali oxygala, crymotheca &c. Si nomina propria exprimenda, vel fingenda ſunt, Melanchthon, Oecolampadius, Hoſiander, Cytræus, Xylander, Scholander, præ illis Germ. Schwarz-Erde, heilman, holzman &c. ſvaviter ſonant. Ideo etiam Author Inſtit. Grammat. Græcæ edit. Vienn. 1789. pro hæred. Auſtriac. Domus Provinc. Par. II. pag. III. hæc habet. „Eruditiſſimorum omnium conſenſu nemo vere docti nomine gloriari poteſt, qui in Græcis non ſit cum laude verſatus, quod non Jurisperiti tantum, atque Medici norunt, ſed philoſophi etiam, & amœniorum literarum cultores cum veteribus Romanis uno ore fatentur.„

Merito ita judicant viri literatiſſimi. (*a*) Quia Scientia omnis amœnioris literaturæ, norma Reip. gubernandæ, item Inſtitutionis circa religionem, potiori jure venit a Græcis, & eorum libris continetur.

hoſpitalitatem *latuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis*, græcismus in Vulgata retentus eſt, ex quo ſenſus naſcitur iſte: latenter, ſeu neſcii, quos recipiant, putantesque ſe homines recipere, Angelos receperunt. In re clara hæc ſufficiunt. Confer Adam. Viſer Herm. Part. III. pag. 151.

Atque hæc cauſſa eſt, cur viri maximi, eruditione, & judicii maturitate venerandi, quicunque fontium corruptionem ſenſu ſatis, ſuperque explicato (pag. 2. 69. 900 1085.) affirmant, eorum tamen utilitatem pari contentione propugnent.

---

tur. Latini Autores in Medica, Poëtica, Oratoria, Philoſophia, Matheſi, Jurisprudentia &c. non primi ſunt inventores, Cicero ſua debet Oratoribus Græcis, Virgilius Homero, Heſiodo, Theocrito, Plinius Græcis Hiſtoricis, & naturæ ſcrutatoribus. Aureæ ætatis Græcorum Scriptores ab Homero, & qui ei proxime ſuppar eſt, Heſiodo (pag. 353. l. 34.) ad ætatem Alexandri M. h. e. 300mum. ante Chr. annum protenſæ, *Poëtæ* Anacreon, Pindarus, Æſchylus, Sophocles, Euripides, Ariſtophanes, Menander, Aratus. *Oratores* Lyſias, Iſocrates, Demosthenes, Æſchynes. *Hiſtorici* Herodotus, Thucidides, Xenophon. *Philoſophi* Ariſtoteles &c. *Medicorum gloria* Hippocrates.

Argenteæ ætatis inde ab Alexandri M. obitu, dum variis coloniis lingvæ puritas turbari cœpit, usque ad ſedem Imperii Româ Conſtantinopolim translatam, aut etiam usque ſec. VI. *Poëtæ* Theocritus, (pag. 253. l. 7.) Bion, Moſchus, Callimachus &c. *Oratores* Ariſtides &c. Lucianus, Longinus. *Hiſtorici* Polybius, Diodorus Siculus, Philo, Joſephus Flavius, Herodianus, Diogenes Laertius, qui ſcripſit vitas Philoſophorum, Plutarchus, Ptolomæus, Euclides, Archimedes, Galenus, & tot alii viri, quorum ſententias Stobæus collegit. Baſilios, Athanaſios, Gregorios, Chryſoſtomos, Euſebios, ſeptem priora Oecume-

nent. Morinus, qui XII. Scriptorum veterum adductis teſtimoniis, textum hebræum variis modis flagellat, eique 70. viralis verſionis fidem anteponit, *ſeptem*, Melchior Canus, qui Hebræos, & Græcos fontes erroris convincere diſerto ſtudet eloquio, *octo*, Bellarminus, qui cum aliis, quos citat, in ſtatuenda partiali fontium corruptione nobis conſentit, *quatuor caſus*, ſeu cauſas aſſignant, in quibus fontes convenire ſit omnino utile. Et quidem

Morinus L. 1. Exerc. 5. C. 1. docet ad fontes utiliſſime recurri: I° ut poteſtas, & energia di-

---

menica concilia non memorabo, ne objicias me ad ſacriſtiam confugiſſe.

(*b*) Latina lingva Græcæ filia eſt, unde $\frac{1}{2}$ vel $\frac{2}{3}$ vocum ſuarum ei debet, ut patet legenti radices lingvæ latinæ in libro Parviſtico Alvari, ubi radicibus fere ubique vox græca tamquam mater apponitur, v. gr. feneſtra a phæneſthæ, lucere. Nonne quidquid in Latino ſcribitur per *Z*, *th*, *x*, nativum, & initiale, y, *hy*, *ps*, initiale, *ch*, *ph*, *rh*, niſi *ch*, *ph*; & z ſint forte hebraica, græcum eſt totum? Accedunt compoſita cum *anti*, *apo*, *en*, *ſyn*, *is*, *dis*, *eu*, *kata*, *hyper*, *pros*, *meta*, *para*, *dia* &c. Conſule jam Lexica, quanta occurret farrago vocum origine græcarum!

Comœdia, tragœdia, theatrum, horologium, ſyſtema, archivum, induſium, tactica, miles cataphractus, idea, phantaſia, melancholia, petaſus, pileus, aratrum, haurio, braxator, crepida, myſtax, calyx, ciſta, crater, phialæ, cantharus, ſcyphus. Chronologia, monarcha, ariſtocratia, calligraphia, orphanotrophium, biographus, ſymphonia, harmonia, protocollum, diæta, dicaſterium, amphora, archiater, ſyllaba, ſmegma, quæ omnia cur ita vocentur, ſæculares eruditiores convenit non ignorare. Et quantum eſt inconſtantis, & infidæ noſtræ memoriæ ſubſidium lingva illa, qua voces, & res eis ſignificata ſimul

ctionis cujusdam exprimatur, quæ Latine non ſatis expreſſa eſt, aut non potuit exprimi. II° ut variæ vocis, aut phraſis ſignificationes cognoſcantur, quæ peregrina lingva unico verbo, aut unica phraſi omnes repræſentari non poſſunt. III° ut emphaſim, & genium lingvæ, ſine cujus cognitione ſenſus Authoris interdum obſcurus eſt, variarum lectionum comparatione Scripturæ S. ſtudioſus percipiat, & imbibat. IV° ut Judæi propriis armis confodiantur. V° ut diſſentientibus ex utraque parte variis Latinorum codicibus fons, dum integrum fluere conſtat, velut arbiter

mul exprimuntur? e. gr. quid ſint vitra cauſtica, cauterium, artocreas, clepſydra, authochiria, antlia pneumatica &c. Mathematicorum, Medicorum, Botanicorum pleraque vocabula nullo negotio intelligit græcis literis inſtitutus, ut præſtet interea, donec talia ex Lexicis latinis enotares, græce diſcere dupliei lucro; Græcus non poteſt non ſcire, quid Amazones, adamas, amaranthus, Eclectici, ſyncretiſtæ, ſceptici; in Hiſt. Eccl. *Euchitæ*, *Collyridiani*, *Clinici*, *Monothelitæ*, *Iconoclaſtæ*, *Anomæi*, *Monothelitæ*, *Docetæ*, *Artotyritæ*, *Hydroparaſtatæ* &c.

Nobiles, & ingenui Adoleſcentes! ſi alia græca non curatis, ſaltem nomina veſtra, quæ toties in chartam conjicitis, quoties penſum ſcholaſticum Magiſtris veſtris exhibetis, placere vobis nullus dubito; etiam hæc græcos ſuos natales oſtentant. Nam veſtrum aliquis fortaſſe Philippus appellatur, Andreas alter, Alexander, Petrus, aut Georgius, & qui ſermones noſtros ſublegunt, Stephanus, & Eugenius, intereſt, ut video, huic noſtræ de lingvis contentioni etiam Theophilus. Acceſſerunt de Parthenone pia Agnes, modeſta Agatha, & Polyxena, cum ſibi dilectis Symphoroſa, & Euphemia. Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Muſa loqui. Ergo vos exemplaria Græca, nocturna verſate manu verſate diurna.

Quid

ter conſulatur. VI° ut manifeſtus error, cui varii codices conſulti non medentur, fontis auctoritate corrigatur. VII° ut Archetypi corruptio (in variis apographiis) ex tam inſigni Ectypi (in plerisque vigente) ſinceritate cognoſcatur, & plerumque ſanetur.

Melchior Canus L. 2. de Locis C. 15. edit. Patav. 1762. pag. 60. hos caſus, quibus fontes conſulere perutile fuerit, recenſet. I°-Quando cum infidelibus vel cum Judæis, aut hæreticis, qui Vulgatæ non deferunt, diſputatur, quos ad viam veritatis ſtudemus revocare. Hebræum ex Scriptura he-

Quid quod ſine græca lingva vocabulo puer deſtituitur, quo patrem, matrem, fratrem, efum, potum, pedem, cothurnum, veſtem, ſcholam, cathedram, Grammaticam, didaſcalum, pædotribam, ſcuticam, Arithmeticam, Syntaxim, Poëſim, Rhetoricam, epiſtolam, chriam, epilogum, mythologiam, chreſtomathiam, & ſchedam ſuam compellet? Nempe priusquam Romulus an. ante Chr. forte 777. Romam conderet, Siciliam Græciæ Magnæ nomine vocitatam Coloniæ e Græcia ductæ, Æoles, incoluerunt, hunc itaque ſermonem græcum ipſe Romanæ urbis, & gloriæ primus Author populo ſuo commendavit, quo etiam leges ſuas eidem tradidit; factum hinc, ut Romani e græco ſermone novam formarent dialectum, Æolum pronunciationi maxime congruentem. *Romani ſermone nec prorſus barbaro, nec prorſus græco utuntur, ſed ex utroque mixto, accedente plerumque ad Æolicam dialectum* dicit Dionyſius Halicarnaſſæus L. 1. Ant. Rom. *Maxima parte Romanus inde* e græco ſermone *converſus eſt* inquit Quintilianus. L. 1. C. 5.

Quid ex his conſequitur? illud ſcilicet minime controverſum: ſiquidem juventus ad eruditionem paranda, & melioribus literis ad aliquam Encyclopædiæ perfectionem inſtituenda ſit, ſtudium lingvæ græcæ in ſcholis humanioribus penitus negligi non debere, &

hebraica, Græcum ex Græca convenientiſſime convincemus. Si tamen aliis argumentis non movetur, perraro ille ex codicis ſui lectione ſanatur, cum Hebræus hebræum, Græcus græcum textum vix intelligat, & præjudiciis occupatus diſcernendo, aut perſcrutando vero ſenſui minus ſit idoneus. Hæreticos ab acceſſu ad Eccleſiam non lectio Vulgatæ abſterret, ſed alia permulta, quæ accuratius enumerare non eſt hujus loci. Bene illi ſciunt, ſibi fore liberrimum pro privata lectione textibus uti Originalibus, quod vero in publicis conventibus Vulgata recte uſurpetur, non

---

& ubicunque neglectum fuerit, minus perfectum eſſe ſyſtema ſtudiorum, ut, ſi multitudo objectorum animos juniorum nimis oneraret, præſtet ex tot materiis aliquas, e. gr. quæ ad Zoologiam, aut regnum vegetabilium pertinent, omittere, (alioquin ætate maturiori brevi lectione comparanda) & rudimenta lingvæ græcæ inde a prima Elementari Latinitatis ſchola usque Rhetoricam perceptibili cum fructu ſubrogare.

Quoties materiarum ſcholis inferioribus hodie in regno Hungariæ laudabiliter præſcriptarum ſeriem cogito, toties defectui indoleſco, quo a tota hac Encyclopædia omnis græca literatura exulare conſpicitur, quia videre hominem notitia lingvæ latinæ ſedulo excultum, qui tamen in græcis omnino hoſpes ſit, eſt videre cervum decoro quidem præditum corpore, ſed celſis cornibus deſtitutum. Quotquot ſeculis XV. XVI. XVII. literis, & eruditione in Europa floruerunt, græcæ lingvæ cognitionem ſibi præprimis cenſuerunt eſſe comparandam. Ergo & hodie defectui huic medendum eſt.

Reponunt: Hæc ſicut in Theoria facile dicuntur, ita in Praxi non ſuccedunt. Ego vero dico non ſuccedere, dum nolumus, facile ſuccedere, ſi velimus, & immediate plures modos inſinuabo, ſi forte unus, vel alter quibusdam non diſpliceat. Utilius, & quod ad eruditionem tamquam inſtrumentum generalius influit, in conflictu præferri de-

non ambigunt. (pag. 34. 464. l. 1.) Præterea plerique textus, quibus aut illi in nos, aut nos in illos armamur, in utriſque exemplaribus ex æquo habentur, & Vulgatæ lectio in illis locis judicio etiam ipſorum, ſaltem qua hodie ſunt mente, ſana eſt. Sectas proprii judicii tenacitas, hujus vitæ commoda per converſionem dimittenda, ſpes, metus, reſpectus hominum, & cætera hujusmodi, ad ſalutem æternam nihil conferentia, ſolent efficere, quas ſemel imbibitas non dein differentia illa, quod ipſi fontibus, nos verſione utamur, (pag. 1074.) ſed interpretandi diver-

debet minus utili, & ad univerſalitatem ſcientiarum inſtrumentaliter minus influenti, hæc reflexio tanto magis valet pro græca lingva, quod eam docti paſſim non velut utilem, ſed velut neceſſariam literaturæ, & Encyclopædiæ partem reſpiciant, adeoque ſi multitudo materiarum hucdum præſcriptarum lingvæ iſtius ſtudium non compatitur, earum aliquæ debent tolli, ſit venia dicto, & libertas conceptui! Ita commode aſſumi poterit tradendum a prima Grammetices claſſe incluſive usque Rhetoricam lingvæ græcæ ſtudium tamquam ordinarium, tempore, etſi ſatis exiguo, aliquo tamen omni anno ei impenſo, ſi vero plus temporis ei tribuendum videatur, ne juventus ſe nimis onerari queruletur, *In Grammaticis* emaneat Hiſtoria animalium, vegetabilium, & mineralium, quia hæc omnia pertractant iterum in Poëſi, & Rhetorica, ſive in humanioribus, vel maturiori ætate ſemel, vel bis perlecta inhærebunt; græca vero niſi in inferioribus ſcholis doceantur, propria marte vix diſcentur. *In Poëſi*, ſeu prima humanitatis ſchola emaneat Logica, & Phyſica, quia & captum hodiernæ in his ſcholis adhuc teneræ juventutis excedit & ſiqui ad altiora accedent, ibi audient, alii vero, tali cognitione carere poſſunt, quam, dum traditur etiam, vix *Eminentes* aliqui ſibi comparabunt, amœnioribus ſtudiis græca lingva rectius ſuccenturiabi-

verſitas confirmat, cui tollendæ ex fontibus raro certa medela paratur, quibus eadem libertate ſenſus tribuent, quos voluerint. Verſionibus & ipſi utuntur, ab aliis paratis, agnoſcuntque, ſe non tam eſſe utriusque lingvæ cognitione excultos, ut originalium vocum ſenſum per ſe perfecte valeant comprehendere. In converſione hæreticorum ſalutariter, & cum fructu operanda, optime relictis fontibus, in quibus præ Vulgata non eſt ſalus, ad Patrem luminum recurritur, cujus illuſtratione multas Chiliades hominum converſas legimus, per homines nulla ſacrarum ling-

Eeee va-

bitur. *In Rhetorica*, ſeu ſecunda claſſe Humanitatis Hiſtoria Imp. & Geometria practica poſſunt prætermitti, cum prior, in Philoſophia tradatur, & poſterior cum fundamentis ſuis, Algebra, & Geometria una comprehendi ſe optime patiantur; qui ad Philoſophiam non pertingent, ſecure etiam Hiſt. Imp. & Geometria practica carebunt, alii vero in Philoſophia, quantum neceſſe, audient.

Si omnes materiæ prædictæ retinendæ ſunt, ne receptus ordo turbetur, habeatur græca lingva pro ſtudio extraordinario, in cujus gratiam producatur die Martis, & Veneris tempus conſvetæ prælectionis media hora, ſeu potius ne docentes, & docendi plus inſuper graventur, diebus Lunæ, vel ad minus Mercurii, & ſabbati pomeridianæ prælectionis media hora hæc lingva tradatur, ſi novitas moleſtior foret, inſequenti die a ſtudiis vacatio tædium levaret. Vel Sicut lingvæ Hungaricæ in nonnullis Gymnaſiis, ita græcæ, ubi poterit, diſtinctus Profeſſor publicus conſtituatur, in uno Gymnaſio uni fors non erit difficile de competenti mercede providere; ſi iſtud e voto non cedit, cuidam ex ordinariis Profeſſoribus cum auctario ſolitæ mercedis, aut ſola promiſſione habendæ reflexionis meritorum hæc provincia lingvam græcam tradendi imponatur, qui primo inſtituti hujus anno omnibus in communi diſcipulis eadem acep-

ta

varum notitia imbutos, ex hebræi textus lectione, niſi quosdam in Africa Judæos, converſos non legimus.

IIo Melchior Canus dicit, fontes utiliter conſuli ad intelligendas emphaſes, aut innatas aliquas Originalis lingvæ proprietates, quas Latinus ſermo exprimere ſufficienter non poteſt. IIIo Ad plures ſignificationes, & ſenſus percipiendos, qui ex polyſemia, & ambiguitate textui adhuc ineſſe poſſunt. Iſta eſt revera maxima fontes ſcrutandi utilitas. IVo Ad phraſes, proverbia, idiotismos originalis lingvæ explicandos.

pta ab Alphabeto rudimenta, ſaltem iis, qui ſponte confluent, explanet, tempore, & ſpatioſo loco, e. gr. qui alias ſacris conventibus ſervit, aſſignatis. Nullum eſt initium cum perfectione. Annis ſequentibus diſcentes in tres claſſes ſeparentur *Incipientium*, qui ſint primæ claſſis Grammatices alumni, *Proficientium*, qui ſint 2. & 3. Grammatices claſſis, & ſeſe jam *Perficientium*, qui ſint primæ, & ſecundæ Humanitatis claſſis, ſive Poëtæ, & Rhetores.

Si horis alias prælectioni deſtinatis hoc ſtudium tradi non poterit, & mere pro extraordinario habebitur, acceſſus ſive fuerit libertati permiſſus, ſive de neceſſitate imponendus, nemo ſtipendii Regii capax ſit, qui, dum poteſt, pariter ex hac lingva induſtriæ ſuæ ſpecimen non dederit, hujus penitus ignarus ad Philoſophiæ, & Jurisprudentiæ gradus non promoveatur. Profeſſor tres per hebdomadem prælectiones horæ ſpatio duraturas habeat, pro Incipientibus die Martis e. gr. ab hora II. vel III. Pomeridiana. Pro Proficientibus die Jovis mane primo ſemeſtri ab VIII. altero ſemeſtri a VII. Pro Perficientibus eodem die Jovis a II. vel III. Pomeridiana. pro ſingula claſſe ſuperfutura eſt aliqua pars temporis etiam relaxationi.

Grammatica interim aſſumi poterit quævis obvia, quia Magiſtro duce fere omnis bona eſt, proxime eda-

dos. V° Ad menda nata ex incuria typographorum, vel deſcribentium ſufferenda. VI° Ad clariorem ſenſum eruendum, multa enim in Vulgata clarius, & ſignificantius verti potuiſſent, aut poſſunt ex fontibus clariora reddi. VII° quando in Latino lectio eſt anceps, & non ſcitur, an ſit in hoc, vel illo genere, caſu, conjugatione &c. VIII° Ad explicandas voces uſu Eccleſiæ in lingvas Europæas una cum ſuſceptione Chriſtianæ fidei illatas, ut ſunt: Hoſanna, Amen, Alleluja &c. Bellarminus L. 2. de V. D. C. 11. omnia commoda, quæ fontium uſus præſtare poteſt,

 ad

---

edatur accommoda, cujus exemplaria munificentia alicujus Patroni (quantula res?) imprimantur plurima, leviſſimo pretio e. gr. 15. vel 20. cruc. venalia, usque Rhetoricam ſervitura. Apte ſecabitur in tres partes, ut *Incipientium* ſit usque ad conjugationes, ſeu verba excluſive: *Proficientium* a conjugationibus ordiendo incluſive usque ad verba in *mi*, nonnullis pro exercitio thematibus inſertis. *Perficientium* reliqua pars anomalorum, dialectorum, ſyntaxeos, Proſodiæ, Chreſtomathiæ cujusdam, & præprimis analyſeos practicæ, regulis præmiſſis adplicatæ; non abſint exercitio lectionis breves ſententiæ, dialogi, vel fabulæ Æſopi. Addatur parvum quoddam Lexicon e. gr. trium philyrarum Latino-græcum vocum magis generalium de variis objectis, deſumptis ex regno animalium, vegetabilium, rebus domeſticis, verborum frequentioris uſus, quibus actiones, paſſiones, & aliæ generales animi affectiones deſignantur, idem Lexicon ſit græco-latinum.

Si quo caſu ſuccedet, ut hoc ſtudium ſit ordinarium, in prima Grammatices claſſe ſufficiet comparata cognitio literarum, lecturæ, ſcriptionis, & quinque Declinationum ſimplicium, ac contractarum, adeoque hæc ſola tradantur. In ſecunda Grammatices claſſe tradantur flexio adjectivorum, & alia usque ad activam formam paradigmatis *Typto* incluſive.

ad quatuor caſus revocat, & vere, & compendioſe.

Caſus primus,

Quando in latinis noſtris codicibus videtur eſſe error librariorum, nec enim hic citra miraculum caveri poteſt. Antequam vulgata editio ab illapſis nævis purgaretur, ſummo jure regula Bellarmini obtinuit, quia ex multiplici deſcriptione, & inventa jam typographia (an. 1440.) etiam ex typothetarum incuria errores non pauci in eam irrepeſerunt, (pag. 468.) ſed ejusmodi,

ve. Paradigmata ſine dubio, non ſecus ac in latino, memoriæ mandanda, & retinenda, & vocabula ad diſcendum proponenda, ut usque Rhetoricam ſatis multarum vocum ſignificata diſcipuli comprehendant, quod futurum eſt, etiamſi quavis hebdomade non niſi tres, vel quatuor voces memoriter didicerint. In tertia tradantur cætera de conjugationibus paſſivæ, & mediæ vocis, una cum flexione circumflexorum. In Poëſi verba in *mi*, & *anomala* cum repetitione præcedentium, item ſyntaxis græca, quoad ejus fieri poterit. In Rhetorica Proſodia, variæ dialecti, aliquot verſus Iliadis, explanentur, cum Poëtæ dialectis abundent, ex Chreſtomathia exercitationes fiant, e græco in Latinum, ex latino in græcum verſiones arbitrio docentis.

Si ſcholaſtica juventus id unum aſſequeretur, ut græcarum Declinationum, & conjugationum, & analyſeos vocum apud Latinos receptarum gnarus, ex Rhetorica diſcedat, vel hoc emolumentum aliquot per annum exercitationes mereretur, ut ſi non omnes, ſaltem Eminentes etiam in hoc genere literaturæ ad altiora præpararentur.

Cogitanti alii etiam ſuccurrunt modi lingvæ iſtius etiam ſine publicis magnis ſumptibus promovendæ. In univerſum cenſeo, fruſtra unum, aut alterum ſeu in lingvarum, ſeu in Theologiæ ſtudio ordinem, velut

di, qui rectæ fidei, & morum regulis ne in minimo quidem incommodarent, (pag. 93.) quod bene advertendum contra eos, qui ex levibus his nævis, quos ſeu vetus Itala ante Hieronymum, (pag. 390.) ſeu Vulgata ante correctionem (pag. 428.) ferebat, ſtatuere volunt, authentica editione Eccleſiam caruiſſe. Digna ſunt verba Sixti Senenſis L. 8. Biblioth. quæ in hanc rem adferantur.

Etſi, inquit ille, vetus Itala multa omnino habuerit errata, non ob id conſequens eſt, ut Eccleſia Latina ante Hieronymum nullam Vet.

 Te-

lut unice neceſſarium, & ab omnibus obſervandum commendari, cudi ſyſtemata, quorum univerſale vitium eſt, in iis in theoria multum promitti, in praxi parum præſtari, & in magis neceſſariis deficere. Itaque pro ratione cogitandi diverſi ordines, & modi tradendarum diſciplinarum poſſunt permitti; cum enim idem ſit communis finis *proficere*, h. e. ad deſideratam illam ſcientiarum acropolim pertingere, eamque poſſidere, & propter aſſecutionem hujus finis ſint omnia, idem diſcentibus accidit, quod iter in certum locum inſtituentibus communiter ſolet evenire, ut eundem licet petant locum, alia tamen alii ſemita ad eum pervenire conentur. Fit autem non raro, ut iter, quod hi moleſtius emetirentur, ex certis adjunctorum rationibus aliis & compendioſius ſit, & tutius, ut breviore etiam ſpatio propoſitam metam certius contingant. Qui talem in hiſce literis, qualis in Mathematicis deprehenditur, nexum in ſolidum ſibi imaginantur, næ illi vehementer decipiuntur; ſæpe ſuperflua eſt diſceptatio quid primum, quid medium, poſtremumve locum debeat occupare.

Sed ad propoſitum revertamur! *Si* græcæ lingvæ ſtudium in ſcholas inferiores ſaltem eo cum ſucceſſu inveheretur, ut pars juventutis in Clerum cooptanda græcum N. Tti. textum legendi, & analyzandi nul-

Teſti. veram, & ſinceram editionem habuerit. Nam etſi nonnulla exemplaria olim fuerint corrupta, quæ poſtea Hieronymus correxit, non ideo ſequitur, ut omnes, quotquot habuit Eccleſia, codices, fuerint univerſe, & ex toto corrupti. Et licet omnes aliquos locos habuerint corruptos, non tamen fieri potuit, ut omnes ſimul in iisdem locis fuerint depravati, ita ut id in nullo exemplari integrum, & inviolatum permanſerit, quod in multis exemplaribus eſſet vitiatum. Sequitur ergo, ut ex pluribus corruptis codicibus facta ipſorum ad invicem, vel ad græ-

nullam haberet remoram, levi exercitio ſine diſpendio aliarum materiarum poſſet græci textus lectioni applicari, atque ita ad diſcendam lingvam hebræam omnis conatus ſubinde eſſet dirigendus, hebræa Arabica *adhibitis initio literis mere hebraicis* non inutiliter (pag. 820. l. 24.) ſubnecteretur, *literis* dico *mere hebraicis;* nihil enim magis avocat, terretque diſcentem, quam inſolita illa novitas, & diverſitas characterum, quæ opinionem ingenerat diverſitatis ſubſtantialis utriusque lingvæ, quæ tamen fere nulla eſt, (pag. 825.) M. Auguſtinus, in græcis mediocriter verſatus, cum Pœnus eſſet, neſcire ſe, quod ſcivit, indicavit, quod a lectione hebraici textus characterum diverſitate impediretur. (pag. 491. & 870.)

Si iſtud tantum ad pia deſideria pertinet, ſvaſor ſum, ut edatur Grammatica compendioſa pro uſu Seminariorum, non ſicut Patavina, quæ tamen de cætero bona eſt, ſed diſtributione minus accurata, & mole ſua, quoniam etiam ſpectantia ad Poëſim, & dialectos complectitur, incommoda, cui imperfectionem ſuam ipſe author aſſerit, dicens, ſe eam non ſine mendis elucubraſſe, quando ex morte uxoris ſuæ mœrore animi confectus fuit. edit. Vien. 1771. in fine libri pag. 318. kæ tode men bareæs odyneſi peparmenos etor &c.

Non

græcos codices (etſi ex parte nihil minus vitiatos) collatione facile ab eruditis, ejusmodi exemplaria conferentibus, vera, ac integra cujusque loci translatio haberi potuerit, & revera ab his ſemper habita fuerit. Colligimus ergo adverſus hæreticorum ſententiam, quod, quamquam Eccleſia in ſingulis ſeorſim codicibus ſinceram, ac integram V. ac N. Teſt. translationem non habuit, nunquam tamen in omnibus ſimul, & undique collectis exemplaribus exacta, abſolutaque V. ac N. Teſti. translatione caruit: ſed ſemper in ipſa generali codicum univerſitate, quod

Non inquam tam fuſam eſſe oportebit, Clericis vero magis accomodatam, exemplis plerumque ex N. Tto. deſumptis etiam in corpore ipſius Grammaticæ, ut alumni ſenſim aſſveſiant, adnexis ad calcem pro lectionis uſu, & analyſi ex Evangelio Matthæi tribus primis CC. quæ minutatim analyzentur, & de verbo ad verbum latine verſa ex adverſo latere adponantur, item duo prima CC. Lucæ, epiſtolæ ad Rom. CC. II. pariterque ex Apocal. Nec prætermittantur quidam textus in Dogmatica, & Morali Claſſici, celebriores, puta: Qui non crediderit, condemnabitur. Quæcunque ligaveritis ſuper terram. Quod non eſt ex fide peccatum eſt. &c. Utiliter lectioni, & translationis exercitio accederet pars aliqua Catechiſmi Caniſii græco-Latini, vel pure græci, compendioſiſſime editi an. 1677. Leutſoviæ in 12. nec non terminorum exprimendis rebus, & actionibus religionis conſecratorum explicatio, adnexa verbali ſignificatione Latina, nam ſi res nota ignota lingva, quam diſcis, proponatur, ignotum ex noto facilius intelligitur, & animo multo jucundius illabitur.

Inſtar Biblici cujusdam Lexici inſeratur ſyllabus omnium vocum græcarum in N. Tto. occurrentium, prout ordine Alphabetico digeſſit Reineccius in 8. min. non niſi paginas 78. edit. Lipſ. 1758. complens, adjectis ancipitum (quia nihil impedit, nec ſpatium oc-

quod in uno, atque alio codice corruptum fuit, id ipſum in hoc, vel illo codice integrum, & incorruptum permanſit. Hæc ille. Ergo menda verſionum ſufferri poſſunt, & emendatior parari editio, etiamſi fontes aut penitus deeſſent, aut non adhiberentur in conſilium, quamvis, dum incorrupti adſunt, eos conſulere ſit omnino conſultum, utile, & convenientiſſimum.

Accipè exempla errorum, quos Pontificum Sixti V. & Clementis VIII. cura emendaverat! Deut. 29. 23. minatur Deus, ſe agris ſterilitatem immiſſurum in pœnam violatæ legis, ſulphu-

occupat) α, ι, υ ſignis —, v, ν quantitatum, quem excipiat idem ſyllabus vocum Latinarum græcis (ſi plura ex N. Tto. ſunt ſynonyma, etiam hiſce appoſitis) correſpondentium, ordine Alphabetico digeſtus, ut ſi diſcens aliquid componere, aut ſecus ſcire voluerit, quid e. gr. *accuſo*, *ſleo*, *pietas*, *invidia* græce ſignificet, illico reperiat. Quod ſi vox talis aut rarius occurrat, vel polyſema ſit, vel uſus ſingularis, indicentur loca, in quibus occurrat.

Tum non erit opus procurare tot exemplaria N. Tti. græca pro uſu Clericorum, cum in Grammatica neceſſaria omnia deprehendantur; abeſſe poterit etiam paulo ſumptuoſius Lexicon Schrevelii, præſertim, ſi ad normam *Januæ* V. Tti. Reineccianæ, pront edidit e. gr. Joan. Knollius Vocabularium Biblicum N. Tti. Lipſ. 1730. de capite in caput, de verſu in verſum progrediendo, voces occurrentes (quod ſemel dictum eſt, ne repetatur) a qua radice, quo caſu, tempore, ſint, ſi opus fuerit, breviſſime indicentur; quamquam nec Knollio, nec alio analyſeos expoſitore opus habeat, qui Grammaticam vere ſibi reddiderit familiarem, ſufficiet ei ſcire ſyllabum Reineccii, præprimis, ſi verba difficilioris, aut polyſemæ poteſtatis, prout Eduardus Leigh (pag. 446. l. 11.) congeſſit, aliquanto fuſius, quam cetera, enotarentur.

In

phure, & *ſalis* ardore comburens, ut nihil virens ultra germinet. Prius ante correctionem in multis exemplaribus legebatur *ſolis*, cum ſiccitatis una cauſa ſit ardor ſolis, & voces *ardor*, ac *comburens*, *ſolem* videantur innuere. Sed cum in hebræo ſit *gophrith*, *vamælachh*, mælachh autem *ſalem*, ſolem vero ſchæmæſch ſignificet, patet *ſalis* legi debere; potuit erronea hæc lectio etiam ex 70. corrigi, nam ibi eſt non *helios*, ſol, ſed, *hals* h. e. ſal. Gen. 40. 13. Recordabitur Pharao (ait Joſephus ſomniorum interpres ad Regis pincernam) *miniſterii tui* antea

In hac Grammatica pronunciatio literarum Alphabeti, ſiquid alicubi habet difficultatis, ex latina, & vulgaribus lingvis dexterrime proponatur, lectura exemplis obviis oſtendatur, non erit abs re *Pater Noſter* Latinum græcis literis, græcum latinis, & græcis, cum genuina in legendo pronunciatione adnectere; ex formis literarum compendiariæ ſcriptionis illico adnotare (non omnes utique, ſed) *chi*, & *thita* ſi caudulam habent, *ſch*, *ſth*, ſigma vero cum proboſcide *ſt* valere, quia in omni pagina etiam vulgarium editionum iſtæ formæ occurrunt. Succedant decem primi verſus ex C. I. Lucæ græcis, & ex latere latinis characteribus. Ita lecturam etiam proprio marte addiſcere non magnæ, ſub inſtitutione Magiſtri etiam exiguo tempore nullius erit difficultatis.

Fuſius tractetur ſtatim initio (1) de vocalibus mutabilibus, & ſubjunctivis, (2) de mutis conſonantibus, tenuibus, mediis, aſpiratis, inter ſe affinibus, exemplis obviis illuſtretur, quam facile alternent mediæ, tenues, aſpiratæ, ut e. gr. *octo*, mox *ogdoos*, *hepta*, *hebdomas*, *lego*, *lektæ elechthén*, an duæ, & quando ſe compatiantur aſpiratæ? quid notabile *in liquidis l*, *m*, *n*, *r*, de *zeta* velut duplici, in ſe *ſd* complectente, ut ab *hezo-hedra*, cathedra, ab *ozo* jam odme, jam oſme &c.

An-

tea fideliter præſtiti, & reſtituet te in gradum priſtinum. MSS. quædam habebant *magiſterii tui*, ſed prius eſt reſtitutum, ac conſervatum; licet hæc exigua ſit diverſitas, & nec fons, nec 70. viralis verſio ſatis determinet. Jud. 16. 9. Samſon rupit vincula, quomodo, ſi rumpat quis filum de ſtupæ tortum *putamine*, cum odorem (al. ardorem, quod manet adhuc dubium) ignis acceperit; antea legebatur *ſputamine*, præterea melior lectio videtur *ardorem*.

Exod. 17. 15. *Dominus* (eſt) *exaltatio mea*, Deus eſt, per quem exaltor, & hoſtibus meis

---

Ante Declinationes *attingi poſſent* ex parte, ſeu, præciſe quoad poteſtatem in compoſitione vulgarem, ex vocibus latina civitate donatis exempla deſumendo, *præpoſitiones*: Ex, apo, eu, dys, anti, para, pro, en, ſyn, hypo, dia, meta &c. Cathedra, ſyntaxis, ſynonyma, Propheta, epilogus, prologus, paralogiſmus, paraphraſis &c. Solent talia animos ad ultro progrediendum incendere, & volupe eſt adultioribus, ſi aliquid ex notis ſibi vocabulis allatum, ſpeculationi veritatis ſubſerviat. Ne autem diſcipuli jam adultiores memoriter tantum puerili ſolertia diſcere cogantur, ubi res patitur, etiam addatur ratio, cur vocalis, aut conſonans ita mutari debuerit, e. gr. quia Dativus plur. quintæ Decl. exit in *ſi*, ut quantitatem ſui ſingularis conſervet, ideo adſciſcit ſubjunctivam, ut *leuſi*, leonibus; quia futurum I. habet penultimam longam, ideo epſilon, ut etiam alpha paſſim migrat in éta; ex adverſo in fut. II. ob contrariam rationem ſubjunctivæ abjiciuntur. Quæ cum cognitione cauſarum, quibus continentur, diſcuntur, hærent ſtabilius.

Contractionum methodus antequam Declinationes ordiamur, poſſet tradi; redigatur porro in compendium: ſi *a*, ſi *e*, ſi *i*, ſi *o*, ſi *y* præcedat, & alia vocalis ſequatur, quid faciendum? poſſent hæ obſervatiunculæ ex Grammatica Jac. Welleri Lipſ. 1756. contrahi,

meis me deprimere volentibus prævaleo, ideo erigo altare Domino cum inſcriptione: *Dominus exaltatio mea*: quidam codices habebant *exultatio*, cum tamen hebraice ſit *Jehovah niſſi*, niſſi autem elevationem, aut vexillum ſonet, *exaltatio* vera lectio eſt; Interim hæc ipſa Moyſis contra devictos Amalecitas exaltatio exultationis occaſio fuit. Zach. 12. 6. In die illa ponam duces Juda (ait Deus) ſicut *facem* ignis in fœno. Erat in codd. nonnullis *faciem*, aſt in hebræo *lappid*, quod eſt lampas, ſeu fax. Eccli. 45. 6. Deus Moyſi in monte Sinai *coram* h.

e.

---

hi, & aliquot verſiculis in ſubſidium memoriæ comprehendi, e. gr. de *a*: *A præ O ejicies*, *alias* (vocales) *ſed tolle ſequentes*. Ita contractis Declinationibus, & circumflexis conjugationibus valere juſſis (niſi quantum per occurrentia exempla) cum conjugatio nonniſi unica ſit, Declinationes tantum tres ſtatuantur. *Prima* eorum nominum, quæ exeunt in *a*, vel *é* (eta) cum, vel ſine ſigma; Genit. in *u*, ſi Nominativus fuit cum ſigma, ſecus, *és*, ut patet ex receptis genitivis Rhetorices, Muſices.

Secunda eſt, ut Lat. *us*, vel *um*, tantum quod Græci loco *u*, *o*, loco *m*, *n* habeant; genit. *u*, loco *i* latini, ceteri caſus fere, ut latine. e. gr. domos, dolos, potos, koiranos, h. e. Rex, pólos h. e. pullus, parippos equus; plectron, antron, gymnaſion, myſterion.

Tertia, ſicut in latino, multimodis inflexio finibus exit, ſed genit. ut latine, cum incremento, loco *is* lat. *os*, accuſativus loco *em* lat. *a*, ut hunc heroem, heroa, lampada, conſequenter acc. plur. *as*, addito ſigma, heroas, Rhetoras, quod ex latino jam notum, Dat. plur. loco *bus* debet exire in *ſi*, genit. plur. in omni decl. ſicut latine *um*, ita græce *ón* per omega; ex quo genitivo, ſi loco *n* terminale *s* poſueris, feciſti adverbia latinorum illa *pié*, doctè, ſtultè, ſanctè. Exempla III. Decl. Syntaxis, poëſis,

ta-

e. manifeſta ratione, ut amicus amico, *præſens præſenti* tradidit Decalogum, & alias leges vitæ morales, *dedit illi coram præcepta*, & *legem vitæ*, & *diſciplinæ*. complutenſis, & Sixti V. editio adhuc habuit: dedit illi *cor ad* præcepta. Sed ex græco textu, nam hebræus perivit, correctum eſt, quia græce legitur *kata proſópon* h. e. coram, ad faciem, unde hebraice fuerit liphne. Ita ejusdem L. C. 24. 41. Ego (ſapientia loquitur) quaſi fluvii dioryx, & ſicut aquæductus exivi de Paradiſo. Dioryx eſt canalis, foſſa, & aqua in eadem, ſeu in canalibus de-

tapes, myſtax, hypoſtaſis, diœceſis, character, orexis, thema, paradigma, dogma, problema, theorema, baptiſma, chriſma.

Dualis numerus in Declinationibus, & conjugationibus penitus omitti poteſt, cum in Scra. S. non occurrat, & abſit penitus a N. Tto. Præſtaret loco ejus poſt Decl. & Conj. ponere nomina a Latinis recepta, aſſignatis radicibus, & ſignificatis, ut omnis a Græcis ſumpta *terminologia* paucis explicaretur vocum in religione uſitatarum ordine Alphabetico, e. gr. Archimandrita, ab *arché* principium, vel principatus, mandra ovile, vel monachorum cella, cœnobium, a *cœnos* communis, *bios* vita, Apoſtolus h. e. miſſus legatus, Eppus. Presbyter, Diaconus, Diœceſis, Chreſtomathia, Polemica, *Diæta*, ubi collatis conſiliis ex arbitrio in commune decernitur &c. Intelligit Lector, quid velim, duabus forte philyris Grammatica augeretur. quanta cum utilitate? fit interdum, ut presbyter nomen ſuum *Præsbiter*, magni illius presbyteri *Hyeronimus*, materiam ſacræ unctionis *chrysma* ſcribat, & alumnum S. Franciſci lateat, cur lignum illud, quo pedes gravat ad exercitium humilitatis, *calopodium* vocitetur; minutiſſima hæc ſunt, fateor, ſed ſi nullo negotio intelligi, & orthographia ſervari poteſt, melius eſt.

Exem-

decurrens; Ego incarnata Sapientia a Patre emano per generationem, ſicut aquæ in foſſas. Complut. & Sixti V. legunt cum Lyrano, & multis veteribus *fluvius Dorix*, & putabatur eſſe proprium nomen fluvii, e. gr. Araxes. alii codd. ferebant *fluvius vorax;* al. Dorax. Sed lectio e græco emendata fuit, retenta ipſa græca voce. Jud. 15. 14. ligna loco ligua, ſic ortus pro hortus.

Prov. 16: 11. Pondus, & ſtatera judicia Domini ſunt: & opera ejus omnes lapides *ſacculi*, ſeu ſacculorum. h. e. quidquid judicio ſuo decernit

Exempla de vocabulis jam prius notis aſſumantur, & aliis miſceantur, etiam quæ ad ſonum, & ſignificationem vernacularum lingvarum accedunt, *thenar*, vola manus, *thenarizo*, *ſitho* per *ita*, ſeu *e* longum, cribro, platageo, reſono, ſtego tego, *kileo*, demulceo, helkos ulcus, mikon, vel makon, papaver, neo, fila duco, ægiros, egér-ſa, pleko, flecto, plico, kélis, ulcus, pyrros rufus, aratto, amputo; ſic alia ex Germ. &c. Sed ne quid nimis. Errant interim qui putant, diſcentibus non oportere nos condeſcendere ad eorum imbecillitatem, & ruditatem, & non eſſe e cognitis ad incognita deducendos; quin imo illa erit docendi methodus in æternum optima, quæ ex jam notis ad ignota deduxerit; quidquid aliqua ex parte jam notum eſt, opportunius, utiliusque trahitur in exemplum.

Cum finalium ſyllabarum per tempora, & modos flexio non ſit multiplex, ſicut in latino, ſed uniformis, ſibique in omnibus verbis conſentiens, reipſa unica eſt conjugatio, ſpectata tamen litera radicis, ſeu thematis penultimá, ſi hæc fuerit prima conſonans Alphabeti, primam, ſi ſecunda, ſecundam, ſi tertia, tertiam, ſi quarta, vel duplex ſigma, quartam, ſi aliqua liquida, quintam, ſi vocalis, ſextam dicere ſolent Magiſtri, ſumpta a diverſis *characteriſticis literis* denominatione, quæ finalis terminationis varietatem non

nit Deus, & quidquid agit, exactum eſt ad menſuram omnis æquitatis. Olim valde multi, etiam Ven. Beda legerunt *ſeculi*, ſed in hebræo eſt *äbne chis*, h. e lapides loculi, ſeu marſupii, adeoque ſacculi, nempe pondera, quæ ementes, & vendentes ſecum deferre ſolebant, ut datas ultro citroque auri, & argenti maſſas ponderarent; antequam cuſæ, & ſignatæ monetæ uſus eſſet. Dei judicia, & facta ad quamcunque æqui lancem appendantur, recta deprehenduntur. Pſ. 41. 3. Sitivit anima mea ad Deum *fortem* vivum. Aliqui legerunt *fontem*, nam iſtud poſtu-

---

non inducit, itaque tota quoad conjugationes difficultas deverget ad diſcendam conjugationem *Typto*, (verbero) cujus flexio activa, paſſiva, media, accurate condiſcatur, & a quovis Alumnorum ei, qui domeſticis repetitionibus præfuerit, de memoria reddatur, & illud velut normativum identidem inculcetur: primam curam in analyſi eſſe de futuro primo, ſecundam de naſcituro inde perfecto activo, tertiam de perfecto paſſivo, quartam de aoriſto primo paſſivo. Item Characteriſticam perfecti medii, aor. 2. fut. 2. eandem eſſe, & paſſim ex ipſo themate, ſeu præſenti retineri. Experientia didici, adoleſcentes his obſervatiunculis multum juvari; uti illâ quoque de quinta Conjugatione, ſeu *l*, *m*, *n*, *r*, velut immutabili, & proprie ſolum futurum ſecundum, adeoque penultimam, tum poſitione, tum ſecundum vocales, brevem ſyllabam exigente.

Reliquum temporis impendatur analyſi, quæ ſola uſum parit, & intentum finem jam attingit, & ex parte conſequitur, ideo in hac *parte applicante* malo Grammaticam eſſe fuſiorem; ſaltem duo, triave CC. alicujus Evangelii contineat, minutim, & de voce ad vocem ex integro analyzata. Talis Grammatica cuivis Clerico, etiamſi 300. eſſent, (optarem gratis velut ſua futura in perennem uſum) aſſignetur; poterunt nempe liberalitate cujuspiam imprimi exemplaria

ſtulare videbatur *ſitivit*, & Deus fons vivus vitæ eſt. Verum hebraica vox *leël chhaj* tantum *Deum*, vel *fortem vivum* ſonat. Iſai. 40. 10. Ad fontes aquarum *portabit eos;* credibile ſit Hieronymum ſic vertiſſe, cum vero ad fontes aquarum *potatio* valde quadraret, eum, qui exemplar tranſcripſit, *portabit* in *potabit* convertiſſe; diceret igitur Bethlehemites noſter: *non meus eſt error*, *nocuit librarius illi*, quia hebræus habet: yal mabbuye majim jenahalem, h. e. ad ſcaturigines aquarum deducet eos.

Jo-

ria valde multa, ut exemplar unum vix 20. philyr. 20. crhc. pretium non excedat; ſi enim in communi aliqua tradenda eſt ſcientia, cavendum, ne quidquam commodi Alumno deſit, quia dum eget Petrus, vellet habere etiam Paulus, puta: tempore domeſticæ repetitionis ex eadem materia; ſed etiam ſub prælectionibus ad facilius percipiendam explicationem, cujusvis intereſt libro eſſe proviſum, quem ſi e ſeminario in partes dilapſi ſecum deferrent, interdum vel ideo, quia dulce eſt meminiſſe laborum, pro recreatione inſpicerent, ideis olim habitis facile redintegrandis.

Inſuper edenda eſſet pro communi uſu in Regno noſtro Grammatica græca *fuſior* ea claritate, ut quivis adultior proprio marte ex ea, dum vellet, poſſet proficere, velit autem allectus propoſitarum rerum facilitate, & inſperſa jncunda, ubi fieri poterit, eruditione. Exordium a literis eodem modo inſtituendum, ut in compendioſa pro Clericis Grammatica inſinuavi, addantur breviter, quæ de origine literarum per Cadmum, (pag. 849. l. 16.) & auctum per alios earum numerum eruditionis gratia adnecti ſolent. Conſultius foret *Etiſtarum* (h. e. *ita* per *e* longum pronunciantium cum Erasmo) pronunciatione aſſumpta lectionem, ſicut in latino, ſyllabarum quantitate moderari, hodiernis accentibus, qui forte

aliis

Joſue 5. 6. Quibus juravit, ut *non oſtenderet* eis terram; alii leg. *ut oſtenderet*, hebræus conſtanter addit *non*, ideo adjectum eſt etiam in latino. Joſue 11. 19. Non fuit civitas, quæ ſe traderet; *non* in aliis codd. additum ejectum fuit. quod hebræus *non* excludat, & loci circumſtantia omiſſionem exigere videatur. Pſ. 29. ut videam *voluptatem* Domini non *voluntatem*, ut patet ex 70. Pſ. 106. effuſa eſt *contemptio* ſuper Principes: non *contentio*, ut rurſus elucet ex 70. Talia erant: ſicut *Servus* deſiderat umbram Job. 7. 2. aliqui formato *s* ut *c* majuſculum,

---

aliis uſibus ſuo tempore erant deſtinati, (pag. 731. li. 10.) æternum valere juſſis, ut tandem aliquando ad ſvaviſſimos Homeri, Heſiodi, Theocriti, aliorumque inſignium Poëtarum modulos propius accederemus.

Tribus Declinationibus, contractionum regulis, ac formulis conjugationum clare propoſitis, mox defectus illi eſſent farciendi, quos in Grammaticis tam multis, tamque diverſis paſſim obſervamus. (1) Verborum anomalorum, quorum in hac lingva permagnus eſt uſus, & quæ phraſibus, & idiotismis cultioris græcismi ſæpe adminiculantur, uberior fiat explanatio, ſervato Alphabeti ordine, phraſibus, quas gignunt, fere, ut in *Floribus Latinitatis* una adpoſitis.

Enitendum eſſet, ut habita tali Grammatica habeatur non tantum practice deducta, & oſtenſa analyzatio, verbalis verſio apoſpasmatiorum aliquorum Latina e latere conſpicua, ſed etiam quoddam vocabularium latino-græcum, & græco-latinum, & correſpondens breviſſima phraſeologia, ut qui non alios, ſed hunc ſolum librum compararet, poſſet ad ſolidioris græcæ cognitionis aliquem gradum eluctari, haberetque omnis exercitationis campum apertiſſimum, perfectior, ac ſatis locuples futurus, ſi demum procuraret Lexicon Corn. Schrevelii vulgo notiſſimum, prop-

lum, legerunt *cervus*, ſed in hebræo *cervus* eſt äjal, ſervus eſt yæbhæd, hic vero apud Jobum legitur *yæbhæd*, ſervus. Sap. 12. 15. legerunt quidam: Cum ergo (tu o Deus!) ſis juſtus, juſte omnia diſponis: *qui non debet puniri condemnas, & exterum æſtimas a tua virtute:* debet eſſe, prout jam habemus: ipſum quoque, qui non debet puniri, condemnare exterum (alienum) æſtimas a tua virtute. Mat. 3. 2. Joannes Baptiſta prædicans in deſerto Judææ identidem intonuit: pœnitentiam agite: *appropinquavit* enim regnum cœlorum; legebatur *appropinquabit* in fut. ſed quia græce eſt *éngike* in perf. correctum fuit. Ita & 2. Tim. 4. 18. *liberavit* me Deus ab ore leonis, h. e. furioſi illius Neronis Imp. græce eſt in fut. *liberabit*, rhyſetæ.

Nec tamen putandum, hæc unice ſubſidio fontium, aliter vero neutiquam tolli poſſe, ut ex

Ffff ad

propter uberiorem analyſim, & cognitionem flexionum minus regularium; item Lexicon græco-latinum Joan. Scapulæ, in quo primitivis vocibus derivatæ, ſimplicibus compoſitæ ſubjiciuntur, magno commodo edit. Baſil. 1579. in fol. Et alterum vulgo Baſileenſe, Lexicon Helléno-Romaïcon, ſive græco-Latinum e Theſauris Budæi, (Galli, ſed quanti in Græcis viri!) Tuſani, Geſneri &c. illuſtratum, in quo ſignificata varia, & multiplex verborum uſus ex optimis authoribus comprobatur; nam parum profeciſti, ſi ſcias, quid *pœeo*, *ago*, *elauno*, *echo*, *piſteuo* h. e. facio, duco, agito, habeo, credo: ſignificent, niſi etiam quas in contextu orationis phraſes efficiant, una intellexeris.

Poſt regulas grammaticales accedant apoſpasmatia ex variis Authoribus in morem Chreſtomathiæ, transferri poterunt multa ex citt. Gramm. edita pro hæred. Provin. Dom. Auſtr. in qua deficit uberior analyſis,

adductis patet; nam ſide antiquarum multiplicium verſionum, lectione S. PP. collatione MSStorum, malo medicina paratur. Secus conſequeretur, in libris deutero-Canonicis Eccli. Sap. Tob. Judith &c. cum deſint fontes, deeſſe omne medium talia caſu enata menda tollendi. Cæterum fatalis hæc calamitas, quæ Vulgatam ex incuria amanuenſium, vel injuria temporis premit, fontes perinde afficit, ut ex XII. cauſis obſcuritatis abunde fuit pag. 672. declaratum; nam etiam in fontibus ſæpe manifeſtus legitur librariorum, & typothetarum lapſus, verſionum, aut MSStorum ſide caſtigandus, quem ſemper, & ubique cavere non eſt ſub cœlo datum hominibus, idque maxime in hebraico; vix opuſculum 20. aut triginta pagellarum, quacunque demum lingva deſcribitur, aut imprimitur, quod non mendis hujusmodi compluribus fœdetur.

Zach.

lyſis, & verbalis translatio; aſt præſtaret uberiorem aliquot apoſpasmatiorum dare analyſin, & multa exhibere latine verbaliter reddita, quia juventus noſtri temporis & materiis multis occupata, & ſuæ valde amans commoditatis, vertere, & analyzare, niſi latiorem habeat viam præmonſtratam, negliget, ſicut experimur. Idem merito dicimus, & præſumimus de adultioribus.

Non male fieret, ſi a religione duceretur exordium, Cap. I. Lucæ cum verbali verſione Latina, Oratio Dominica, Symbolum Apoſt. Aliquot ſententiæ, ceu flores e Bibliis, Cap. I. Geneſis e 70. virali edition. Breves ſententiæ, apophthegmata, proverbia ex Stobæo edit. Francof. an. 1581. in fol. Quatuor fabulæ Æſopi, exordium Iliadis e. gr. 60. verſus, 64. ex Heſiodo *Operum, & diei*, aliquid ex Herodoto ob Jonicam dialectum, e. gr. quia jucundius ex L. 2. de Moribus Ægyptiorum aliis gentibus oppo-

Zach. 14. 6. In illo die non erit lux, *ſed frigus*, & *gelu*, ita Hier. & 70. pſychos, kæ pagetos. legerunt *vekaroth*, a *karar* frixit, frigidum fuit, karah frigus; quando Jeruſalem punietur, non erit lux, h. e. lætum tempus, ſed ſæviet hiems calamitatis. Hebræus loco *vav* legit *jod*, caudulâ de *vav* detrita, *lux*, *ſplendores*, & opacitas. vel *jekaroth* (pretia) in vulgari ſenſu accipendo: in illa die non erit lux pretioſa, ſed ſpiſſa. Subjicit Calmetus: *Hebræus, qualem nunc legimus, corruptus eſſe videtur.*

In N. Teſto. Joan. 10. 29. Pater meus, *quod* dedit mihi, *majus* omnibus eſt. Quid igitur dedit? Eccleſiam, oves, animas infinito pretio redemptas, hæ ſunt aliquid majus, excellentius, & Chriſto carius, quam ſint cuncta alia. Melius Tert. Hilar. Ambr. Aug. Beda, & Lateranenſe Concilium apud Maldonatum per illud, quod

poſitis, ut jam habet Matthias Geſnerus in ſua Chreſt. Græc. Lipſiæ 1780. ex Theocrito ob dialectum Doricam e. gr. Idyllio III. komasdo poti tan Amaryllida &c. Dialogus unus, & alter brevior, ſed de rebus, aut veritatibus etiam hodie locum, & pretium facile conſequentibus. Aliqua hiſtoria mirabilium e. gr. de animalibus ex Æliano edit. Abrah. Gronovii Heibronnæ in IV. an. 1765. L. 7. C. 15. de philoteknia elephantum L. 9. C. 17. de alcyone. L. 10. C. 40. de cornibus aſinorum L. 8. C. 14. quomodo lupi bovem artificioſe capiant; vel aliquid ex hiſtoria animalium Ariſtotelis, quia avidius talia leguntur. Aliquæ breves epiſtolæ, gratulatoriæ, adhortatoriæ, petitoriæ.

Inferatur huic libro breve lexicon latino-græcum rerum, actionumque magis notarum, quæ frequentioris ſunt in ſermone uſus, ſuccedente lexico græco-latino, nec magnitudo deterreat, nam habito dele-

quod dedit Pater Chriſto, naturam, & poteſtatem Divinam intelligunt, quaſi dicat: non putetis Judæi me purum hominem eſſe, quia Pater me gignendo dedit mihi & naturam, & Omnipotentiam, atque ideo ſicut oves, quas Pater protegit, & curat, de manu ejus nemo poteſt rapere, ita nec rapere poteſt de manu mea, nam (quod verſu 30. immediate ſubjicit) natura, & poteſtate *ego, & Pater unum ſumus.* Ergo Latini in græco habuerunt: *ho dedóke moi meizon*, meizon per ómicron, ſeu *o* parvum; hodie legitur *hos* addito *s*, & *meizon* cum omega, vertiturque cum Eraſmo: *Pater meus, qui dedit mihi, major eſt omnibus.* Ecce quantam in ſenſu differentiam facit unum *s* additum, & loco *o* parvi *O* magnum! Quæ lectio nativa ſit, per interpretes diſceptatur, græcam præfert Maldonatus, quia univerſalis eſt in omnibus codd. & græcis Patribus. Sed

lectu latino-græcum Schrevelii vix adæquabit, eſt enim neceſſarium, aut perutile, ut Lector ſeu aliquid componere, vel ex latino in græcum transferre, ſeu græcum textum interpretari exercitii cauſa voluerit, voces aptas cum ſignificatis reperiat. Termini generaliſſimi artium nominatiorum, ſcientiarum, partium humani corporis, communes ex regno animalium, quadrupedum, volatilium, vegetabilium, mineralium: verba, quibus generaliores ideæ actionum, paſſionum, cæterarumque affectionum exprimuntur, prætermitti non debent. Vel ex Commenii Janua aurea quinque lingvarum, inter quas una græca eſt, vel aliunde ad normam ejus tota narratio centum breviuſculis CC. comprehenſa transferri in partem applicantem Gramm. poſſet, ut qui hac Grammatica uſus fuerit, non deſtituatur vocibus, quibus ſcribat, aut loquatur de religione, Rep. artibus liberalibus, & illiberalibus, domeſtica ſupellectile, ipſe

Sed Cyrilli græcus textus, & Veleſii, Coptica item verſio, Vulgatæ lectionem habet apud Calmetum. Rom. 5. 1. nos *O* magnum legimus: *habeamus* pacem; græci *o* parvum *habemus* pacem. Similiter 1. Cor. 15. 49. Quemadmodum geſtavimus imaginem terreni hominis, ſeu Adami, male vivendo, & terrena ſectando, geſtemus & imaginem cœleſtis Adam, ſeu ipſius Chriſti; nos imperative legimus *portemus*, Græci vulgo contra fidem Reg. cod. Alexand. Clar. Germ. Lin. Cant. legunt in futuro, *portabimus*, ſeu nos per *Omega*, Græci per *omicron*, phoreſomen.

Exempla lectionum, quæ juxta multos in Vulgata etiamnum vitioſæ, & e græco textu emendandæ videntur. Mat. 5. 24. antequam munus Deo ad altare offeras, ſi frater tuus habet aliquid adverſum te, vade prius *reconciliari* fra-

 tri

ſa re veſtiaria, animalibus, avibus, plantis, œconomicis inſtrumentis, terminis ſaltem generalibus; eſt enim res valde imperfecta, nec aurigam, ſartorem, ſutorem, nec pulpitum, nec dormitorium, nec ulla e. gr. ad menſam fercula, vel inſtrumenta ſcire ſuis nominibus græce appellare,

Quanta miſeria! vir græcis literis, ut ſupponitur, probe excultus, in theatrum naturæ vernante Majo ingreditur, & ex tanta objectorum multitudine, quæ in campis, & ſilvis, in montibus, & vallibus mira varietate oblectant oculos, nihil conſpectui ejus ſiſtitur, quod ſuo poſſet efferre vocabulo. Non ego Botanicum, non naturæ ſcrutatorem, græcum exigo, ſed aliquam terminorum generalium notitiam requiro, ut de his quoque ſi non ſcribere, ſcribentes tamen veteres intelligere poſſint, qui in poſterum ſermonem græcum profitebuntur, & propiorem, melioremque viam Patriæ filiis præmonſtro.

Ad-

tri tuo: in græco eſt in imperativo paſſivo (aor. 2.) *diallagéthi*, ergo deberet loco *i* poni *e* reconciliare, ſeu reconcilieris. Iſta eſt grammaticalis acribeia, vel minutia; nam in ſenſu eſt idem: vade reconciliari, vade, reconcilieris; perinde ac ſi diceres Pſ. 1. illud: Beatus vir, qui non abiit - - non ſtetit: neceſſario verti debere præterito perfecto, quia ita eſt in hebræo: alter, qui verteret *non abit*, *non inſiſtit*, reponeret ſenſum eſſe prorſus eundem. Mat. 8. 26. Chriſtus *imperavit* ventis, & mari; ajunt in græco eſſe *epetiméſe* h. e increpuit, objurgavit, ſed nempe increpuit cum imperio, & authoritate, unde jam *increpavit* Luc. 8. 24. jam *imperavit* Luc. 4. 39. transfert Vulgatus.

Act. 2. 23. Vos Judæi Chriſtum per manus iniquorum *affligentes* interemiſtis: ajunt, cum in græco ſit *proſpéxantes*, debere ſcribi *affi-*

Addantur huic libro omnes radices lingvæ græcæ, prout ponuntur ad calcem Lexici Schreveliani, quarum lectione unâ breves de variis rebus ſententiæ percipientur, pagellæ ſunt nonniſi XXIII. a pag. 919. usque 941. Vel potius, ſicut eædem radicales voces referuntur carmine Heroico in Odyſſea ficta Chreſt. græcæ edit. Aug. Vind. 1784. a pag. 57. usque 112. adjectis pone ſignificatis latinis. Andra hydo, hos epi Trojas ta theméla pepertæ, pollón &c. Nec vociferentur ignavi: Non Grammaticam, ſed Pandectas iſte præſcribit! nam has, dicere volo græci ſermonis divitias, in compendio exhibere, non minoris eſſet virtutis, quam Iliadem nuci includere, habere vero tale compendium nemo non vellet; Quid dein abſurdi fieret, etiam ubi liber talis ipſum Schreveli Lexicon magnitudine exæquaret? ceterum 60. philyrarum opus in II. Tomis hæc omnia commode comprehendet. Levi ſane pretio parabilis, nec tamen exiguus

affigentes nempe cruci; ſed nonne afflictio Chriſti, & ejus crucifixio idem fuit, & pro ſpecie afflictionis licet in genere dicere afflictionem? Rom. 13. 12. Nox *præceſſit*, dies autem appropinquavit; h. e. tempus exercitæ iniquitatis, quæ noctem quærit, proceſſit, tempus exercendæ pietatis advenit; abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, h. e. mores non tenebris, ſed luce, & publico conſpectu dignos; ſicut de die convenit, honeſte vitæ munia obeamus, ſeu converſemur. In græco loco *præceſſit* eſt *proekopſe*, h. e. *proceſſit*, progreſſa eſt; ſed quis neſcit *pro* & *præ* in compoſitione æquipollere? ut *pro*, aut *præ* gredi, *pro*, aut *præ*loquium, proferre, producere. 2. Cor. 5. 13. Sive enim mente *excedimus* Deo: ſive ſobrii ſumus vobis. Seu hoc, ſeu iſtud homines de nobis loquantur, totum Deus in bonum veſtrum di-

guus in hoc genere theſaurus. Si nulla prorſus eſt ſpes edendæ talis Grammaticæ, quia *nihil eſt, quod ad artem redigi poſſit, niſi ille, qui illa tenet, quorum artem inſtituere vult, habeat illam ſcientiam, ut ex iis rebus, quarum ars nondum ſit, artem efficere poſſit.* Cic. L. 1. de Orat. Pauci vero ſunt linguæ iſtius periti, iique vel ætate, vel officio, vel demum commoditate vitæ, a moleſto hoc labore, nullo alioquin præmio, aut mercede fatigii propoſito avocantur, imprimatur denuo Grammatica Jacobi Gretſeri, prout fuſior extat Tom. XVI. OO. edit. Ratisbonæ 1741. in fol. apoſpasmatiis ex Homero, Heſiodo, Demoſthene, Luciano, ſuperadditis, nam Grammatica iſta habet *Nomenclatorem Latinum* fere ad normam Commenii de plerisque rebus, ordine Alphabetico, *Phraſeologiam latino græcam*, dialogos ex Pontano IV. græce redditos; Typographi, ubi audiverint exemplaria diſtrahenda, ſpe lucri exequen-

diriget. In græco eſt *exeſtémen*, h. e. excidimus, inſanimus. Quod ego vobis Corinthiis de Dei in me virtutibus ita loquar, ut multum videar gloriari, & in me laudando *excedere*, Dei cauſa facio, cujus in me virtutes oportet prædicare; ſive interdum reflectendo me ad proprias meas infirmitates humiliare me, & de me ſobrie loqui videar, veſtri cauſa facio. Sed nonne *exſtaſis* Lat. *exceſſus* reddi ſolet, eſtque ille ſtatus mentis, quo rapti ad interiora Prophetæ ea externe videntur agere, quæ magis propria ſunt inſanientium? excedere mente, & excidere vix differunt.

Eadem epl. C. 8. 8. cum in græco ſit veſtræ dilectionis *ſinceritatem* ego approbans; loco Lat. *ingenium* dicunt reddi debere *ingenuum*; verum *gnéſion* eſt innata ſinceritas, quæ *ingenium* h. e. ingenita, ſeu congenita bona indoles dici poteſt; *ingenium bonum* hoc loco eſt natura

---

quentur. Aut, ſi alia quæcunque edita fuerit Grammatica, e. gr. ipſa hæc Gretſeri, ut proſtat in 8. contractior, inſeratur ei mox dictus *Nomenclator*, *& Phraſeologia*.

Ergone OO. Lingvæ in Seminariis tradendæ? (a) Hebræa, & Græca (ſuppoſito, hanc in ſcholis inferioribus penitus non, vel nimis leviter fuiſſe contactam) utiliter ita tradentur, ut primo anno curſûs Theologici ex illa, altero ex hac, literarum diſtinctio, & lectura ab omnibus percipiatur, conſecratis, & quidem ob domeſticam repetitionem æſtate opportuniorem, initio alterius ſemeſtris, vel paulo poſt in ſingulos annos XX. prælectionibus, citra diſpendium pretioſi temporis, exercitatione domeſtica eo cum fructu continuanda, ut nullus Alumnorum lecturæ ſit ignarus, nec ſi hebraica, aut græca Biblia proferri audiat, ad inſolitam lectionem cogatur exhorreſcere. In græco fiet etiam pluſculum, nam in hoc initium fa-

ra propenſa, & ſincera. 2. Tim. 2. 4. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat, *cui* ſe probavit. Ex græco ſenſus eſt: ut ſe ad militiam deligenti placeat; vel ei, *qui* ipſum probavit. Sed idem eſt: ei ſe ſua virtute probavit: vel: ille eum approbavit. Jacob. 2. 13. Superexaltat miſericordia (Dei) judicium, vertunt *ſuperexultat* per *u*, non per *a*, græce *katakauchâtai*, quaſi contragloriatur, ſeu gloriatur veluti major, & victrix, miſericordia adverſus judicium; ſuperatque, ac vincit, eique ſuperexultat gloriando. h. e. Deus magis exercet in nos miſericordiam, rarius decernit ex rigore juſtitiæ. Vel: miſericordia, ab homine in vita exercita, exultando gloriatur, &, dum hora judicii veniet, triumphabit, de judicio nihil metuens. Jac. 3. 7. lingvam nemo domare poteſt, cum tamen omnis natura beſtiarum, volucrium, &

 ſer-

facilius propter lingvæ latinæ propinquitatem, progreſſus autem impeditior, in hebræo obtinet contrarium.

(*b*) Non eſt lingvarum ſtudium ex ſpe realis utilitatis omnibus in communi imponendum, ſed ſufficit, ſi habito delectu ex omni curſu Alumnorum unus, alterve *ex Eminentibus*, citra læſionem ordinis in aliis ſtudiis obſervandi, privata Profeſſoris inſtitutione primo biennio in hebraico, altero in græco, tamquam ſtudiis extraordinariis, aut hic tantum in hebraico, alter tantum in græco pro ratione genii, & affectionis inſtituantur; quia tamen ad perfecti Theologi ideam utriusque lingvæ cognitio requiritur, præfero modum priorem.

Hebræa lingva, prout ſolis Bibliis continetur, vocum inops eſt, nec admodum difficilis, (pag. 445. l. 25. & 447. l. 32.) poſſet itaque vel, ubi jam in hebræo ſolidiora jacta ſunt fundamenta, ſenſim, & mi-

ſerpentium, & *ceterorum* domantur, & domita ſunt a natura humana. Ajunt *cetorum*, ſeu piſcium inſolitæ magnitudinis. In græco legitur *enaliôn* h. e. marinorum, quod in idem redit; forte noſter id legit, quod Veleſii lectio habet: *tôn allôn*, aut ſimpliciter *allôn*, h. e. aliorum, ſive ceterorum. In reliquo ſi omnium etiam marinorum, ergo ceterorum etiam.

Mat. 6. 5. Nolite fieri, ſicut hypocritæ, *qui* amant in Synagogis - - orare, ut videantur. In græco eſt *hoti*, *quia* amant. Apoc. 14, 3. ubi Joannes dicit, illa 144. millia, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, ſed virgines ſunt, aut reipſa formali caſtitate mentis, & integritate corporis, vel, quod malim ex contextu, metaphorice, in quantum illibata mentis integritate ſoli Deo, non vero idolis adhæſerunt; hos canticum ceciniſſe, *& nemo poterat dicere can-*

mixtim, vel poſtremo quadrante biennii, feliciori talento etiam Chaldaicæ, Syriacæ, præprimis autem Arabicæ (pag. 820.) cognitio, & ab hebræa diſceſſus communicari. Æſtas, & aurora tali Clerico amica eſt, conſvetum ſurgendi tempus, h. e. quintam horæ ſpatio prævertat, autumnales primi anni ferias ſignificatorum perceptioni, & exercitio analytico conſecret, ut exacto biennio, vel in fine ejus, menſe Auguſto ex hebræa lingva publicum ſcientiæ ſuæ ſpecimen præbeat, quo palam fiat, ipſum præter Grammaticam totam, ſcire omnia ſignificata vocum radicalium, & derivatarum, quæ Bibliis continentur, Biblia hebraica ubicunque fuerint aperta, e veſtigio latine reddere, vel ſi hoc nimium, exigo Geneſim, XX. Pſalmos, Iſaiæ CC. X. & propoſitum quodcunque verbum juxta omnes conjugationum formas expedite flectere.

Ex-

canticum, (hoc) niſi illi 144. Cum in græco ſit *mathein* diſcere, Fran. Ribera Soc. Jeſu celebris Hiſpanus commentator in XII. Proph. & Apocal. an. 1591. denatus, legendum monet addito *s* diſcere; ſed res eſt leviſſima, nam ſi non poterant *diſcere*, neque poterant *dicere*, carmen dicendo diſcitur, & diſcendo recitatur, ſive dicitur. Gemellum eſt, quod Gen. 27. 11. Jacob matri dicit: noſti, quod Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego lenis; aliqui cenſent primitus fuiſſe *lævis* h. e. non hirſutus; ſed nempe hirſuto, aſpero, pilis horrido *lenis* quoque opponitur.

Ad Hebr. 11. 34. per fidem multi veterum extinxerunt impetum ignis, *effugerunt* aciem gladii, gr. *ephygon*, plures editiones, etiam Sixti V. habebant *effugaverunt*, quod bene in *effugerunt* correctum eſt. Corn. a Lap. in textu ha-

Exacto altero ſemeſtri idem præſtet in græco textu N. Tti. ubicunque aperiatur, immediate ſciat transferre in latinum; attingat aliquid etiam e græca V. Tti. verſione, e. gr. ſex priora CC. Geneſis, & XX. Pſalmos. Si non plures, ſed quævis Diœceſis omni quadriennio tantum unum, vel duos tales habuerit Clericos, poſt XII. annos plures jam Regnum Hungariæ numerabit ſacerdotes, græcæ lingvæ non ad ſpeciem, & fucum faciendum, ſed revera gnaros. Nam ſcire ſolum aliquo modo conjugare, & analyzare, ad ambitionem in junioribus fovendam plurimum, ad ſolidam eruditionem, & ulteriorem utilitatem nihil momenti habet; bibunt ex fontibus, ut canis e Nilo, ſed quia minus eſt, quod receperunt, quam ut in ſuccum, & ſangvinem converteretur, poſt exiguum tempus hac carnificina liberati eorum, quæ vix primoribus labris attigerunt, obliviſcuntur; didicerunt itaque, ſed quo fine? in ſpem oblivionis; nec jam re-

habet *effugerunt*, ſed in commentario *effugaverunt*, & addit. Corrige cum Romanis, Syro, & Græco *effugerunt*, fugatur enim hoſtis, acies vero gladii non fugatur, ſed fugitur. Sic Elias fugit gladium Jezabelis, David Saulis, Moyſes Pharaonis. Joan. 21. 22. Cum Petrus a Chriſto didiciſſet, ſe violenta morte martyrii de ſtatione vitæ deturbatum iri, etiam de condiſcipuli ſui Joannis Evangeliſtæ futura morte ſciſcitatur: *Domine hic autem quid?* qualis ergo mors, & quando huic vitæ terminum adferet? Dicit ei Jeſus: *Sic eum volo manere, donec veniam. Quid ad te?* tu me ſequere. Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jeſus: non moritur, ſed ſic eum volo &c. Hic majori verborum pompa in fontium hodiernorum commendationem excurrunt, verſionem Vulgatam criminantur, pro-

retractare delectat, quod vel ex neceſſitate, vel ad captandam eruditionis gloriam vix ſuperficie tenus delibaverunt. Modi, quibus meliores ſperare licet progreſſus, multiplices ſunt. Jubeat Inſtitutor eum, qui extraordinario huic ſtudio fuerit deſtinatus, juxta Grammaticam ſemel aſſumptam a capite ad calcem, ne minima quidem parte omiſſa, ſibi referre memoriter penſum omni hebdomade ſemel, aut bis aſſignatum, anni ſpatio vulgaris quæcunque exhaurietur Grammatica. Imponat e. gr. ex ſyllabo Reineccii, vel compendio Simonis, ſi Grammaticæ fuerit illatum, vel aliunde non deſit (pag. 445. l. 34.) vocabula, puta: omni hebdomade 30. cum ſignificatis ediſcenda, progreſſu temporis plura, niſi enim percipiantur etiam ſignificata, *phruda panta*. Cæterum ſolas ediſcere radices & moleſtum eſt, & minus utile, in actuali verſione ſponte, & fixius immittuntur memoriæ, verſio igitur frequenti exercitatione paran-

propoſitionem conditionatam in abſolutam fuiſſe converſam vociferantes.

Triplex eſt lectio: Ia græcorum codicum, uſualium quidem omnium, *ean* auton theló menein, heós erchomæ, ti pros ſe? *ſi* eum volo manere, donec veniam, quid ad te? quamvis Cantabrigienſis codex habeat *hutós*, h. e. *ſic*, uti & Veleſii; (pag. 129. l. 10.) unde & Calmetus dicit lectionem *ſic* a nonnullis codicibus fulciri. IIa Latinorum codicum fere omnium, vix enim aliqui ex infinita ſylloge ſuperſunt lectionis *ſi*. *Sic* legunt omnes Patres inquit Calmetus. IIIa eſt codicum latinorum multorum ex antiquitate, utraque voce conjunctâ *ſi ſic*; ita legit Hieronymus L. 1. in Jovin. *Si eum ſic volo eſſe, quid ad te?* Et vetus correctorium latinum, & pervetuſtum exemplar Bibliothecæ Cuſanæ, Biblia MSta. Caroli Calvi apud Regiam Bi-

---

randa: ſingula hebdomade analyzet, ex fonte in latinum transferat, & ubi fuerit ſolidior, ex latino in lingvam fontanam, ſed textus ſolum Biblicos. Hac, aut ſimili methodo biennio Hebræus, altero biennio Græcus, nempe *textualis* V. & N. Tti. efficietur Alumnus de cætero & capax, & induſtrius.

Vel detineatur talis fecilioris talenti Clericus in Seminario uno anno, quo ſolis lingvis ſtudeat, præſertim, ſi, ut ſit interdum, defectu ætatis ad ordinem Presbyteratus, adeoque curam animarum nequeat admitti. Vel ſi pro talibus inſtar candidaturæ annus unus præmitteretur, ſed adjuncta reſiſtunt. Potius ſicubi in Seminario ſunt Philoſophi Clerici, oportunius illis ſtudium græcæ lingvæ tradi poſſet privatim per eum, quem habent domeſticis repetitionibus præpoſitum, alternis diebus, vel bis in ſingulas hebdomades, hora a publicis prælectionibus vacua, tempus etiam repetitioni aptum facile invenire-tur;

Bibliothecam, vetus græcus codex ab Eppo. Claromontano ad Tridentinam Synodum an. 1546. delatus. *Si eum volo manere ſic*, ean-hutós. Plures apud Calmetum codices ætatem 800. annorum ferentes; eandem lectionem Gagnæus Joan. mortuus an. 1549. in Scholiis N. T. recitat ex græco quodam commentario in Joan.

Quæ igitur lectio præferenda, & Originalis cenſenda eſt? Lectio *ſi* mea opinione, nolim tamen Dictatorie, ſed tamquam longe veriſimilius ſtatuere; cum enim codices etiam græci lectioni *ſic* ſaltem aliqui conſentiant, & Latinos PP. vetuſtiſſimos ita legiſſe clarum ſit, multique lectionem *ſi ſic*, uti Zegerus, Lindanus, Lucas Brugenſis, Latinis putent eſſe nativam, Eccleſia Romana habet gravia lectionem hanc *ſic* retinendi fundamenta. Quod vero extra Criticam ad rem facit, illud eſt obſervatione dignum,

tur; hi ad Theologiam promoti ſolam hebraicam, & rudimenta cognatarum ejus docendi eſſent. Vel Logicis per annum græca, Phyſicis hebraica tradatur, quia duo iſti anni carent vaſtitate objectorum, & res Phyſicæ, ac Mathematicæ non tam proprie ſpectant ad Theologiam; ex adverſo Theologi primi anni alioqnin hiſtoriæ Eccl. amplitudine memoriam coguntur fatigare, nec tamen huic ſtudio quidquam eſt detrahendum, quia ipſum eſt, quod Eccleſiaſticum, qua talem facit eruditum.

Exurgat Muſagetes! (pag. 253. l. 17.) qui, dum multi privatis, & minus utilibus finibus multa interdum millia conſecrant, mille in Diœceſi florenos in perennem fundationem offerat, ut qui ex alumnis ſingulare lingvarum S. Studium juxta præmiſſa cum fructu reali oſtenderit, poſt examen rigoroſum in egreſſu ex Seminario 50. florenos interuſurium 1000. florenorum capiat. Factum hoc actis Conſiſtorii ad per-

num, eos etiam, qui lectioni latinæ *ſic* multum ſunt infenſi, agnoſcere, in ſenſu non eſſe diſtinctionem; Ita Maldonatus, qui dicit *ſic* ex incredibili deſcriptorum negligentia natum, nulla prorſus ſpecie probabilitatis commendari, ex *ſi* facile *ſic*, non vero ex *ean*, *hutós* naſci potuiſſe &c. Dum ad explanationem delabitur, ſubjicit: *Quod attinet ad ſenſum, quocunque modo legamus, non magnum diſcrimen eſt.* Pro *ſi* Cardinalis Beſſarion denatus an. 1472. æt. 77. Pontifici librum obtulit, lectionemque hanc defendit. Gregorius Trapezuntius Romæ ſub Eugen. IV. & Nicol. V. converſatus, an. 1486. æt. 90. mortuus & ipſe Græcus, *ſic* propugnat libro Pontifici hac de re oblato. Cardo rei vertitur in eo, quid græcum *ſi* hoc loco valeat? an proprie conditionatam, vel affirmativam efficiat propoſitionem; & poſterius iſthic obtinere ſvadet (inquiunt) con-

perpetuandam rei memoriam inſeratur, in caſum neceſſitatis e. gr. pro Profeſſoratu talis lingvæ. Spes præſentes, accepta per priores præmia ſucceſſores movebunt ad ſuperandas difficultates; vel 50. illis flor. quotannis emantur libri, talibus extraordinarie diligentibus in præmium diſtribuendi. Si nec iſtud eveniat, ſaltem comperiant Alumni, hoc ſtudium a Superioribus ſuis magni fieri, ſecus tam exoticas, & ad ſola interiora ſacrarii pertinentes, lingvas negligent, quarum absque frequenti exercitio cita ſubrepit oblivio. Laus, præmia, commendatio, deeſſe non debent; diſcatur aut ad utilitatem, aut nihil.

Contingit aliquando, ut Profeſſor, lingvarum gnarus, aliquid ex græco, Hebræo, Chaldaico, Arabico guſtandum ſuis propinet ſpatio forte ſemeſtri, tum exoticarum tot lingvarum auditores gloriari &c. O quantum eſt in rebus inane! vanitas vanitatum, & cum Aug. vanitas vanitantium! Offer illis ex græco pri-

conſtructio græca *ean thelô*, nam particula *ean* indicativo modo, ut hic, conjuncta, facit propoſitionem affirmativam, ſi vero conjunctivo modo copuletur, tunc conditionalem, & velut dubitativam; quod etiam in latino Priſcianus obſervavit; qui igitur vertit *ſic*, ei cura fuit de ſenſu, quem in translatione ſua clariorem reddere voluit, (ſi forte hutos non legit) ne particulæ *ſi* duplex poteſtas lectorem redderet ancipitem. Conſtat, diſcipulos Chriſti *ſi* affirmative accepiſſe, quaſi *ſic* à Chriſto fuiſſet prolatum; ex quo concluſerunt, *ſic*, ut modo eſt, manſurum, ſeu non moriturum; conſtat etiam, non eos erraſſe in *ſic*, quia revera voluit Chriſtus Joannem ſic manere ſuperſtitem, nempe usque ad ſuum ad perdendam urbem Jeruſalem adventum, totusque diſcipulorum error in eo ſolum conſtitit, quod ex hoc male inferrent, eum penitus non moriturum. Con-

---

primum Iliadis verſum: Iram cane Dea Pelidæ Achilis: ex hebræo primos Proverb. verſus: hærebunt. Ad lauream Theologicam carentia cognitionis græcæ, & hebrææ lingvæ in tali, ut præmiſſum, gradu certum impedimentum eſto. Neque dicas vix modo eſſe aliquos, tunc fore nullos laurea illa donandos, nam ſecus futurum eſt, ſi viam præmonſtratam calcaverint.

Jam etiam de Grammatica Hebraica pro uſu Seminariorum ponam aliquid. Nulla adhuc extat completa, & ſatis idonea. Sicubi hoc ſtudium fuerit ordinarium, adeoque publice auditoribus in communi proponendum, Grammatica in ſe complectatur ſyllabum omnium vocum V. T. hebraicarum ex Reineccio, ſyllabo latino-hebræo earundem vocum ſuccedente; ex Geneſi CC. VI. Pſalmos circiter IV. ex Iſaia CC. VI. e minoribus Prophetis Jonam, & horum omnium analyſim ex *Janua* Reineccii translatam.

Confer Rm. Viſer Herm. Par. II. Vol. II. parag. 126. nr. IIº pag. 111. Itaque non relinquitur in ſuſpenſo, velitne, aut nolit Chriſtus eum manere, ſed definite affirmatur: volo eum permanere, ſeu *ſic* eum volo manere; & ita Chriſtus Petri interrogationem definita, & clara reſponſione expedivit; unde præſentes male intulerunt Joannem nunquam moriturum, ubi tamen Chriſtus ſolum non moriturum ante adventum ſuum (mat. 24. 3. urbi exitioſum) pronunciavit. Cor. a Lap. *to* ſic pro *cum*, *ſiquidem*, *dum* affirmative ſumi, his exemplis docet: Virg. 6. Æn. *Si te fata vocant* h. e. cum vocent; Si potuit manes arceſſere conjugis Orpheus. Ex Cicer. Orat. 1. in Catil. Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia „ nempe tua machinamenta; & obſervat aliud eſſe, *ſi amo te*, *non detraho tibi*; aliud: *ſi te amarem*, *non detraherem tibi*. Vulgo dicitur: ſi edo, ſi bibo, quid ad te?

tam. Ita non erit opus in Seminariis tot Januas Reineccii, tot *Biblia*, & *Lexica* procurare, quia, quantum neceſſe eſt, hæc omnia ipſa jam continebit Grammatica, eritque nihilominus molis ſatis exiguæ. Hucdum talia ſubſidia magnis ſumptibus, nec tamen cuilibet, ſed aliquot in communi procurata fuerunt, non parvis creatis ipſa librorum diverſitate moleſtiis, interim quo fructu? vix aliquo: equidem Geneſis, vel Deuteronomii, vel Iſaiæ Caput primum frequenti uſu detritum eſt, aliis libris nec attactis, eo minus inſpectis.

Loquendo generatim de Inſtitutionibus lingvæ Hebrææ, vix alterius lingvæ tot proſtant Grammaticæ, in dies tranſcribuntur de papyro ad chartam, in dies eduntur, aliqui octingentas jam numerant, nova ſi prodit, *tu merito hanc reliquis adnumerare potes*, nos numerus ſumus &c. Videntur boni illi Anthores

Quod ſpectat ad explanationem Hermeneuticam, in duabus vocibus *manere*, & *veniam* difficultas eſt; vulgi ſenſus: ſic, ut modo eſt, eum volo in vita ſuperſtitem manere, & nunquam mori, donec in extremo die veniam judicare vivos, & mortuos, aperte falſus eſt, & erroneus (pag. 754. l. 20.) cum Joannes anno circiter 99° Chr. adeoque 30° fere poſt urbis Jeroſolymitanæ ruinam juxta Calmetum, vel juxta Baronium an. Chr. 101°, Clementis Papæ 9°, Trajani Imper. 2. ætatis ſuæ 93°, a paſſione Domini 68° mortem naturaliter oppetierit, juxta illud Tertull. L. de Anima: *obiit & Joannes, quem in adventum* (IIum) *Domini fuiſſe remanſurum falſa fuerat ſpes.* Epheſi ſepultus, Oneſimo S. Pauli diſcipulo in Eppatu Epheſino, illi ſuccedente, ut volunt aliqui, nimirum a morte Timothei juxta Corn. a Lap. in Ar-

res non paucas eo ſolum fine in lucem emiſiſſe, ut gloriæ nominis ſui litarent.

Paſſim deficiunt in declaranda recta pronunciatione literarum, quam, uti & quemvis earum ſonum ex collatione cum lingv.s noſtris, productis obviis exemplis, oportet illuſtrare. Utiliter Franc. Meninski S. Cæſ. Maj. Conſ. LL. OO. Interpres editione Theſauri LL. OO. celebris, hac methodo uſus fuit in Inſtitutionibus ſuis lingvæ Turcicæ cum rudimentis parallelis LL. Arab. & Perſicæ Vien. Auſtr. 1680. in fol. recuſ. in IV. an. 1756. curante Adamo Kollár Hungaro. Secus tam exoticam lingvam percepturus in primo aditu hærebit, & ſtudium omne abjiciet deſperans. Hinc etiam advertas velim, Author talis Grammaticæ qualis ſit natione, ut ſcias, quem ſonum literis ſuis tribuat, quia literæ *c*, *ch*, *g*, *gn*, *gi*, *li*, *s*, *ſch*, *sh*, *th*, *u*, *w*, *x*, *z*, a diverſis vel in ſola Europa nationibus diverſiſſime proferun-

Argum. Epl. 1. ad Tim. Sane Cæleſtinus Papa epl. ad Conc. Epheſ. dicit ad Patres: Vobis in Aſia Joannes Apoſtolus prædicavit, *cujus reliquias præſentes honoratis.* Martyrio nec animus, nec paſſio de ſe mortis cauſativa defuit, licet ſupernaturali protectione Dei a morte præſervaretur, dum, prout Tertull. C. 36. de Præſcr. Hier. & alii referunt, Romæ ante portam Latinam a Domitiano in ferventis olei dolium immiſſus propter prædicationem Chriſti, evaſit incolumis.

Verus itaque ſenſus eſt iſte: volo eum *ſic* h. e. ſine crucis ſubeundæ tormento, ſine perpeſſione violentæ mortis manere, volo eum non conſummari martyrio, ſicut ex adverſo te. Vel melius: volo eum nunc ſervari in vita, & nec martyrio, nec morte naturali tolli, ſed ſupervivere, donec veniam ad perdendam urbem Jeruſa-

---

feruntur. *Sch* germ. eſt *s* hung. *sh* angl. *x* Luſit. *Z* nobis, Lat. gr. aliud eſt in ſono, aliud germ. ita *Sinenſes* alii chinenſes, alii Tzin. &c. ſcribunt, ex quo multæ naſcuntur in tabulis geographicis confuſiones, & errores perſæpe ridiculi.

Nec tamen in determinata prolatione literarum oportet eſſe nimis anxium, & ſuperſtitioſum; non enim in præfixum finem libros hebraicos intelligendi peccaverit, qui more Judæorum *thau* ut *s* latinum, quod moderni Græci in *thita*, Angli in tertiis perſonis verborum imitantur, e. gr. *breſchis* loco *breſchith* protulerit, aut figuram *Kametz* ſine diſcrimine ut *o* ſonuerit; cum enim ex confeſſione eruditorum nec in latino, nec in græco hodie eam, quæ veterum fuit, ſervemus pronunciationem, & pro diverſitate lingvarum vernacularum variemus, de hebraica incaſſum litigamus, ſufficit uſum obſervare receptum. (pag. 457. l. 33.)

Paſ-

ſalem. Tu Petre (an. 66. 29. Junii, una cum Paulo) & alii mei Apoſtoli ante urbis excidium occidemini, Joannes ſupervivet, naturali demum morte in effœto jam ſenio exſtingvendus. Sic dicto Chriſti Mat. 16. 28. *Sunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo* h. e. Regio in transfiguratione ſplendore. Melius: in oſtenſione ſuæ authoritatis per everſionem Jeruſalem: etiam in Joanne ſua ſtetit veritas. Jeroſolymæ excidium adventûs Domini appellatione ſignificari Mat. 24. 29. & ſeqq. innuitur. Non pauci *donec veniam* explicant hoc modo: donec veniat dies ejus emortualis, volo interea *ſic*, ſine perpeſſione violentæ mortis manere. Prior expoſitio melior eſt. Quædam lectiones dubiæ ſunt, & ſic an fontis hod. vel Vulgatæ græca lectio prævaleat, ambiguum manet, ut dum ad Philem.

v. 6.

Paſſim abundant in non neceſſariis. Ut ergo etiam præcepto Rabbinorum: ſemper docere debet homo diſcipulos ſuos via brevi: leyolam jelammed ädam lethalmidav bedæræch ketzra: ſuus concedatur locus, de literis *Begadchephath* præter dageſch duplicans, quod eſt *theſchdid* Arabum, omnis præceptio eo negligeretur ſecurius, quod eſt contra inſtitutum Veterum, quos ſolos nitimur æmulari, qui *chaph*, *phe*, *thav* ſemper cum Spiritu, ut ex Hieronymo in C. II. Iſai. evidens eſt, *begad* vero ſiue eo pronunciarunt, monente etiam Reineccio Gram. edit. Vien. 1778. pag. 6. Æque de *Schva*, quando ſonet, quando non, ſine multis regulis dici poſſet, ſane Arabes ad explicandum ſuum *gyzſezma*, cui *ſchva* Judæus ſubſtituit, nullis egent regulis, ubi pronunciatio ſecus difficilior foret, ſonet ut *e* breve latinum, nec opus eſt dicere, proferri celerrime, eo fere modo, quaſi aër conſonanti adhærens vi quadam propelleretur;

quid

v. 6. *ut communicatio fidei tuæ evidens fiat*, græce Vulg. legit *enarges* ab *argos* albus, enargés valde conſpicuus; verſ. ſeq. *gaudium* enim habui h. e. *charan* hod. gratiam, niſi gratia ſumatur pro ipſo gaudio, ut ex 2. Cor. I. 15. cenſet Chryſ. Theoph. Eraſmus, Vatablus, Beza; loco *enarges* hodie eſt *energés* h. e. efficax.

Caſus ſecundus.

Quando Latini codices variant, ut non poſſit certo ſtatui, quæ ſit primigenia, nativa, & vera Vulgatæ lectio. Talia ſunt, quæ jam attulimus Joſ. 5. & 11. dum alii codd. habent affirmative, alii negative. Eccli. 24. 4. alii Dioryx, al. Dorix,. al. vorax. (pag. 566. l. 30.) Prov. 20. 25. *Ruina eſt homini devorare* h. e. vexare, affligere, opibus ſpoliare *ſanctos* homines, *& poſt vota retractare* h. e. poſtea iterum, ite-

quid enim hoc eſt? num obſcurum per aliquid clarius, & perceptibilius explicare? Prætermittatur omnis illa doctrina de accentibus, fugandi Reges cum miniſtris ſuis; quid diſcentibus Chriſtianis *cornua vaccæ?* quid *extenſor*, aut *ſparſor*, aut *catena?* abſit *luna filia diei ſuæ;* tantum Mæthægh, ſilluk, äthnachh, zakeph katon, rebiya, h. e. frœnum, finis, reſpiratio, erector minor, incubans: quia noſtrarum interpunctionum vice fuuguntur (pag. 716.) notari debent.

Primum lecturæ exercitium poſſet eſſe in nominibus notiſſimis, Abraham, Iſaac, Jacob, Melchiſedech, alleluja, hoſanna: hebraice, & latine deſcriptis, mox ſubjecto latino *Pater noſter* literis hebraicis, & viciſſim hebraico *Pater noſter:* äbinu aſchær baſchſchamaim: hebraicis, latinisque ex adverſo characteribus; eidem exercendæ lecturæ deſcribatur caput primum Geneſeos hebraicum hebraicis literis, &

iterumque facere vota, dum e. gr. ſanctis, & innocentibus ademiſti 20. millia florenorum, vota iterare dandi mille ſinos. pauperibus. Vel damnoſum eſt avide, & præcipitanter adire ſanctos venerationis, & obſequii cauſa, & in eorum honorem Deo vota nuncupare, poſtea vota illa non ſervare. Hebræus habet: mókeſch ädam jalay kodeſch, veächhar nedarim lebakker, h. e. laqueus eſt, (quum) homo abſorbet, vel devorat ſanctitatem, (credo) rem jam Deo conſecratam, & poſt vota jam facta inquirit, an obliget votum, vel poſſit illud reſcindi. *Luyah* certo valet glutire, devorare, abſorbere; ſed conſtructio ambigüa eſt; alii loco hiphil *jalya*, kal ex Arabica radice *jalay* mentitus eſt, falſo promiſit, aut *Layah* temere effutivit, vanus, irritusque fuit, interpretantur; vertunt alii: laqueus hominis abſorbebit, corrumpet ſanctum.

Jam

& ex adverſo debita cum pronunciatione literis latinis, nec emaneat verbalis illa, barbara in morem Pagnini ex hebræo verſio latina; ſic ex tali Grammatica quivis etiam domi ſuæ marte proprio proficiet. Docti quidam has obſervationes meras nugas putant, quia rudiſſimos horum diſcere volentes de ſe metiuntur, aſt vero interrogemus diſcere volentes domi ſuæ e. gr. in Capellania, Parochia &c. marte proprio, & reſponſum accipiemus longe aliud. Atqui rudium uſibus liber talis editur, profecto diſcerent aliqui, quod in ſcholis non poterant, foris, dico ex innumeris aliqui, ſi talis Grammatica per ſe docens præſto eſſet. Si quando, hic nihil negligendum, quod incipientibus lumen, & auxilium poteſt adferre, quia maxime in his omne initium durum, horridum. Ubi regulæ ponuntur, exempla locis citatis ex textu Biblico immediate ſubjiciantur, & quidem prioribus Grammaticæ paginis, donec nempe ſuppo-

natur

Jam ad rem: loco *devorare* aliquæ editiones, ut etiam Sixti V. habent *devotare*, prout & Lyranus legit. aliæ *devocare*, aliæ *denotare*; ex hebræo definitur *devorare*, cum *Luya* hoc tantum ſignificet. In N. Teſto. Joan. 19. 27. Beatam Virginem ad Chriſti commendationem Joannes accepit in ſuam; ita apud multos legebatur ſenſu non malo: in ſuam *matrem;* dixit enim Chriſtus Joanni: ecce *mater tua*! & ex illa hora accepit eam diſcipulus in *ſuam* nimirum matrem, vel *curam*, vel *domum*. Alii legebant *in ſua*, & cum græci codices conſtanter ferant *eis ta idia* h. e. *in propria*, correctum eſt uniformiter *in ſua* h. e. in propria tecta, penetralia, domum, ut Nonnus canit: endon heu megaroio, h. e. intra domum ſuam. Narrant aliqui veterum B. Virginem a morte Chriſti reliquum vitæ tempus in domo Joannis Evangeliſtæ

 tran-

natur lector in lectione roboratus, & ſolidus, appoſita etiam latinis literis recta pronunciatione, ſeu lectione talis ſententiæ, & ſignificatione latina addita, cum enim lingva ſolius Scræ. S. gratia diſcatur, exemplis Biblicis, & ſelectis quidem, ex latino jam notis, & magis obviis omnis præceptio illuſtranda venit. Si in Grammatica nec exempla citatis Scræ. locis adducta, nec unum, alterumve caput e. gr. Geneſis, analyſi explanatum, nec ullam ſyntaxim videas, tutius Vulcano, aut blattis, quam inani æris impendio diſcentibus tradideris.

Aliquas regulas de mutatione punctorum juxta Grammaticam Joſ. Engſtler edit. Vien. 1778. pag. 25. vel Adami Kaſzaniczki (pag. 87.) pag. 28. carmine complecti, in ſubſidium memoriæ conſultum foret; ſi hoc fit e. gr. in Logica: Terminus eſto triplex &c. In Morali de imped. matrimonii: Error conditio &c. vere non male cogitavit etiam in Gramma-

tranſegiſſe Jeroſolymis, donec mortem obiret, mox etiam una cum corpore in cælos aſſumpta; quamvis cum Joanne aliquo tempore Epheſum incoluiſſe Patres Epheſini in epl. Synod. C. 26. commemorent. Negant alii etiam cultioris græcitatis gnari apud Caniſium in opere de B. V. Maria L. 5. C. 1. 2. 3. pag. 541. 548. 562. *in ſua* referri ad *dómata;* ſeu tecta, cum Joannes domo caruerit propria, alterum cognominem virum fuiſſe, qui domum habuerit; *in ſua* itaque intelligi *jura*, *officia*, vel *inter ea*, quæ ipſius ſunt; explicationi huic cohæret altera *in matrem*, in ſua jura velut matrem, quam filiali colat obſequio. Ambroſ. Beda, Rupertus. Accepit eam in ſua „non prædia, quæ poſſidebat, ſed officia, quæ propria diſpenſatione curabat„ inquit Auguſtinus. Idem Joannes C. 1. 11. dicit Chriſtum veniſſe in propria, *Eis ta idia*, quod interpretari, poſſumus *inter ſuos*, in

---

matica, qui compoſuit: Quæ maribus ſolum &c. Ergo nec male cogitat, qui de hebraicæ Grammaticæ regulis ita concipit. E. gr. de *ſchva*, ſi opus regulis, ſonet: *primum*, *poſt ſocium*, *poſt longam*, *ſub geminante:* Accentus ex brevibus vocalibus longas facit: *ſi brevibus tonicus diſtingvens ſilluk*, & *athnachh retractus veniat*, *producere debet easdem.*

Poſſent etiam plures, quam hucdum, proponi termini technici, quia compendioſa ſigna magna ſunt memoriæ adjutoria, e. gr. *ſerviles* literæ ſunt Moſchæh chathab älenu, Moyſes ſcripſit ad nos: vel bohu chol maſch; inanitas omnis receſſit; (pag. 445. 447. 457.) quid obſtat, quo minus participium præſens primæ conj. vocetur *Joſeph*, ut Syri vocales ex nominibus propriis appellant? Chaldæorum participium, quod & Arabum eſt juxta eos, qui chesram per *e* ſonant, *pater*, & *mater*. Vulgariſſima nomina Che-

in jura ſua, vel, ut Arabs vertit, ad proprios Judæos, contribules, & patriotas, ad nationem ſuam; ſimiliter Joannes Virginem *in propria* h. e. in matrem, & inter ea, quæ ipſius ſint, & curæ ſuæ commendata habeat, recepiſſe loco cit. narratur.

Par eſt etiam hic Fontium conditio, variant hebraici, & græci codices in immenſum, collectis per alios variantium lectionum myriadibus, de quibus alibi locutus ſum (pag: 123. h. & 86. 949. 952. 958. l. 20.) ex ſolis IV. Evangeliorum fragmentis e Bibliotheca Guelpherbitana an. 1760. Knittelius trecentas addidit; dicit P. Goldhagen, ſe potuiſſe ſymbolam mediæ fortaſſis chiliadis, ſi res tanti eſſet, conferre e MS. codice græco Collegii Soc. Jeſu Molsheimenſi.

 Ca-

Cherubim, Seraphim, Sabaoth, aſtaroth, behemoth declarandæ terminationi pluralium opitularentur.

Et magnum præſtaret ſubſidium etiam lingva Hungarica, cujus cum hebræa, & aliis orientalibus cognationem eruditi vident, & confitentur, (1) dum eadem vox utrobique idem ſignificat, ita *hhalom*, ſeu, ut hodie ſonant, chhalom, ſed olim halom, vel álom, Gen. 37. 7. Joſeph dicit fratribus: audite ergo ſomnium hocce, quod ſomniavi: hebr. ſchimyu-na *hahhalom* hazzæ, aſchær *hhalamthi.* hazzæh, quaſi *eze;* hhur dominus, ziv, ſplendor, ſzép, ohæl, ól, *thanā* didicit, ki'n lamentum, mezachh, mazzag, *halal*, gratias egit, laudavit. halach, pedes ivit, gyalog, chhatar fodit, hon, ſubſtantia, res domeſtica, ginz, theſaurus, aba, apa, ragal, lingva detraxit, zonár, ſinor, mahar, hamar, zeëb hebr. lupus, ſchathak, ſiket, meſchel, meſchele, meſe, yatta, dedit, korah, karó, bajtha, domus, dik, gallus, gallina, pathachh erumpens rivus Ar. kara, kére. Plura dabit Ortelius. (pag. 817. l. 21.) Ex hebraica in alias lingvas multæ voces immigrarunt, ſeu retentæ ſunt, ut Voſ-

ſius,

Caſus tertius,

Quando in latino verba ſunt ambigua, lectiones ancipites, propoſitiones amphibologicæ, non ſatis determinatæ, ſed tales, ut hoc, & illo ſenſu accipi poſſint, conſultus in ejusmodi locis fons offert ſenſum plerumque determinatum. Pſ. 95. 7. Afferte *Patriæ* gentium Domino gloriam. Ex hebræo, & græco patet, vocem *Patriæ* ſignificare familias, tribus, nempe græca vox ex 70. virali verſione retenta eſt, reſpondens voci hebr. miſpachhoth; non ergo patriam, ſeu locum originis hoc loco deſignat, ſed familias, unde caput familiæ, ſeu pater familias, Patriarcha vocatur. (pag. 572. l. 30.) Pſ. 44. *Eructavit* h. e. copioſe ebullire fecit, excogitavit, produxit, prolocutum eſt *cor meum verbum bonum*, rem, carmen, poëma pulcrum; exæſtuat, fervetque animus ad hoc ſvave opus Poëticum dicendum; loco *eructavit* hebr. *rachhaſch*, alias *nabay*, h. e.

ſius, Bochartus, Thomaſinus in Gloſſar. Univ. Paulus Ogerius de Græca, & Latin. edit. Venet. 1764. declarant, ſed aliter ſe res habet cum hungarica, (2) quia ratio ſuffixorum in nominibus, verbis, ipſæ quoque præpoſitiones, interdum ipſa ſyntaxis, convenientiam utriusque lingvæ oſtendunt, *be*, *ben*, in, inter, Hungarus poſt ponit, hebræus præfigit, *yal*, nál, accuſativo *eth* Hebr. præmittit, Hungarus *et*, *at* ſuffigit. Pronomina Hungarus poſſeſſiva *meus*, *tuus*, *ſuus*, ut Hebræus, nominibus affigit; radix verbi utrobique tertia præſ. ſing. *Hiphil* tam bene, ac Hebræi, nos uſurpamus, imo & hithpael: caſtigans caſtigavit me Dominus Pſ. 117. 18. ipſum illud *jól láktam*, quod joco redditur: bene habitavi: dubio procul eſt *lachham* comedi; *az attyára ütött*: eſt Orientalium ſpec. Arabum *dzaraba*, percuſſit, dicitur, quando res una ſimilitudine reddit alteram, ut im-

e. ſcaturivit, nobiliori quadam vena metra produxit, bonus evaſit Poëta, facta verſibus celebravit Pſ. 145. 7. nam ſtylo Orientis de Poëtis opera ſua componentibus *nabay* adhibetur; *Dico* ego opera mea Regi; in latino ambiguum manet, ſit ne *dico* 1ᵃ, vel 3ᵃ conjugationis, dedico, conſecro, an eloquor, pronuncio; ſed determinat hebræa. vox *omer*, ſeu *dicens ſum*; de cetero unum ab altero non multum diſtat, ſi enim Regi canit, ei offert, honoribus ejus dedicat; *opera* h. e. pulcrum illud poema. Auguſtinus L. 3. de doctr. Chr. C. 3. n. 7. citat ad Gal. 5. 21. *prædico* vobis: quod nonniſi recurrendo. ad codicem præcedentis lingvæ cognoſceretur ſignificare, *prænuncio*, niſi adderet *ſicut prædixi*. Ita 1. Cor 15. 31. *per* eſt *ma*, ſeu *né* formula jurandi, non vero præpoſitio; item 1. Theſſ. 3. 7. *fratres* eſt in vocativo: *conſolati*

impreſſum, vel percuſſione applicatum ſigillum eandem, qua ipſum ſignatum eſt, effigiem relinquit, & repræſentat, ektypóma, vel eksphragisma græcus diceret. Talium inter exempla aſperſione non nimia præceptis Grammaticis ~~ſapor~~ inderetur, et, orexi juvenum provocata, rei, cujus facile ſtatietas ſubit animum, jucunditas, & oblectatio accederet, neſcio, quid, habet tamen aliquid helcyſticon, ſi ejusmodi vocabula inter exempla ponantur.

Grammatica quoad multa, ſpec. quoad Syntaxim habeat pro norma Theſaurum Grammaticum Joannis Buxtorfii edit. Baſil, in 8. 1609. & Nicolaï Schrœder Ulmæ 1785. Danzii pro norma formandorum derivatorum edit. Jenæ an. 1716. Geor. Mayr Soc. Jeſu quoad Prophetiam Jonæ analyſi explanatam, e recentioribus alios. Contineat apoſpasmatia (a) ex Geneſi prima IV. CC. primo, ut ſunt in textu, ſecundo analyzata, vel ſaltem caput uuum debite, atque in-

ti ſumus fratres in vobis h. e. per. vos o fratres! conſolatione affecti ſumus, videntes apud vos fidem fructificare. Verba Aug. ſunt. *Si tantummodo dixiſſet: quæ prædico vobis, neque ſubjunxiſſet: ſicut prædixi; nonniſi ad codicem præcedentis lingvæ recurrendum eſſet, ut cognoſceremus, utrum in eo, quod dixit: prædico, producenda, an corripienda eſſet media ſyllaba. - - In græco vox jurantis manifeſta eſt, ſine ambiguo ſono. - - Græca lingva hos caſus pares non habet, & ideo illá inſpectá renunciatur vocativus, id eſt o fratres!* Addit talia ſolvi non ex ſolis fontibus, ſed vel ex circumſtantiis ſermonis, vel ex interpretum collatione, vel præcedentis lingvæ inſpectione. Ergo neque hîc abſolutam ſolius fontis ſtatuit neceſſitatem.

Pſ.

integre citatis e corpore Grammaticæ regulis expoſitum; Item primos tres Pſalmos, duo priora CC. Iſaiæ, veluti materiam exercitationibus ſervituram, inſuper pro lectione prophetiam Jonæ, Pſalmum *miſerere*, & *De profundis.* (b) Adnectantur textus illi, quorum in Dogmatica major eſt uſus, quod jam præſtitit citt. Buxtorfius in Epitome Gramm.

Sunt vero textus illi: Gen. 3. v. 14. 15. C. 49. v. 8. 9. 10. Deut. 18. v. 15—19. Iſai. C. 7. v. 10—14. C. 9. v. 6. C. 11. v. 1—5. C. 23. v. 5. C. 34. 23. C. 53. v. 4—12. Dan. C. 9. v. 24. 25. Mich. 5. v. 2. Hagg. C. 2. v. 7—10. Zach. C. 6. v. 11 — 13. C. 9. v. 10. Malach. 1. v. 10. pariter etiam C. 4. v. 5. 6. Sequantur quædam Proverbia, ſententiæ, & Apophthegmata Hebræorum, quorum multa Alphabetico ordine collecta exhibet idem Buxtorfius in Florilegio Hebraico Baſil. in 8. an. 1648. e. gr. Non omnes digiti ſunt æquales, lo chol ätzba-

Pſ. 138. 15. Non eſt occultatum a te (ante te) *os* meum (pag. 409.) ex hebræo *yætzæm* ſcitur eſſe os oſſis, non os oris, quod hebr. foret pi, vel pæh. Verum talia etiam ex 70. editione determinantur, oſteon, ſeu *oſtun* oſſa valet, os vero pro labio eſt ſtoma. Aug. pag. 547. laudatus in h. Pſ. addit: *Quod vulgo dicitur oſſum* h. e. vulgari pœnorum antiquiorum lingva jam ævo ipſius obſoleta, & apud ſolos ruſticos circa Hipponem, & alibi in Africa ex parte reſidua, *latine os dicitur*: *habeo in abſcondito quoddam oſſum*, cum enim teſte eodem Aug. latinam diſcere a Romanis Dominis ſuis, & Hebræo-Punicam (pag. 491. l. 26.) relinquere cogerentur, cum oſſa prius vocarent *yætzæm*, vel *yatzum*, latinius flectentes pronunciarunt oſſum; hocque etſi minus latinum, quia a populo jam receptum, dicit ex eo, ut idem populus faci-

bayoth ſchavoth. In tribus rebus cognoſcitur homo, in loculo, poculo, & ira: hiſchloſcha debharim ädam nichchar, bechi's, bech'os, bechayas. Tolle trabem ex oculo tuo: tol korah mibben ye'necha. Foramen advocat (occaſio facit) furem: pirtazh koreäh legannabh. Una, alterave Epiſtola e. gr. ex centuria Buxtorfii.

Jure merito adderentur etiam ex N. Tto. quippe magis familiaria, e. gr. juxta edit. Munſteri (pag. 115. l. 27.) ex Matth. Caput 2. vel Claſſici textus C. 26. 26. accepit Jeſus panem, & benedixit &c. lakachh Jeſchuya hallæchhæm, vajbharech, vajbatztzeya, vajjiththen lethalmidav lemor: kechhu, veichlu, zæhu guphi. v. 27. ſchethu mimmænnu chülchæm, chi zehu dami, ſchæl berith hachhadaſcha, aſchær jiſchſchapech beyabhur rabbim lechippur chhatäim. Ex editione Bapt. Jona (pag. 115. l. 30.) ex Luc. I. verſus 46. & ſeqq. ſeu canticum *Magnificat*, & v. 68.

ſilius intelligat, eſſe retinendum. Ad tollendam ambiguitatem Hieronymus numero multitudinis poſuit *oſſa mea.* Obſervante Valtono ridiculum errorem hoc loco errarunt, qui poſteriorem Perſarum verſionem adornaverunt; cum enim ſola ut apparet, Latina verſione uterentur, rati intelligendum eſſe *os oris* reddiderunt *dæhæn*, os, ſeu labium; ubi tamen ſenſus eſt: te o Deus! nec intima corporis mei latent, ipſa oſſa mea, quæ conſpectui hominum non patent, & compagem eorum, omnemque juncturam noſti.

Pſ. 77. 63. Juvenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non ſunt *lamentatæ* paſſive ſumit Vulgatus, a lamento, nam & ſic uſurpatur, (pag. 529.) Hieronymus clare vertit: *& virgines ejus* populi *nemo luxit.* Quando propter peccata populi arcam Philiſtæi abſtulerunt, ignis iræ

v. 68. *Benedictus*: Magdilah naphſchi eth Jehova: Baruch Jehovah Ælohe Iſraël, chi pakad, veyaſch peduth leyammo.

Non tantum recte adponerentur particulæ in Bibliis extantes, primo hebraice ordine Alphabetico, ut exhibet Rmus. Kaſzanitzki (pag. 87.) in Gramm. pag. 206. ſecundo latine adnexa hebraica voce correſpondente, ſed inſuper aliæ a Rabbinis copioſius excogitatæ, nec non termini ſcientiarum, ut habet Pfeifferus in Critica Sacra pag. 336. e. gr. yaruch, Lexicon, dikduk Grammatica, higgajon Logica, noſcë, ſubjectum, naſcu, prædicatum, tæbay, natura, chhomær, materia, ex qua, chhaj medabber, animal rationale &c. Comitentur ea, quæ Engſtler pag. 133. addidit de notis textus Biblici, ſeu potius, quæ Bibliorum editioni annexuit de Epicriſi Maſorētharum Joan. Simonis edit. Bibl. Hebr. Halæ 1767. Aliquid ex Commentario Maſorethico, ſeu potius Clavi Ma-

iræ hoſtilis præſtantiſſimos juvenes, & virgines perdidit, quas luctu proſequi nemo ſolito more potuit, cum in communi ſtrage quivis domi ſuæ habuerit, quod lugeat. Interim etiam hic fontium ignaro ſenſum paſſivæ vocis *lamentatæ* contextus ſvadebit: *& viduæ eorum non plorabantur*. Hebræa vox ob polyſemiam, ſeu potius ambiguam derivationem æque anceps eſt, unde alii vertunt: & virgines eorum non ſunt *laudatæ*, hullelu, ſicut patet ex *hallelu*, iſtud perinde valet; non ſunt *laudatæ* h. e. celebratæ carmine nuptiali, quia ereptæ e vivis ante nuptias. Pſ. 9. 7. Inimici h. e. inimicorum frameæ defecerunt in finem, ſeu finaliter, & ex toto in æternum. Pſ. 18. Si *mei* h. e. mihi, ſeu in me non fuerint dominati, qui a lege tua o Deus! alieni ſunt, tunc immaculatus ero. *mei* eſt genitivus græci verbi katakyrievo. (pag. 679.) *Mino* 1æ conj.

Maſoræ (Maptheachh lemaſoræth) Buxtorfii. Non eſſent ſuperfluæ aliquæ obſervationes de ratione legendi Biblia non punctata, & ſcripta Rabinorum, (pag. 650. l. 24.) & de Abbreviaturis (Raſche' thebhoth dicuntur, h. e. capita, ſeu initiales literæ vocum) vel ex Buxtorfio, vel ex iis, quæ poſuit Schindlerus ad calcem Lexici.

Inferatur pro coronide vocabularium hebraico-latinum, vel ſyllabus Reineccii, edit. Lips. 1758. omnium vocum Biblicarum, occupat in 8. min. paginas 78. h. e. nec ſex philyr. poſſent radices a derivatis & typi magnitudine, & colore diſtingvi, praxis hæc e. gr. coloris rubri (rubrica) in corpore Grammaticæ non eſſet vana in ſuffixis nominum, verborumque, e. gr. pakad, paked*ah*, *ah* ederetur rubricâ, pakad*thi*, debharo, debhar*acha*, vel ſaltem diſtincto charactere. Vocabulario hebraico-latino ſuccedat Latino-hebraicum, ut lector ex noto ſibi voca-

conj. paſtoritium verbum, ago, propello pecus. Thren. 5. 5. *cervicibus noſtris minabamur*, h. e. tempore hoſtilis incurſionis vinculis per colla ligati, trahebamur, pellebamurque, ut pecora, in captivitatem, *laſſis non dabatur quies*. hebr. yal tzavvärenu nirdaphnu, h. e. ſuper collum noſtrum perſecutionem paſſi ſumus. Notat Ign. Weitenauer in Lexico Biblico edit. Aug. Vindel. 1758. voce *mino* etiam præſtantiores verſores, uti Gallum interpretem, ex ambiguo verbi hujus ſenſu a vero aberraſſe.

Prov. XI. 22. Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulcra, & fatua. Annulos pretioſos altero narium ſepto perforato inſertos Arabes, aliæque Orientis mulieres, non ſecus, ac apud nos infimæ auriculæ inditos pro ornamento deferunt inde ab ævo Patriarcharum, Gen. 24. 22. alibi de filo pendet in naſum, quod ipſas exornet.

Suis

---

vocabulo latino hebraicum ei correſpondens illico poſſit invenire, e. gr. ſi velit ſe exercere in translatione e latino in hebraicum. Juvaret etiam Compendium Hebraicum (idem eſt de græco N. Tti.) Joh. Leusdeni ita coordinatum, ut exiguo tempore, ſex hebdomadibus abſolvi poſſit edit. in 8. Roſtochii 1762.

Neque Grammatica hæc mole ſua incommoda erit, cum ultra 40. vel ad ſummum 60. philyr. non ſit excurſura, ſed quid tum, etſi vaſtior futura ſit? Munificentia alicujus Muſagetæ (res eſt ſane non magni ſumptus) exemplaria potius in IV. quam in VIII. ob commodiorem verſionis ad latus appoſitionem &c. edenda, leviſſimo pretio venumeant, quæ nec deficiente Patrono valorem 1. fl. multum excedent. Cuivis diſcenti, ubi lingva in communi docebitur, ſuum detur exemplar, ut de Gram. græca dictum. Si edendæ in regno talis Grammaticæ nec

ſum-

Suis itaque non pronomen eſt, ſed ſubſtantivum *ſus*, præſtabatque reddere *porci*, hebr. *chhazir*; ſicut annulus aureus omnium minime convenit naribus porci, (hoc ipſum proverbium eſt Hungarorum) quia mox in luto terram roſtro rimaturus eum collutulabit: ita non convenit corporis pulcritudo *fatuæ* hebr. ſarath tayam, h. e. recedenti a bono guſtu morali, ſeu perverſæ, moribus improbæ. Si decor corporis reddit commendabilem, candorem virtutis, & morum elegantiam addere conetur, ſic enim gratior eſt pulcro veniens e corpore virtus, ſecus vero forma damnoſa eſt.

Pſ. 90. quod in Officio divino quotidie recitatur: *altiſſimum* poſuiſti refugium tuum; poſſet *altiſſimum* haberi pro adjectivo, elevatum, altiſſimo in loco, quo hoſtes nequeant pertingere, proinde ſecuriſſimo poſuiſti tuum refugium;

Hhhh *yæl-*

ſumptus, nec animus adſuerit, typographi conveniendi, ut theſaurum Buxtorfii, alicujus Profeſſoris opera in nonnullis reformandum, & augendum, majuſculo, nitidoque typo, & amœniore charta ſpe lucri prælo ſubjiciant. Cachinaris: *ſpe lucri:* & hoc moderno tempore: *quis emet?* Ego vero ſpem facio, ſi erudita, facilis, per ſe citra vivæ vocis magiſterium clare, ac perſpicue manuducens, & perfectior, Hungarico genio, & ingenio aptata prodiret Grammatica, ex tot Sacerdotibus futuros non paucos &c. Vere non eſt mirum, ſi hebræa langvet, quando tam imperfecti, & præter lecturam, & nominum, ac verborum formularia nihil habentes, omni Biblico textu, & ad Biblia applicatione deſtituti proſtant libelli Grammaticales, ut erubeſcendum ſit, ſi Grammaticis vernaculis conferantur.

Non ergo eſt deſperandum in re tam facile ſuperabili, ſed omnis impendenda eſt opera, ut ex juven-

yæljon adjective ſumitur interdum, Gen. 40. I. Reg. 9. 8. II. Paral. 7. 21. Sentiunt tamen eruditi, hic ſumi ſubſtantive, prout eſt unum ex X. nominibus Dei. Sicut v. I. qui habitat in adjutorio (heb. ſæthær h. e. ſecreto, latibulo) *yæljon* altiſſimi; vertitur clarius: Deum poſuiſti refugium tuum. Pſ. 109. Tecum *principium*, non exordium, vel initium, ſed principatus, quod manet etiam in græco *arché* ambiguum, hung. ſatis apte *elsöség* primatus, ſeu principatus, heb. nedebhuth, (pag. 16.) in die non virtutis *moralis*, ſed potentiæ, & roboris, hebr. chhajil, gr. dynamis.

Pſ. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui, (pag. 409.) non morales aliquas imperfectiones, ſed me, dum adhuc embryonis inſtar in utero matris formarer, jam noſti. Pſ. 131. 4. Non dabo requiem *temporibus meis*, donec in-

ventute Eccleſiaſtica ſemper aliqui ſint, qui hebrææ, & græcæ lingvæ notitiam in regno noſtro ſibi & comparare conentur, & reipſa aſſequantur eo gradu, quo declarando, ſi opus fuerit, fontium ſenſui ex tenore verborum hebraicorum, & græcorum e veſtigio reddantur idonei. Æquitatem poſtulati quisque videt, fieri autem non difficulter poteſt, modo velimus, & aliqua ſaltem media adhibeamus. Ad minus omni curſu, ſeu quadriennio omnis diœceſis unum ex alumnis ſuis hebraico, altero quadriennio rurſus unum græco textui aptandum deſtinet! Et, ſi hoc non aliter poſſet ad optatum finem perduci, niſi neglectis ex parte illius Clerici aliis præter Dogmaticam, & Moralem ſtudiis, adhuc tamen commendandum, & apprehendendum eſſet hoc medium. Quot ſunt in tota Cleri junioris collectione, qui tempus, & occaſionem nacti, Gallicam, Italicam, & alias lingvas percipiunt? cur non aliqui hebraicam etiam, &

inveniam locum Domino. Donec Deo templum ædificem, non dabo requiem meo capiti. 70. anapauſin tois krotaphois mu, h. e. capiti, ſicut Poëtis dicimus tempora lauro cingi. Pſ. 4. 10. In pace *in id ipſum* dormiam, & requieſcam, quoniam tu Domine *ſingulariter* in ſpe conſtituiſti me. *In id ipſum* epi to auto, hebr. *jachhdav* valet *unite*, junctim, pariter perinde: prout nempe ſenſus exiget, exponi debet; refero ad *dormiam*, & *requieſcam:* ſecurus cubitum me conferam pariter, pariterque ſecurus quiescam. Poteſt etiam intelligi cum reſpectu ad hoſtes Davidis: illi ſecuri quieſcunt, quia a me ſibi non metuunt, ego quidem mihi ab illis timerem, ſi ſub protectione Dei non eſſem, aſt nunc ſub hac *perinde*, *ac illi* ſecurus dormio. Eruitur ex hebræo *to* ſingulariter non valere eximie, præſtanter, ſed ſolitarie, *lebhadad* 70. kata monas,

 ab

& græcam? an harum minor eſt in Theologiam, & res ſacras influxus? profecto his lingvis, quas inſtituto religionis, & legum ſuarum ſanctimonia Deus ipſe commendavit, ex amore, atque æſtimatione religionis maximum conſtituendum eſt pretium, & non male, ſed ex æquitate cauſæ locutus eſt Lutherus, quando in Pſ. 45. dixit: ſe quantulacunque cognitione hebrææ lingvæ infinitis aureorum millibus carere nolle, etſi enim hujus lingvæ nullus alius eſſet uſus, tamen, (per aliquos) pro gratiarum actione diſcenda erat; quod pars quædam religionis, & cultus Dei ſit, eam lingvam docere, vel diſcere, quæ ſola, quidquid unquam divinum eſt, docet.

Non ultra patiamur ſcientiæ iſtius defectu nobis illudi, faciant nos lapſus virorum etiam cæteros inter doctiorum cautos, & circumſpectos, ne interpretamentis tam abſurdis, quæ illi, etſi in rebus adiaphoris, miſere tamen ignoratione lingvarum interdum

ab aliis ſeparate, extra conſortium aliorum; refero ad Deum: Tu Domine *ſolus* ſtatuis me in certa ſpe ſecuritatis; æque ex conſequenti poteſt ad Davidem referri: *me ſolitarium*, h. e. licet ſim ab hominibus deſtitutus, & tu ſolus ſis meus protector, tamen hoc ſolum mihi ſatis eſt ad ſecuritatem.

In N. Tto. 2. Tim. 4. 3. monet Apoſtolus Timotheum, inſtet opportune, importune, futuros enim, qui ad ſua deſideria, h. e. ut paſſionibus, & pravis ſuis inclinationibus indulgeant, & aures ſuas paſcant, *coacervabunt*, multos congregabunt, *ſibi magiſtros prurientes auribus;* aliqui illud *prurientes* referunt ad *magiſtros*, quaſi eſſet in accuſativo, interpretantur: magiſtros auribus (in Dativo) blandientes, grata loquentes; vel aures prurire facientes, h. e. ad vana, & curioſa audienda provocantes; ſed non be-

dum receperunt, locum, & aſſenſum præbeamus. Ridicula ſtribligine verborum vocem *alleluja* turpificat, & miſerabili interpretatione lacerat Durandus, (vide Rmi. Vizer Herm. Par. III. pag. 197.) & vocem *cœmeterium*, h. e. dormitorium L. 1. Rationalis Divin. Officiorum C. 5. nr. 4. dicit, derivari a *cimen*, quod eſt dulce, & *ſterion*, quod eſt ſtatio; ibi enim oſſa defunctorum dulciter quieſcunt. Vel quia ibi ſunt cimices, ſeu vermes ultra modum ſœtentes.„ S. Thomas, etſi latinam Ariſtotelicorum OO. ex Arabico (pag. 819. l. 33.) verſionem de mirabili ingenii ſui præſtantia feliciter ſit aſſecutus, tamen ex ignorantia hebraicæ lingvæ L. 2. Sent. Diſt. IX. dicit, *Seraphin*, & *Cherubin* (pag. 402. 505.) per *n* finale eſſe generis neutrius, & ſignificare totum talium Angelorum collegium, ſi vero per *m* finale ſcribantur, eſſe generis maſculini, & poni pro pluribus perſonis ejusdem ordinis; ubi omnes norunt *im*

bene, quia conſtat ex græco *prurientes* knéthomeni, eſſe nominativum, & pertinere ad *coacervabunt*, ſeu referri ad auditores; illi, qui auribus ſuis pruriunt, h. e. inquieti, & curioſi audire nova cupiunt, Evangelii ſono jam nauſeato, cupiditate nova audiendi inquietæ ſunt aures eorum. Luc. 2. Et in terra pax hominibus bonæ Dei erga homines voluntatis, nam ex græco intelligitur non hominum, ſed Dei erga homines benevolentia; pax obtigit hominibus per incarnationem ex bona, ſeu gratioſa Dei voluntate. (pag. 6.) 1. Petr. 1. 20. *præcogniti* eſt in genit. concordat cum *agni*, non in nom. plur. Luc. 1. fecit redemptionem non *plebis ſuæ*, ſed in dativo *plebi ſuæ*, tó laó; ſed vetus interpres noſter fors legit *tu lau* in genitivo; perexigua grammaticalis varietas, ſicut Luc. 3. 8. ad concurrentem turbam hominum dicit Joannes Baptiſta, re-

 dár-

im hebraice, Chaldaice *in* plur. maſcul. ſolam eſſe dialecti varietatem. Defectu græciſmi, quem infelici tentamine Angelico Doctori vindicare conatus eſt Ber. Guyardus Ord. Dom. Paris. in 8. 1667. ubi epi. ad Hebr. C. 13. v. 2. hoſpitalitatem commendat Paulus, quia per eam *latuerunt* quidam Angelis hoſpitio receptis, h. e. ex gr. neſcii, quos hoſpitio reciperent, ſub ſpeciebus hominum receperunt Angelos, S. Thomas legit etiam *placuerunt* loco *latuerunt*, quod erroneum eſſe illico cognoviſſet, ſi vel leviter græcum textum inſpexiſſet. Idem Polit. 8. L. 1. Lit. *h.* explicat artem ſervilem *Mechanicam* ideo dici, quia *mœchari* facit quodammodo intellectum circa ea, quæ non ſunt ſibi propria. *Satrapam* (titulus Præfecti provinciæ apud Perſas) dici, quod *ſat rapiat* celebris quidam vir aſſerit, aſt ex hebr. ducere potuiſſet, velut *ſchotter appa*, apparitor, mi-

darguens maxime Phariſæos, & Saducæos, qui multum gloriabantur, ſe eſſe poſteros Abrahæ: niſi etiam opera Abrahæ habueritis, vos Deus pro filiis ſuis non recipiet; eſt enim potens ex his lapidibus, quos ab antiquo hîc in Jordane poſitos conſpicitis, ſuſcitare filios Abrahæ, adeoque vobis velut Abrahæ poſteris non indiget. *Abrahæ* ex græco *tó* Abraham, ſeu iſti Abraham, patet eſſe dativum; ceterum ſi filios Abrahamo ſuſcitabit, erunt igitur Abrahæ fili.

Luc. XII. 42. Quis eſt fidelis, & prudens diſpenſator, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis *in tempore tritici menſuram?* tritici ex græco non refertur ad *tempore*, quaſi ſenſus eſſet *tempore meſſis*, ſed ad *menſuram*, menſuram tritici, ſeu ex tritico congruo tempore; nam gr. ſitometrion eſt demenſum tritici. Gal. 2. 11. Reſtiti ei (ego Paulus Pe-

miniſter ad faciem Regis, ſeu coram Rege. Prov. 6. & 2. Par. 26. Joſue 23. Licet hæc ita ſint, tamen

Semper aliquomodo viguit in Eccefia hocce ſtudium, quamvis longo tempore publice fuerit neglectum, &, quamvis ſub, & poſt tempora reformationis a ſe tentatæ, Heterodoxi ad lingvarum culturam multa præclare contulerint, nihilominus vane gloriantur, quaſi ſoli, aut primi fuiſſent reſtauratores, nam lingvarum guaros nullo tempore in Eccleſia penitus defuiſſe Valtonus, & alii moderatiores heterodoxi palam confitentur, & in defenſionem integritatis fontium ſolent convertere, ſi enim (inquiunt) Judæi in ſubſtantialibus aliquid immutare voluiſſent, lingvarum periti in Eccleſia nullo tempore defuerunt, qui immane hoc ſcelus detecturi erant.

Rmus. Vizer Herm. Par. III. pag. 203. bene hæreticis opponit Lyranum, (pag. 877.) Raymundum Martini, (pag. 104. l. 22.) cujus famoſum opus: itt:

Petro, ſeu Cephæ) ad faciem, *quia reprehenſibilis erat*, non reipſa, ſed ex opinione præſentium facti hujus æquitatem, ex circumſtantiis natam, non perſpicientium, recte proin, verti potuit quaſi eſſet *katagnóſtos*, cum ſit in textu *kategnósmenos én*, h. e. ut preſſe reddit Syrus, & Eraſmus, *quia offendebantur in eo*, vel: *eo, quod reprehenſus eſſet*, Paulus ignorantia facti, circumſtantiarum, & intentionis Petri excuſatus, dum in ſubſecutum tardius effectum accepti male ſcandali totus fertur, moraliter peccat nihil, ſed nec Petri actio, ad lancem practicæ prudentiæ appenſa, aliquid (inquit Calmetus) criminis continet, agendique cauſam habet laudabilem. Quod ſuo loco oſtendi poteſt; vide Tourn. de Legib. pag. 83. Tom. II. edit. Venet. 1746. Baronium Tom. 1. pag. 366. ubi dicit laudem, non vero vel levioris peccati cul-

Hhhh 4 pam

tit: *Pugio fidei contra Mauros, & Judæos*: Galatinus in LL. ſuos de Arcanis Cath. Verit. (pag. 879.) inſigni plagio transtuliſſe fertur, dein Porcetum Salvago, Paulum de Burgos, Auguſtinum Juſtiniani &c. & omnes illos Hiſpanos Theologos, quos Franc. Ximenes e Ciſneros ex ord. min. Ar. Epp. Toletanus, & Primas Hiſpaniarum, vir alternantis fortunæ viciſſitudinibus expoſitus, ut per carceres, & crucem ad lucem veniret, OO. LL. & ipſe gnarus manu operi jam an, 1502. admota, N. Tti. impreſſione jam an. 1514. 10. Januar. proinde ante motus Lutheri, ſeu an. 1517. abſoluta, editioni Polyglottorum (pag. 156.) adhibuit, conſtat enim hos omnes in lingvis OO. inſigniter fuiſſe verſatos, & eos ipſos, quibus Proteſtantes in eruditione hebraica tamquam Magiſtris gloriantur, Conr. Pelicanum, Munſterum, jam tum inclaruiſſe, (pag. 611. l. 3.) cum adhuc Eccleſiæ, ordinique religioſo fuiſſent adſcripti; Juſtiniani Octa-

pam Petro juſte adſcribi, ut veteres *illuſtres viri* cum S. Hieronymo contra multos cenſuerunt. Huic ergo ſententiæ græca lectio magis ſuffragatur. (pag. 790.)

I. Cor. 16. 15. domum iſtius viri *Stephanæ* baptizavi; ex græco intelligitur fuiſſe non mulierem, ſed virum, *Stephanas*, ut nomina 1æ Decl. gr. & Latina Dolabella, Scapula. Ad Rom. 16. 23. Salutat vos Cajus hoſpes meus, & *univerſæ Eccleſiæ*, h. e. totius Eccleſiæ, ſeu multitudinis Chriſtianorum; ex græco igitur ſenſus eſſet, Cajum obtuliſſe, & Tertio Pauli in hac conſcribenda epla. amanuenſi, & toti cætui fidelium, ſeu omnibus advenis domum ſuam, vel ad hoſpitandum, vel ſaltem ad peragendas ſacras ſynaxes. Vulgata legit in nominativo: & *univerſa Eccleſia*, ſeu communitas Corinthiorum vos o Romani! ſalutat, atque ſic habet lectio Vele-

Octaplus editus eſt perinde ante motus Lutheri tit: *Octaplus Pſalterii Auguſtini Juſtiniani Genuenſis Prædicatorii Ordinis Nebienſis in inſula Corſica Eppi.* Genuæ in fol. an. 1516. de quo ita habet Sixtus Senenſis L. 4. ,,Auguſtinus Nebienſis Eppus. patria Genuenſis ex illuſtri Juſtinianorum familia (an. 1470.) Prædicatorii Ordinis Profeſſor, Theologus ſumme doctus, & lingvarum omnium, quæ toto terrarum orbe diſperſæ ſunt, (intellige principalium) peritiſſimus, novo, & ingenti auſu primus omnium, utriusque ſacræ legis inſtrumentum quinque præcipuis lingvis Hebr. Chald. Græc. Lat. & Arabica in unum corpus *Octapla* inſcriptum redegit, & in ſingulis paginis 8. columnas diſpoſuit, in quibus omnes prædictæ lingvæ propriis characteribus expreſſæ, totidem lineis, totidemque verbis ſibi correſpondentes, uno, eodemque aſpectu cernuntur hoc ordine: I. Hebræam poſuit editionem, II. Latinam hebræo reſpondentem de

leſii, & Coptica verſio. Mat. 12. 6. templo major *hic* eſt; Chriſtus, qui hîc adſtat, eſt dignior, & autoritate major omni templo materiali; e ſolo græco ſcitur *hic* eſſe *hóde*, ſeu adverbium *iſthic*, hoc loco; ſed in re idem eſt.

Putabis fortaſſe fontes ab his ambiguitatibus immunes? immo quis enumeret ambiguas, & ancipites hebræi, & græci textus lectiones? non negotioſi hominis labor eſt iſte; ſpiſſa multitudine occurrunt, ut ad verum earum ſenſum determinandum a Traditione, & verſionibus antiquis lumen, & ſuppetias neceſſe ſit poſtulare. Pſ. 98. 5. adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt: videlicet hoc ſcabellum; aut quoniam ſanctus eſt ipſe. (Deus) Inclinate vos verſus ſcabellum pedum ejus, h. e. verſus arcam fœderis, quia ipſe Deus, qui ſuper Cherubim ibi ſedet, ſanctus eſt. Ita 70. nec ullo modo

Hhhh 5 ex

de verbo ad verbum. III. Latinam Vulgatam. IV. Græcam. V. Arabicam. VI. Chaldaicam. VII. Latinam Chaldæo reſpondentem. VIII. Scholia.,,

Nos longam ſeriem addere poſſumus Latinorum, græcæ lingvæ peritia illuſtrium, quorum aliqui etiam hebraicis literis imbuti fuerunt. Dionyſius Exiguus græcos Eccleſiæ Canones Sec. VI. in Latinum vertit, & Caſſiodorus cum familiaribus ſuis in Epiphanii, Socratis Sozomeni, Theodoreti, Hippocratis, Galeni, & aliorum laboribus latinitate donandis operam collocavit. S. Iſidorus Hiſpalenſis (pag. 182. l. 32.) Ven. Beda, Alcuinus Caroli M. Præceptor, Orator, Poëta, Phil. Mathem. Theologus, quem armarium artium liberalium dicunt nonnulli, fertur hebraicum, & græcum etiam locutus. (pag. 427. l. 27.)

Generatim a Sec. IX. usque XIV. nullum occurrit tempus, quo vel a ſola Italia græcæ lingvæ peritia exularit, quia vel una Roma nunquam non aluit ali-

ex originali textu definiri poteſt, quo *kadoſch hu* pertineat, cum neutro genere careant Hebræi. Scabellum pedum alii humanitatem Chriſti, alii terram, vel templum interpretantur, malo arcam fœderis, quod hæc Jehovæ ſuper Cherubim ſedenti ſcabelli vices præbuit. Alii vertunt: adorate eum coram arca fœderis; alii *lamed* objeℓtum adorationis reſpeℓtivæ denotare contendunt: inclinate vos coram arca in ſignum adorationis reſpeℓtivæ. Iſai. 6. 2. Duo Seraphim (pag. 402.) ſtabant ſuper (penes) illud, (ſolium Dei) vel ſuper illum, Deum videlicet, & an texerint alis *ſuos* proprios pedes, vel pedes *Dei*, in hebræo, & 70. manet ambiguum, ut obſervat Calmetus; non male vulgo ponitur, præ reverentia *ſuos* pedes, uti facies ſuas, ante thronum Dei velaſſe,

In

aliquem græce doℓtum, & interpretandis Græcorum libris idoneum, quod Muratorius oſtendit Tom. III, de Antiq. medii ævi pag. 917, & ſeq. (pag. 428.) Sec. IX. Sedulius Scotus Pſalterium græce deſcripſit charaℓtere Unciali apud Montfaucon. Palæogr. græc. L. 3. c. 7. pag. 237. Joannes Seviliæ Eppus. an. 717. narrante Valtono Arabicam Evangeliorum verſionem paravit; & hebrææ linguæ ſtudium Sec. VIII. & IX. neque inter Chriſtianos fuiſſe nullum argumento eſt vir ille Chriſtianus, Scholiaſtes Canonis hebraicæ veritatis, & Quæſt. hebr. in LL. Regum, & Paral. inter OO. Hieronymi, quem ad hoc tempus referendum multi cenſent,

Scotus Erigena Sec. IX. hebr. & gr. gnarus aliqua Dion. Areopagitæ latine reddidit. Sec. X. Theodulus, Hugo Etherianus, Leo, Paulus Diaconus, Petrus Subdiaconus, Joannes Diaconus, Luitprandus; Rabanus Maurus Arch. Eppus. Monguntinus. Chryſo-

In N. Tto. Joan. 21. 15. Simon Barjona diligis me plus his? æque in fonte eſt ambiguum, an velit intelligi, *plus quam hi*, ſic accipit Petrus, & recte, non vero plus quam hos, Luc. 1. 7. *illuminare* his: an illuceſce, exoriare? vel illuceſcere, exoriri, ſeu *ad illuminandum*, ad præbendum lumen iis? &c. Talia ambigua ſunt Joan. 5. 39. ereunate (pag. 789. l. 31.) 1. Cor. 6. 4. kathizete, Rom. 13. 8. opheilete; vel an dictum Pilati Mat. 27. 65. indicativo, vel imperativo modo intelligendum? habetis cuſtodiam, deſtinatos cuſtodiæ milites ad impediendum in concurſu hominum ad Paſchalia feſta omnem tumultum, milites illos adhibete, echete kuſtodian, habete, applicate cuſtodiam. Gal. 5. 6. in Chriſto Jeſu, h. e. ex Chriſti doctrina, in religione Chriſtiana, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, nec fuiſſe Judæum, nec an-

ſolaus, vel Chryſolanus, al. Groſſulanus Sec. XII. an. 1116. a Paſchale II. Conſtantinopolim miſſus ibi de proceſſione Spiritus S. imperante Alexio Comneno adverſus Græcos diſputavit. Sec. XI. an. 1050. teſte Joan Trithemio *Herrmannus Contractus* monachus Augienſis trium lingvarum Lat. gr. & Arabicæ peritiſſimus græcorum Philoſophorum, & Aſtrologorum Arabum volumina latine vertit.

Conſtantinus Afer, ſeu Carthaginenſis in Caſſinenſi cœnobio monachus poſt univerſum fere orbem peragratum Chaldæorum, Arabum, Perſarum liberales artes pleniſſime edoctus, anno 1075. ex libris harum gentium multa in latinum transfudit. Quid dicam de Schola Salernitana, quæ Sec. XI. medicos lingvarum peritiſſimos ſinu ſuo fovit? Addi poſſunt Valafridus Strabo, Smaragdus, Bertharius, Guilielmus, Servatus Lupus, Rogerius Baconus, Joan. Balbus, Robertus Capito, Arnoldus Villanovanus, Græcos inter Tze-

ante converſionem fuiſſe ethnicum valet, *ſed* ſpectatur *fides, quæ per caritatem operatur*, h. e. agit; alii ſumunt paſſive ex ambiguitate participii præſentis græci: alla piſtis di' agapés energumené: fides, quæ caritate perficitur; Ita Syrus: in ſenſu non fit magna variatio; fides caritate formata, animata, & perfecta, adeoque viva, & actuoſa prius caritate perficitur, dein ipſa in actus, & opera bona erumpit. Quanto præſtabat hanc fidem actuoſam Chriſtianis apud heterodoxos initio reformationis prædicari, quam textui ad Rom. 3. 28. moralem juſtitiæ Chriſtianæ doctrinam alligare? docente Paulo: circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſervatio mandatorum Dei. 1. Cor. 7. 18. (pag. 601. l. 30.) Ad Hebr. 11. Fides eſt *ſperandarum* ſubſtantia (ſubſiſtentia, baſis, ſoliditas) rerum. græce *elpizomenón* verti poteſt, *ſperantium* hominum, & paſſim ita legit Auguſtinus.

2.

Tzetzes Joannes Sec. XII. Conſtantinopoli hebraice, & Syriace doctus, Judæos inter R. Meir Hiſpanus *Middoth*, ſeu Moralia Ariſtotelis hebraice vertit. Sec. XII, Gerardus Cremonenſis medicus, & Aſtronomus ex Arabum Scriptis medica, & Aſtronomica latinæ lingvæ hominibus communicavit. Sec. XIII. an. 1220. Fridericus II. Siciliæ Rex, teſte Petro de Vineis coævo, Ariſtotelis libros partim e græco, partim ex Arabico transferri in latinum curavit, *per viros lectos, & in utriusque lingvæ prolatione peritos.*

Dum Europam fœda barbaries opprimere videbatur, Deus, qui inſcrutabili ſuo judicio transfert imperia, diſſipat conſilia, Arabes excitavit, futuros in Europa & Dominos, & bonarum artium magiſtros, qui Aſia, & Africa ſibi ſubjugatis armorum ſtupenda felicitate elati. Sec. VIII. Hiſpaniarum regionibus,

tum

2. Cor. 2. 11. collat. Epheſ. 6. 11. vox *noëma* non tantum intellectum, ſed fraudulenta in aliorum perniciem conſilia, inſidias, machinationes, conjunctos cum aliorum damnis dolos deſignat, *æchmalótizein* h. e. captivare pro eo ſumitur, quod eſt argumentis tenere, detinere, convincere, conſtringere, & redigere ad ſilentium. 2. Cor. 10. 5. quando dicitur arma noſtra non eſſe corporea, ſeu carnalia, quibus contra molitiones diaboli militamus, ſed eſſe potentia Deo, ſeu virtute Dei ad deſtructionem munitionum, *conſilia* (diaboli) *deſtruentes* (ſumus nos) & *in captivitatem* (ſumus) *redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti*, ex hoc loco vulgo adſtruitur: captivandum eſſe intellectum in obſequium fidei, h. e. licet non capiamus res fidei, intellectum tamen in earum aſſenſu detinendum, & de earum veritate convin-

tum Sardinia, Sicilia, uberrimo populi Romani horreo, & quibusdam regni Neapolitani Urbibus, Sec. IX. inſulis Creta, & Corſica &c. ſuo imperio adjectis, terrore usque ad Romanæ urbis pomœria perlato, terrarum domini Martem Minervæ ſociaverunt, & hortatore Mamone (pag. 816. l. 27.) ſeu Abu Gaaphar Abdalla Ægypti, & Babylonis Chhalipha magna animorum contentione ſe paleſtræ literariæ conſecraverunt, Græcorum libris Medic. Mathematicis, e. gr. Almageſto Ptolomæi Aſtron. quod an. 1230. Frid. II. R. Imp. dein ex Arab. latine reddi juſſit, Dialecticis, Metaph. Geom. Arith. in Arabicum converſis, ut Sec. X. vulgo ferreum Philoſophos, Medicos, & Mathematicos protulerit excellentes, inquit Mosheimius Hiſt. Eccl. pag. 313. Poëtas vero iis, qui ævo Auguſti Latium illuſtrarunt, multorum judicio pares.

Ita

vincendum eſſe, ex reflexis nempe principiis. Nihil verius: nec tamen directe hoc textu iſtud doceri putem; ſenſus potior eſt: arma noſtra ſpiritualia potentiſſima ſunt ex virtute Dei, ita, ut ſufficiant omnibus diabolicis machinationibus deſtruendis, & omnibus inſidiis, ac fraudibus hoſtium Chriſti in bonum religionis Chriſtianæ tandem convertendis, ut demum tot artes callidæ, & nefanda diaboli contra fidem Chriſtianam conſilia conſtringantur, detineanturque, & flectantur in obſequium Chriſti. Explicationi ex græco vocabulo *noëma* derivatæ non repugnat Corn. a Lap. ſuffragatur contextus, & ſpeciali diſſert. Steph. Vitus contra pſeudermeniam 2. Cor. 10. 5. Alter ſenſus dari textui poteſt: Adeo efficax eſt Evangelium, ut omnem humanæ mentis aciem valeat de veritate convincere, tanta eſt efficacia, tam ſolida veritas prædicati per Apoſtolos Evange-

---

Ita factum eſt, ut non tantum omnes Græcorum diſciplinas in Hiſpanias, Italiam, aliasque Europæ partes Arabes intulerint, ſed certa ratione etiam literarum in Europa inſtauratores vocari debeant. Cum igitur inde a Sec. X. imprimis Sec. XI. & XII. libri Arabum in honore eſſent apud Chriſtianos, ſpec. Aſtronomici, & medicinales, ad verſiones, & explanationes Arabicam, & græcam diſcere neceſſe fuit; Ariſtoteles jam ex Arabico, jam ex græco verſus, & quidem S. Thomæ alter Dominicanus Guilielmus de Moërbeka gr. & arab. doctus hunc Philoſophorum Principem verius, quam hucdum, transfudit.

Si verum fateri velimus, omnis doctrinæ Medic. Philoſ. Aſtron. Mathem. quæ a Sec. X. in Europa floruit, Arabes Hiſpani præcipui ſunt parentes, & auctores, dicit idem Mosheimius pag. 315. nam cæteri Europæi in Hiſpanias velut ad artium, & omnis ſcientiæ emporium confluxerunt, & cum Reges inſtitu-

gelii, ut ei cedere, ac veluti obmuteſcere debeat, ſi amat veritatem, omnis humanus intellectus.

Quid dicam de polyſemia vocum Hebraicarum? relege cauſſam XIam obſcuritatis, (pag. 775.) orta eſt ex hac magna illa diverſitas verſionum, (pag. 406.) ad quam intelligendam, & eruendos ex ipſa plures ſenſus eximium præſtat uſum fontis hebræi lectio, atque intelligentia; quia plures hujusmodi ſenſus non potuit interpres in ſuam linguam uno transferre ſermone. Merito ſcripſit Leoni Xo ſuo tempore Card. Ximenes, dum Polyglottorum editioni (pag. 156.) inſudaret „Cum uniuscujusque idiomatis ſuæ ſint verborum proprietates, quarum totam vim non poſſit quantumlibet abſoluta traductio prorſus exprimere: tum id maxime in ea lingva accidit, per quam os Domini locutum eſt.„

Ca-

tutionem Judæorum, & Arabum, ſeu converſorum, ſeu convertendorum, paſſim Dominicanis committerent, nihil mirum, ſi præter Hiſpanos alii quoque Europæi, præcipue Alumni hujus Ord. Dom. doctrinam, & ſermonem Arabum (pag. 818. l. 28. 825. l. 30.) conſectarentur, & perfecte callerent. Hinc etiam Tractatus Rabbi Samuelis indicans errorem Judæorum circa venturum Meſſiam arabice conſcriptus circa an. 1339. ab Alphonſo Bono-homine Hiſpano Dominicano latinitate tum eſt donatus, quem idcirco ſolum placet commemorare, quia etiam in Hungaria Tyrnaviæ an. 1751. in 12. prodiit. Quis porro credat, ut qui arabica tam ſolerter excoluerunt, iidem hebraica penitus ignorarent?

Non ignorarunt ſane, nam & Hartmutus Abbas gr. hebr. Arab. doctus, & Angelolmus Luxovienſis in commentariis hebraica interdum proferunt, Radbertus autem Paſchaſius, & Sigebertus verſiones in qui-

Caſus quartus.

Dum occurrunt emphaſes, ac idiotiſmi, phraſes, & paronomaſiæ, ad has perfectius intelligendas, & ad energiam, proprietatemque vocum penitus ſcrutandam. Namque apud omnes eſt in confeſſo, aliquas ſermonis proprietates ita quamvis lingvam habere ſibi ſingulares, ut, quando in aliam transferuntur, virtutem, & gratiam amittant, nec in veritatis hujus demonſtrationem opus eſt multis aut ratiociniis, aut teſtimoniis.

Dum Siracides, ſive, ut alio nomine appellatur, Eccleſiaſticus librum avi ſui ex hebræo in græcum vertere aggreſſus eſt, in prologo veniam petiit, ſi videatur deficere in verborum compoſitione (elocutione græca) *nam deficiunt* (inquit) *verba hebraica*, h. e. vim, & energiam amittunt, *quando fuerint translata ad al-*

quibusdam ad Originalia exegiſſe narrantur. Tetraplum Pſalterii Sec. XI. per Oudarum Abbatem S. Martini, vel ejus juſſu confectum, quod gallicanum, Romanum, hebraicum, & græcum Pſalterium exhibuit, Sanderi ætate adhuc reliquum fuit. Plures iis temporibus hebraice doctos Bulletus enumerat Rep̄ns Critic. Tom. II. Fleurius autem ad Sec. XIII. Tom. XXI. edit. Aug. & Oenip. 1765. pag. 20. narrat ad examen Thalmudis, quid nimirum in ſe contineat, adhibitos fuiſſe duos Doctores hebraicæ lingvæ peritiſſimos, additque Doctorem Robertum Aruntinenſem hebræi ſermonis ſcientiſſimum an. 1246. mortuum, ex quo infert ſtudium iſtud nec hoc ævo inter Chriſtianos fuiſſe prorſus neglectum; Richardus Dominicanus an. 1335. edidit interpretationes vocabulorum Bibliæ. Sec. XIV. Samuel Ben Benaſtius Hiſpanus Boëtium de Conſolat. Philoſ. hebraice vertit; Andreas Joan. Abdalla an. 1487. ex concione Ca-

alteram lingvam. Hieronymus ad Pammachium: „Difficile eſt alienas literas inſequentem non alicubi excidere, ut quæ in aliena lingva bene dicta ſunt, eundem decorem in translatione ſervent.„ Chryſoſ. Hom. 79. in Mat. „Ut gratius eſt pomum, quod tuis manibus ex ipſa decerpſeris arbore, ut dulcior aqua, quam ex ipſa vena ſubſcatentem hauſeris: Ita Divinæ literæ neſcio quid habent nativæ fragrantiæ, neſcio, quid ſpirant ſuum, ac genuinum, ſi eo ſermone legantur, quo ſcripſerunt ii, qui partim e ſacro hauſerunt ore, partim ejusdem afflati ſpiritu nobis tradiderunt.„

Hinc in explicatione 1. Cor. 7. *non ut laqueum vobis injiciam:* adnotat Hieronymus: proprietatem græcam latinus ſermo non explicat. Et in epl. ad Epheſ. expreſſionem illam *a conſtitutione Mundi* h. e. ante creatum Mundum

Iiii nos

Catholica converſus, in regno Valentiæ presbyter, converſis multis Mauris de mandato Eppi. Koranum, & VII. libros Sonnæ h. e. traditionum Mahometanarum in Arragonicam lingvam transpoſuit, alia fuit Korani verſio, quam Petrus Cluniacenſis Abbas ex Hiſpaniis allatam ad S. Bernardum transmiſit refutandam. Avicennæ opera Sixtus IV. Romæ an. 1489. edi juſſit Arabice; lexicon autem Arabicum inter Chriſtianos primus dedit Petrus de Alcala lingva Hiſpanica Granadæ an. 1505.

Creditur etiam decretum generalis Conc. Viennenſis (pag. 864.) aliquid ad ſtudium lingvarum contuliſſe, maxime quod Pontifices lingvarum S. Studium iterum, iterumque commendarent, ſpec. Honorius IV. Theologis Pariſienſibus; & Paulus V. præcepit, ut in cujuslibet inſtituti Regularium ſcholis hebrææ, & græcæ, in aliquibus etiam Arabicæ Doctores eſſent. (Conſtit. 65.) Vien. Concilii decretum

nos elegit Deus, ſic fuſius enucleat: „Non id ipſum *katabolé*, quod conſtitutio ſonat; unde & nos propter paupertatem lingvæ, &, ſicut quidam ait, quod ſit Græcorum ſermo latior, & lingva felicior, conabimur non tam verbum transferre e verbo, quod impoſſibile eſt, quam vim verbi quodam explicare circuitu: katabolé proprie dicitur, cum quid deorſum jacitur, vel cum aliqua res ſumit exordium. Unde & hi, qui ædium futurarum jaciunt fundamenta, *katabeblékenæ* dicuntur; volens itaque Paulus oſtendere, quod Deus univerſa ſit machinatus ex nihilo, non conditionem, non creaturam, atque facturam, ſed *katabolen*, id eſt initium fundamenti ad eum retulit.„ Verterem: a jactis mundi fundamentis, à prima lapidis dejectione, ſeu depoſitione. Auguſt. C. 50. in Geneſ. explicaturus verbum græcum *entaphiazein*, quod non

tum in uſum deduci juſſit Baſileenſe, quod Germanis placuit. Joannes Picus Mirandulanus Comes raro in tali fortuna exemplo diſperſis inter pauperes opibus, prædio circa Ferrariam contentus, perenni fervore ad inſignem hebr. Chald. Arab. cognitionem eluctatus an. 1494. æt. 32. mortuus, ævi ſui miraculum habitus, editis variis operibus inclaruit.

Gregorius XIII. prout videre licet in Bulla ejus Tom. II. Bullarii M. an. 1584. pag 510. *collegium*, quod ſubinde Sixtus V. redditibus auxit, *Maronitarum* montis Libani, & finitimorum locorum in fide catholica tot inter hæreſes, & perſecutiones ab antiquo perſeverantium inſtituit Romæ, conceſſitque miſſas, & officia divina arabico, vel chaldaico idiomate celebrare; Roma in patriam reverſa juventus aliorum inſtitutionibus admovebatur; horum legatus præſens fuit Concilio Later. ſub Innoc. III. qui recentius ſub Benedicto XIV. an. 1736. Synodum in mon-

non eſt *taptein*, h. e. ſepelire ſimpliciter, ſed terræ mandare, funerare, pollincere, h. e. corpus mortui ad funus componere, & ornamentis ſepulcralibus, ac variis unctionibus, more ab Ægyptiis per Orientem paſſim recepto ad ſepulturam præparare, demumque ita ſepelire, quod Hungarus diceret: tiſztefségeſſen el-takarétani: ponit ſequentia: „Non invenit Latina lingva, quemadmodum appellaret *entaphiaſtas*, non enim ipſi ſepeliunt, id eſt terræ mandant corpora mortuorum, quod non eſt græce *enetaphiaſan*, ſed *ethapſan*. (græce adhuc junior tantum jam ſcivit, ut authores poſſet intelligere, & interpretari) Illi ergo entaphiaſtæ id agunt, quod adhibetur corporibus humandis, ut condiendo, ut ſiccando, vel involvendo, vel alligando, in quo opere maxime Ægyptiorum cura præcellit.„ Ita ex voce *minchha* Malach. 1. ex verbo *leiturgeo*

 Act.

monte Libano celebrarunt, Patriarcha Antiocheno, XIV. Maronitis, duobus Syris, totidemque Armenis Eppis. præſentibus.

Dum Sec. XIV. & XV. cum Græcis de proceſſione Spiritûs S. a Filio tot lites moverentur, & ageretur de unione eorum cum Eccleſia Romana, maxime in Conc. Florentino an. 1438. eruditiſſimos Eccleſia Romana numeravit græcitatis peritos; Ambroſius Florentinus *Camaldulenſis* dictus, quod Ord. hujus Generalis eſſet, an. 1431. ab Eugenio IV. ad Baſil. Ferrar. Florentinum Concilium miſſus viva voce cum Græcis diſputavit, & multa PP. aliorumque Græcorum opera e. gr. Dionyſii Laertii vitas Philoſophorum, latine reddidit, aliquos contra Græcos græce catholicam fidem defenſantes refert etiam P. Gazzaniga Tract. de Trin. Diſſert. V. C. III. Tom. III. ut ſunt Dominicani, Pantaleon, Simeon; & Calecas Emmanuel IV. libros de Spiritus S. proceſſione græ-

ce

Act. 13. pro miſſa tamquam vero ſacrificio arguimus. Et hæc eſt frequentiſſima, & ſi non unica, certe præcipua, ac ſecundum quid neceſſaria fontes adeundi ratio.

Accedit nec in N. Tto. deeſſe paronomaſias, maxime ejusmodi, in quibus cum literæ, aut ſyllabæ commutatione ſignificatio pariter, ſed non absque decore mutatur. Luc. 21. 11. erunt *limi*, & *loimi* peſtilentiæ, & fames; Act. 8. 30. ginóskeis, ha anaginoskeis? Rom. 1. 29. 31. Quod vero ad V. Ttum. attinet, omnes pæne libri in fonte hebræo paronomaſiis ſunt reſperſi, nec carent, proverbiis, aliisque ſcitis alluſionibus, & concinnitatibus. Perennis eſt in Geneſi ad ſignificata nominum propriorum, & etyma alluſio. Norunt omnes, paronomaſiam vim, & concinnitatem quamdam addere ſermoni, quem in verſione perire neceſſe eſt. (pag. 184. l. 20.) Puta: ſi

ce edidit, ab Ambroſio Monacho mox latinitate donatos. Manuel, ſeu Emmanuel Chryſoloras civis Conſtantinopolitanus a Joanne Paleologo ad Principes Occidentis miſſus, ut adverſus Bajazatem Orienti ſuppetias venirent, ob ſiniſtros rerum in Oriente eventus non amplius reverſus an. 1397. Venetiis manſit, græcam lingvam velut, ejus præcipuus in Occidente inſtaurator, edita Grammatica, Romæ, Florentiæ, Paviæ docuit. Demetrius Cydonius vertit Summam S. Thomæ contra Gentes, & I. & II. Summæ Theol. Theodorus Gaza, Theſſalonicenſis an. 1430. cum Turcæ in Oriente ubique infeſti eſſent, in Italiam ſe contulit, & Beſſarionis Card. Græci, ſed Catholicæ rei admodum utilis viri ope ſuffultus, latine vertit Ariſtotelis Hiſtoriam animalium, Theophraſtum de plantis, Hippocratis Aphoriſmos, græce reddidit Ciceronem de Senectute, & Somnio Scipionis.

Quid

ſi dicam: non libris, ſed liberis dat operam, mero vacat, non Homero, non ad aram, ſed ad haram pertinet iſte ſermo. Sic non ſine voluptate auditor percipit illud S. Bernar. Traditur tibi O V. Maria! filius Zebedæi pro Filio Dei. Ubi enim in tali lingva ſignificationum diverſitati vocum conſonantia acceſſerit, non poteſt aures ſvaviter non afficere iſta diverſarum, imo interdum contrariarum ſignificationum in ſono vocum congruentia, ſed diſparet e veſtigio, ubi eundem ſenſum in aliam lingvam transpoſueris. Cum itaque Adam, Eva, Cain, Seth, Jacob, Eſau, Iſrael, Moyſes, Noë, Jeruſalem (pag. 799. l. 8.) Abram, & facta levi mutatione Abraham, Sara, Iſaach, Iſmael, Iſachar, Benjamin, Dan, Zabulon, Joſeph, Juda, (Gen. 49.) aliaque nomina propria, de quibus, ſi omnia referrentur, liber integer eſſe conficiendus,

 va-

Quid multis opus? Vix alicubi fuit celebrior Academia, ubi græcum non doceretur, inquit Mosheimius pag. 531. Sec. XV. in Academia Pariſina publicus hebr. & gr. Profeſſor eſt conſtitutus, in Italia, in Hiſpaniis. Hiſpaniarum porrò, quando de OO. LL. eſt ſermo, ideo frequentior eſt mentio, quia Arabicæ cognitione carere illi quidem permiſſi non ſunt, quia magna ex parte per 700. circiter annos ab an. 712. usque totalem an. 1474. per Ferdinandum Catholicum liberationem ſub Saracenis, lingva eorum aſſumpta Arabicam loqui coacti ſunt, unde etiam in divinis liturgia eorum *Moſarabica*, h. e. Muſtarabum, ſeu Arabizatorum dicta fuit. Bolland. Tom. III. Prælimin. pag. 458.

Quod vero ad græcam lingvam attinet, ejus propagationi in Europa Græcorum clades non parum profuit, namque Conſtantinopoli per Sultanum Mahometem II. regnorum everſorem, Europæ terrorem an.

vacua non ſint, ſed ipſa docente Scriptura rerum ſuarum ſignificata in ſe comprehendant, lingvæ originalis cognitione ad perfectam, aut ſaltem pleniorem horum intelligentiam eſt connitendum. Nam ut Hieronymus in C. 4. Gen. in nomine *Cain* obſervat, *kanithi*, h. e. poſſedi, peperi, acquiſivi prolem a Deo, dicebat Eva, itaque *Cain* ſeu poſſeſſionem vocavit. „ Apparet autem etymologia in hebræo, quæ in græco, aut Latino non apparet: idque in ceteris etiam nominibus plerumque evenit.„ Cum prima mulier mater ſit cunctorum viventium, *mechhavvah*, per aphæreſin *chhavva*, quia vero chheth veteribus per *e* redditum eſt, (pag. 483. l. 29. & 491. l. 3.) *Eva* h. e. vitæ datrix, vivificatrix. Rufam eſcam petiit, *Ædom* ſit, & quia piloſus, ac veluti perfectus natus eſt, *Eſau*; quia filium Sara, jam ſterilis, & præ ſenio infœcunda, dum ſer-

an. 1453. capta, & Orientis everſo Imperio, profugas ex hoc climate Muſas Itali, Galli, Germani, aliique in Europa hoſpitio, & civitate donarunt, & Græci, qui Romæ apud Beſſarionem Card. commune domicilium, & commorationis ſuæ locum habuerunt, græciſmi notitiam quaquaverſum diffuderunt. Germanis Reuchlinus Joannes græce Capnio dictus, quia *capnos* fumus eſt, a Joanne Veſſelio in hebraicis, & græcis verſato an. 1489. mortuo, eruditus, cum Joanne Trithemio ad hebr. & gr. lingvæ ſtudium magno fuit incitamento, multis editis operibus, uti LL. III. de Arte Caballiſtica ad Leonem X. Hagenoæ 1517. Gramm. & Lexico hebr. LL. III. Phorcæ an. 1506.

Hæc pleniſſime ſufficiunt. Plura de his habent Ebertus Theodorus hebrææ Profeſſor Francof. ad Oderam an. 1618. Elogia Juriſconſultorum, & Politicorum centum, qui Hebræorum lingvam, aliasque OO. propagarunt, auxerunt, promoverunt. Humfredus

ſermonem de eo naſcituro riſu excepit, peperit, *Iſaach*, ſeu riſus vocetur. *Juda!* cum nomen tuum *laudem* ſonet, *Juda joducha* Juda laudabunt te fratres tui, & velut digniorem celebrabunt.

Emphaſes, ſiquæ occurrunt, ex ſola originali lingva intelligi liquet, quas perſcrutari Hermeneutarum proprium eſt, plures exhibet Lüktenii Collegium Emphaſeologicum Gardelegiæ, & Lipſiæ an. 1628. Aliquid delibemus! Immiſſum Adæ ſomnum profundiſſimum fuiſſe ex fonte, ubi *thardemah* vocatur, datur intelligi, ex quo in translatione adeo laborant, variantque interpretes. (pag. 418.) In Pſalmo *miſerere*, quia *raçhham* non quomodocunque miſereri, ſed ad miſerendum intimis viſceribus commoveri ſonat, 70. adjiciendum putarunt, ſecundum *magnam* miſericordiam tuam. (pag. 190.) Mat. 6. 34. non omnem de craſtino, ſed anxiam, quæ mentem a

dus Hody de illuſtribus viris græcæ lingvæ, literarumque humaniorum reſtauratoribus. Mosheim Inſtitut. Hiſtor. Eccl. edit. Helmſtad, 1764. pag. 285. 473. Stephanus Hayd Herm. pag. 63. Wilhelm Frieder. Hetzel Geſchichte der Hebraiſchen Sprache Halæ 1776.

Progrediente tempore fieri poterit, ut in tribus etiam in regno noſtro locis tres exiſtant ſocietates, non niſi ſex, aut octo individuorum, quarum prima præter ordinariam in ſtatu ſacerdotali Deo famulandi functionem ex primario ſuo inſtituto hebraicam lingvam ita colat, ut loquatur etiam, & mutuis colloquiis hanc ſolam exerceat, (pag. 453. l. 11.) ad perpetuandam ſanctæ hujus, & Adamiticæ lingvæ memoriam, dialectis Chaldaica, & Syriaca adjunctis; Altera Arabicam, propter indefinitam ipſius extenſionem, (pag. 817. L. 6.) & cum hebraica nexum; Tertia græcam in literatura etiam prophana, & antiqui-

a Deo dividat, ſolicitudinem vetari, e græco il-luſtratur. (pag. 392. l. 33.) Ut etiam illud: ſufficit diei malitia ſua, h. e. vitioſitas, incommodum, malum non morale, ſed phyſicum, ærumna. Dum ad Heb. 1. 4. Chriſtus ſubſtantiæ Patris *character* dicitur, conſubſtantialitas ipſius clarius, quam ex latina voce *figura*, intelligitur.

Ad Rom. 8. 19. creatura h. e. juxta vulgarem expoſitionem res creatæ inanimes (pag. 846.) expectare dicuntur univerſalem poſt extremum judicium renovationem, quia tunc omnia perfectiora erunt, omnis autem res, etiam inanimata tendit ad ſui perfectionem, eamque velut avide petit; expectare inquam dicuntur, ut tandem gloriæ cum Chriſto ſimus participes, & in conſpectum, uſumque noſtrum revelentur, quæ promiſſa hucdum deliteſcunt; *Expectatio creatu-*

---

quitate ſua valde commendabilem; cui ſi quarta Societas jungeretur, excolentium vernaculam, quadratura eſſet perfectiſſima. Factæ ſunt, ſiuntque in fines alios expenſæ majores, & minus glorioſæ, cur non & in hos?

Ut pietas Majorum hujus, aut illius Ordinis religioſos fundavit, ita zelus poſteritatis intra fines regni 18. individuis, qui veræ humilitatis, & veræ paupertatis virtutem una profiteantur, locum, victum, & veſtitum ſuppeditabit, vel ſaltem in ſtante adhuc ordine aliquo religioſo, ſi in hunc finem exſtimulentur, non deerunt, qui ſtudium hujusmodi lingvarum ſacerdotali ſuo ſtatui per vitam adjungant, Deo, & Patriæ ad regni noſtri Ornamentum ſervituri. Ita ubi quiſpiam lingvas etiam vivæ vocis magiſterio percipere intendet, non in Africam, non in Syriam emigrare cogetur, domi apud tales aliquo tempore morari ſufficiet. Accedat una in regno LL. OO.

turæ revelationem filiorum Dei h. e. filiis Dei futuram *expectat*: loco *expectatio* in græco eſt *apokaradokia*, & valet intentam, anxiam, valde ſolicitam attentionem, qualis eſt militum in ſtatione, & vigiliis, dum exſerto quandoque capite hoſtem ſpeculantur. Nolim tamen ſemper in hiſce minutiis vim aliquam reponi, quod ſacri Scriptores, non magnam in delectu vocabulorum curam adhibuerint.

Ad Hebr. 4. 13. omnia nuda, & *aperta* ſunt oculis ejus. (Dei) gr. *tetrachélismena* ſignificantius eſt; quia *trachélizomæ* eſt in collum, ſeu cervicem reſupino, excorio, ut intima etiam pateant viſcera, uti fit per anatomiam. Ad Eph. 3. 19. (opto vos) *ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti;* opto, ut cognoſcatis magnitudinem caritatis Chriſti erga vos, quæ omni humanæ cognitioni ſupereminet, ſeu, quæ nulla humana cognitione valet attingi; optat nimirum habitare Chriſtum per fidem in eorum cordibus, ut intelligant immenſam, quaquaverſum diffuſam Dei Patris bonitatem, & ut cognoſcant, non hoc, quod caritas Chriſti ſit donum ſcientia a Deo nobis collatâ eminentius, licet hoc verum eſſe nemo dubitet; ſed optat,

 ut,

OO. Typographia. Volupe videri poſſet, eam jam nunc ex parte inchoare, nec penitus intermori ſinere lingvam in terris, cujus perennis futurus dicitur uſus in cœlis. Apoc. 19. 1. Ne, dum fontibus infenſus multis videor, velut lingvarum Sacrarum Oſor traducar, in earum commendationem plura congeſſi, demumque proferre aliquid volui, quod præſentes rideant, poſteri fortaſſe & laudent, & deducant in effectum.

ut, intelligant, caritatem Chriſti erga nos majorem eſſe, quam ut ſcientia noſtra valeamus attingere. Ad Coloſ. 3. 15. Pax Chriſti *exultet* in cordibus noſtris; gr. *brabevetó* h. e. palmam ferat, ut vertit Eraſmus, & notat exultationem illam vehementem, quam in paleſtra certans concipit, quando alios antevertens præmium, ſeu brabeion (bravium) accipit. 2. Tim. 2. 15. Epiſcopum *orthotomein* h. e. recte ſecare, tractare oportet verbum veritatis h. e. veritates in verbo Dei contentas, Scripturam S. Evangelium; græca vox aliquid plus, quam quod unó verbo exprimi poſſet, videtur indicare; unde Vulgatus generali notione uſus eſt *recte tractare.* Metaphora forte a menſarum Præfectis, ſeu modimperatoribus & ſympoſiarchis, vel ex veteris ſacrificii ritu, in quo pars alia igni, alia ſacerdoti, alia laico offerenti ceſſit, aut demum a conſvetudine demenſum ciborum inter familiam diſtribuendi, deſumpta fuit. Quaſi dicat: ut alio cibo corporali opus eſt ſanis, alio infirmis, alio infantibus, alio adultis: Ita Eppus. ex promptuario Scripturarum eſcam præbeat ſpiritualem, aliam virginibus, aliam nuptis, aliam ex fragilitate, aliam ex malitia delinquentibus, dum autem veritates exponit Evangelicas, orthodoxe juxta legitima interpretandi principia exponat, omne falſum, adulterinum, & ad rem non ſpectans abjiciat, atque adeo ipſas inter veritates pro captu, uſuque auditorum diſcrimen inſtituat, non enim omnibus omnia æque conveniunt.

Act. 13. 18. Cum Paulus in Synagoga ad concionem diceret, illud etiam commemoravit, Deum malos Iſraëlitarum mores 40. annis in deſer-

ſerto ſuſtinuiſſe, nec condignis pœnis caſtigaſſe. *Et per 40. annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto.* Occurrit hic *tropophoreo*, h. e. mores alterius fero, ſuſtineo, innuit proinde judæorum inquietudinem, aſperitatem morum, converſationem minus probabilem; nam verbum hoc prudentis puerorum moderatoris habitum, normamque agendi exprimit, qui jam connivet, jam aliquantum punit, jam ſi quid bene factum, laudat, ſæpe etiam ultra meritum, ut animos addat; verbo: in omnibus velut prudens inſtitutor, & benignus pater ſe accommodat.

Luc. XII. 29. Cum Deus etiam fœni, & liliorum campi curam habeat „nolite, quærere, quid manducetis, aut quid bibatis, & *nolite in ſublime tolli* gr. mé meteórizeſthe; licet Vulgata, ut dicit etiam Pricæus, hic aptiſſime poſuit, & ideo Piſcator, & Eraſmus Vulgatæ verſionem retinuerunt, nam etiam vulgo *meteóra* appellamus, quæ in aëre, in ſublimi apparent, facileque rurſus diſparent; Supereſt tamen alia verbi notio *animi pendere*, fluctuare, quaſi dicat: de cura cœleſtis Patris ne ſitis dubii, & ſuſpenſo animo; ne curis, & ſolicitudinibus ſuſpendamini, ne evagemini anxiis cogitationibus huc, atque illuc, velut in aëre, in ſublimi poſita, fluctuantes, & incerti de providentia. Alii: ne quando vel aſtra, vel meteóra juxta opinionem veſtram annonæ penuriam minitantur, abjecta fide curis conſumamini, ut gentes. Alii: nolite a veritate avocari, ut *altiora* (meteora) ſapere velitis, quam doceat fides, & veritas. Syrus accommode: *neque diſtrahatur cogitatio veſtra in iſtis.*

Nl-

Nihil dicam de hebraiſmis, & græcismis, quibus abundat Vulgata editio, hi lingvarum gnaris maxime patent, dum fontes ipſos inſpiciunt, quamvis his præſidiis deſtituti alia etiam ratione in talium cognitionem deduci poſſint. Hebraismus eſt, quoties genus fœmininum neutrius loco ponitur, quo Hebræi, & alii Orientales carent. *Unam* rem, unum aliquid *petii a Domino*, *hanc* hoc requiram, ut inhabitem in domo Domini. Pſ. 26. 4. *Hæc* hoc *facta eſt mihi*, *quia juſtificationes* (leges) *tuas* o Deus! *exquiſivi*. Auguſtinus, cum velut Pœnus lingvam Punicam hebrææ maxime affinem (pag. 491. 870.) loqueretur etiam, quia tamen maxima interceſſit characterum difformitas, hebraice ſcire ſe neſciens præſentem hebraismum ex obſoleta ſua Punica lingva elucidavit. Pſ. 26. 4. *Quomodo ſolemus loquentes dicere*, *v. gr. duas habes*, *non dicimus* (punice) *duo: hoc more loquendi uſa eſt Scriptura*. *Unam petii a Domino*, *hanc requiram*.

Poſtremo perutile eſt fontes conſulere propter uſum vocum hebraicarum, & græcarum in officio divino. *Amen* h. e. vere, ita eſt: vel fiat, fit ita, veritas eſt. *Alleluja* laudate Deum, *hoſanna* ſalva quæſo! ſalus, & proſperitas ſit ei. *Jeruſalem*, viſio, vel hæreditas pacis. *Raca* Matth. 5. tu vilis, conſpuende! pannoſe! Opibus, & omni honeſtate, atque etiam cerebro vacue! nam quod ſequitur *fatue* magis ſonat improbum in ſenſu Biblico. (pag. 420. l. 8.) *Maran atta* Syriace: Dominus noſter venit, ſeu venturus eſt; vel veniat ad ultionem, & pœnam infligendam, Græci interpretantur *kyrios eleuſeta* Dominus veniet. Talium nominum in-

interpretationem habes ex parte ad calcem Vulgatæ, plenius Tom. 6. Polyglott. Anglican. De his monet Aug. L. 2. de Doctr. Chr. C. 11. ubi titulus ſic habet: *Ut ignorantia ſignorum* h. e. receptorum vocabulorum *tollatur*, *neceſſaria eſt lingvarum cognitio*, (ſaltem aliquibus in Eccleſia, qui aliis, ſi opus fuerit, explicent) *ac præſertim græcæ*, & *hebrææ*. (pag. 921.)

Hinc Patres in hujusmodi vocum, & nominum propriorum explicatione ſæpe hebraicam, græcamve lingvam vocant in ſubſidium, qui tamen in rebus fidei, & morum nullum uſum exigunt textus hebraici. Sufficiat ex officio divino aliquot Patrum explicationem proferre! S. Joan. Damaſcenus 21ª Novembris: „Itaque *gratia*, nam hoc ſonat *Annæ* vocabulum, *Dominam* parit; id enim *Mariæ* nomine ſignificatur.„ S. Epiphan. de Laudibus B. V. Tom. 2. pag. 292. *Mariam* interpretari ſolemus *Dominam*, atque etiam ſpem, peperit enim Dominum, qui eſt ſpes totius Mundi. S. Fulgentius feſto Proto-Martyr. S. Steph. „*Stephanus* ergo ut nominis ſui *coronam* meruiſſet accipere, caritatem pro armis habebat, & per ipſam ubique vincebat.„ S. Hier. eodem feſto; „Quærimus, quare Barachiæ dicatur filius, & non Jojadæ: Barachias lingva noſtra *Benedictus Domini* dicitur, & ſacerdotis Jojadæ *juſtitia* hebræo nomine demonſtratur. Greg. M.„ Sciendum vero, quod Angelorum vocabulum nomen eſt officii, non naturæ, nam Angeli ſemper quidem ſunt ſpiritus, ſed ſemper vocari Angeli nequaquam poſſunt; quia tunc ſolum ſunt Angeli, cum per eos aliqua nunciantur. „Idem in Nativ. Domini obſervat, natale ſolum Chriſti bene Bethlehem

appellari „ *Bethlehem* quippe *domus panis* interpretatur; ipſe namque eſt, qui ait: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Locus ergo in quo Dominus naſcitur, domus panis (pag. 294. l. 11. & 769.) antea vocatus eſt; quia futurum profecto erat, ut ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna ſatietate reficeret.„

S. Bern. 19. Martii. *Joſeph* qualis homo fuerit „conjice ex proprio vocabulo, quod *augmentum* non dubitas interpretari.„ Idem in Offic. Gabriel. Arch. Hunc non fuiſſe ex minoribus Angelis „ex ejus nomine palam intelligi datur, quod interpretatum *fortitudo Dei* dicitur.„ Subjicit: cum ergo Chriſtus ſit virtus, & fortitudo Dei ſubſtantive, congruebat, ut ille nativitatem ejus annunciet, qui eſt fortitudo Dei (Gabriel) nuncupative.

Si ſpeciatim de græca lingva quæratur, quod quidem ad uſum attinet Eccleſiaſticum, ſufficit dicere, eam eſſe peculiari ratione inde a primis naſcentis fidei temporibus una cum Evangelii prædicatione Eccleſiæ Chriſtianæ uſibus conſecratum. Synagoga, Eccleſia, Diaconus, Apoſtolus, Presbyter, Epiſcopus, Angelus, diabolus, myſterium, Theologus, Synodus Oecumenica, Canon, Biblia, martyr, ethnicus, heterodoxus, ipſum Catholicæ, Evangelii, Epiſtolæ, & Chriſti Domini, ac hominis Chriſtiani nomen, totidem ſunt vocabula ex græca lingva in uſum aſſumpta.

Ex his facile quemvis perſpecturum nullus ambigo, quanta ſit hebrææ, & græcæ lingvæ in interpretatione Scripturarum, omnique ſtudio Theologico, etiamſi fontes longe adhuc magis

eſſent

eſſent vitiati, utilitas, ut proinde hæc non paucorum locorum in fontibus hodiernis corruptio, aut ſi mavis dicere, ab Archetypis deflexio, nulli eſſe debeat impedimento, quo minus lingvæ ſacræ & doceantur in ſcholis Theologicis diligenter, & quoad ejus fieri poteſt, diſcantur etiam perfectius.

Nec quisquam fovendæ ſocordiæ ſuæ velum iſtud, quod fontes alioquin corrupti ſint, prudenter poteſt obtendere; tum quod hæc aliquorum locorum corruptio integritatem Originalis textus de communi, & pro parte potiori ſupponat, nec operetur aliud, quam ut abſolutam fontium contra lectionem Vulgatæ authentiam (pag. 70. 99. l. 18.) tuto, & absque omni erroris periculo negemus: tum vero, quia hæc ipſa ſtatuta a nobis fontium partialis corruptio e Mſſtis. & vetuſtiſſimis verſionibus Orientalibus, proinde non ſine hujusmodi lingvarum adminiculo oſtendatur.

Opponunt tamen, non quod iſtius modi objectioni vim ineſſe ſibi perſvadeant viri cetera literati, ſed ut habeant, quo damnatam meliori judicio ſuam in perceptione lingvarum excuſent negligentiam.

(1) Si vel in uno loco Scripturæ S. manifeſtus error, aut aperta falſitas deprehenderetur, toti Scræ. divina fides non immerito detraheretur. Ergo etiam ſi in fontibus vel unus error certus detegitur, jam omnis eis fides jure denegabitur. Si ita: nunqam ad eos utiliter recurretur; ergo, ſi vel partialis fontium depravatio admittatur, recurſus, ad eos evadit inutilis.

(2) Si traditio divina ſemel falleret, h. e. ſi doceretur traditione divina aliquid eſſe verum,

po-

poſtea detegeretur eſſe falſum, toti traditioni merito fides auferretur, & traditio bene repudiaretur etiam in aliis quæſtionibus. Ergo etiam, ſi fontes alicubi fallunt, & loco primigeniæ, veræque lectionis corruptam offerunt, nunquam eos ſecure conſulimus.

Reſp. ad 1um (1) Cum evidens ſit fontes ibi, ubi corrupti non ſunt, non obſtante corruptione quorumdam locorum nativam ſuam utilitatem, dignitatem, atque eminentiam retinere, inanis, & riſu potius, quam reſponſione retundenda eſt omnis hujusmodi arietatio. Sane cum nullum ſit in Orbe exemplar ab ejusmodi fatis exemptum, nullus in arte ſua Doctor, nullus in teſtando hiſtoricus, nullus librarius, nullus, qui exemplaria tranſcribit, inerrantiæ dono præditus, & quandoque etiam bonus dormitet Homerus, ſi argutiolæ locum concederemus, ſequeretur, nullis exemplaribus, nullis in arte ſua magiſtris, nullis hiſtoricis tuto credi poſſe, debere Scepticismum ab inferis revocari. Satis itaque eſt certas exiſtere notas, per quas ſecuri reddimur, fontes in locis plerisque quoad ſummam rei omni mendo carere; ex quo fluit in locis non depravatis utiliſſime eos adiri. Præcipuæ notæ ſunt verſiones antiquæ, lectiones PP. Manuſcripta, ſi fontibus hodiernis atteſtentur; finalis autem Cynoſura eſt traditio Eccleſiæ Catholicæ, quæ in re iſta totius noſtræ religionis principali deficere nequit.

(2) Si in ipſo Archetypo, prout a Deo manare ponitur, error contineretur *Conc.* Si tantum in apographis hebræis, & græcis error iſte tardius ſubnaſceretur, & quidem tantum in locis nonnullis, iisque cognitis; in aliis vero pari certi-

titudine liqueret, apographa hæc integerrime fluere, tunc apographis iſtis fides ex integro recte detraheretur *Neg.* Quodſi extaret Archetypon, & in eo, prout ex manu S. Scriptoris prodivit, error manifeſtus contineretur, ſequeretur librum illum a Deo non eſſe, unde merito fides toti detraheretur. Si tamen Archetypon extaret, ſed vitiatum, ſciretur autem certo, ubi, qua parte ſit interpolatum, qua non: deberet parti illæſæ certa aſſeri autoritas. Ita Hieronymus, etſi magna ex parte vitiato Matthæi Archetypo interdum uſus eſt, ubi illæſum perſeveraſſe judicavit. Sed de Archetypis hodie jam non extantibus fruſtra diſceptamus. Exemplaria ſuperſunt, & hebraica præprimis non admodum vetuſta, (pag. 114.) quæ ſuis gravantur erroribus, Dei tamen beneficio plerumque in iis locis, qui ad res fidei, & morum confirmandas non pertinent; nævos ſuos ubi habeant, ubi nullos habeant, nos non latet, ubi igitur omni carent errore, iis fidem negare, idem foret, atque ipſi Deo ſumma impietate repugnare.

Reſp. ad IIum. *Primo* antecedens verſatur in hypotheſi impoſſibili propter indeficiens judicium Eccleſiæ, quo fieri nequit, ut aliqua veritas velut ex traditione divina manans credatur, dein falſi convincatur. Cum ergo traditionem divinam ſolum ideo pro verbo Dei recipiamus, quia a Deo falli, & fallere neſcio venire credimus; ſi aliqua hujusmodi traditio ſemel falſi convinceretur, merito ſuſpicaremur, nec alias traditiones a Deo veniſſe, atque ita poſſent in ſolidum traditiones, quippe de divina ſua origine ſuſpectæ rejici. Ex adverſo nemo dicet, corruptionem textus alicujus in fontibus eſſe de

hypotheſi impoſſibili, cum integros periiſſe libros conſtet, & nullum adſit Eccleſiæ judicium de incórruptione fontium, ſufficiatque verbum Dei in verſione authentica conſervari.

Secundo poteſt etiam ita hoc exemplum applicari, ut obtineat: non agitur de traditione in fonte ſuo, ac prima origine conſideratâ, ſed de vehiculis, quibus traditæ veritates ad nos transmittuntur; porro vehiculis ſuis traditæ veritates quaquaverſum dimanarunt in orbem terrarum: ita & vehiculis ſuis, totidem videlicet exemplaribus, egreſſæ ſunt eloquii divini veritates, quæ ſcripto primitus ſunt conſignatæ. Sicut ergo particularium Eccleſiarum traditiones potuerunt corrumpi, imo certe corruptæ ſunt apud hanc, aut illam gentem: ita & exemplaria hebraica apud Hebræos, græca apud Græcos; ut adeo vere utrinque tam traditiones, quam exemplaria ea demum vera, & maxime authentica dicere tutiſſimum ſit, quæ talia eſſe Eccleſiæ Catholicæ conſenſio, uſus, & autoritas declaravit.

Adoro plenitudinem fontium, ubi illibati decurrunt, Vulgatam illis præfero, ubi deficiunt, (pag. 40. 160. 1004.) Quodſi alicubi non chronologica, non alia leviora, ſed momentoſa proponantur, nec poſſit utraque, Vulgatæ, & Fontium lectio in unum ſenſum cogi, tum enimvero Vulgatæ adhærendum eſſe pronuncio, nec ullam in rebus fidei, & morum *internam*, & veri nominis neceſſitatem agnoſco fontes conſulendi; hæc enim quantacunque ponatur, ad Philologiam, & eruditionem, non ad res fidei pertinet me judice. (pag. 87.) Si tamen & in his aliquid *clarius*, & *plenius* legeretur in fontibus,

cu-

cujus potius contrarium paſſim evenire non dubito, (pag. 1059. & 1051. l. 18.) firmitas fidei noſtræ a majore, vel minore evidentia non pendet, & majus, ac minus non ſummam, ſed modum afficit rei, cui infuerit. Secus melior, integriorque eſſet fides apud Judæos, & ſchismaticos, qui fontibus utuntur, quam apud nos, qui cum Eccleſia vetere a tot ſeculis latina editione contenti ſumus.

Si Heterodoxi ad fontes provocant, ne vaga ſit iſta provocatio, locos deſignent oportet, quorum, prout in Vulgata leguntur, vitioſitate, & corruptione juſtitiam facti ſui demonſtrent, quod quia præſtare non poſſunt, appellatione iſta, ſi de jure quæratur, in quantum Catholicæ Eccleſiæ incommodat, poſſunt interdici, quia evidenter oſtenditur, nullam eſſe propter res iſtas, in quibus a nobis diſcedunt, ad fontes recurrendi neceſſitatem, tum quod in his fontium, & Vulgatæ lectio plerumque conſentiat, & ſi occurrat contrarium, vel depravatio, vel ſaltem mala punctatio hebræos codices infra Vulgatæ deprimat authoritatem; tum vel maxime, quod Vulgati apud Eccleſiam codicis ſufficientia uſu omnium ſeculorum probetur, quibus labentibus licet copioſiſſima, & diverſiſſima monſtroſarum hæreſeon ſeges ſemper pullulaverit, nunquam tamen ad eas conterendas, niſi ab ipſis hæreticis, eſt ad fontes provocatum.

Utantur interim heterodoxi fontibus, per nos licet, ſed in perniciem Eccleſiæ Catholicæ non utantur; legant fontes, ſed Vulgatam quoque velut authenticam admittant, & recipiant, conſulant textus originales, ſed ita, ut occurrentium difficultatum abſolutos judices ſe non

conſtituant, & traditionem venerandæ antiquitatis, & Eccleſiæ Catholicæ conſenſionem, uſum, atque authoritatem reſpiciant. Ad me quod attinet: dum hodie multos neglecta Majorum ſuorum interpretatione, præſidio lingvarum Originalium ſuffultos, video ex lectione fontium in avia, & devia novorum ſenſuum interpretamenta abripi, ne & ego novis fluctibus in ſyrtes deferar, Eccleſiam velut certiſſimam in oceano Scripturarum decurrentibus ſtellam reſpicio, a cujus obſequio me neque mors, neque vita, neque inſtantia, neque futura poterunt ſeparare; (Rom. 8. 38.) qua enim magiſtra in Scripturis verbum Dei eſſe cognovi, eadem certum in dubiis verbi Dei ſenſum docente diſcere cupio, demumque hanc de more anchoram cum Auguſtino jacio: Ego vero Evangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ catholicæ commoveret authoritas.

IN.

INDEX
UNIVERSALIS RERUM NOTABILIORUM.

Numeri priores paginas, poſteriores, ubi præfixa littera *l* adponuntur, lineas paginæ denotant.

A

	pag.	lin.
Ab altitudine diei timebo — —	642	37
Abah voluit, noluit — — —	775	26
Abba Salama — — — —	155	—
Abelis Sacrificium — — —	398	—
Abenezra — — — —	500	30
Abgaro Chriſtus eplam. — —	143	14
Abraham Ecchellenſis Pariſ. Prof. linguæ Syr. & Arab. Romæ de propag. fide adjutor, ibi 1664. mort. — 507 &	819	11 36
Abraham vidit arietem a tergo —	685	—
Abrech flecte genu — — —	694	—
Abſorpta eſt mors in victoria — —	663	—
Abulpharagius Primas Orientis Sec. XIII. teſtis corrupt. hebr. codic. — —	377	—
Abundet quisque in ſuo ſenſu: habet duplicem interpretationem contrar. ex græco — — — —	787	—
Academiæ Judæorum Sec. IV. & poſtea	454	—
Accentus græci ſunt inepti — —	731	—
Accentus, & Spiritus — — —	960	—
Accingere o Potens! — — —	114	—
Accipient in vanitate Civitates tuas: polyſemum eſt, ſeu mire variat ſenſus in hebræo — — — —	794	—
Accommodatitius ſenſus — —	415	25
Acroſtichus pſalmus: *Beati immaculati*: 405.	974	30
Adam, h. e. ruber, vel candidus, vel formoſus — — —	696	29
&	847	4
Urbis nomen — — —	596	—
Ad Deum, qui lætif. juvent. meam. —	798	—

 Ad-

	pag.	lin.
Adjuro vos per capreas — —	780	—
Adolphus Groll Epp. Jaur. — —	792, 796	—
Adorate pure, loco: apprehendite diſciplinam — — —	407, 1046	—
Æquivocatio — — — —	779	—
Æſopus — — — —	640	—
Æthiopes — — — —	153	—
Verſio, & lingva eorum — —	847	—
Afferte Domino filios arietnm. — —	769	—
Affirmo h. e. firmiter claudo, obfirmo	537	—
A fructu frumenti, vini. — —	407	—
Agapao. h. e. contentus ſum — —	786	—
Agareni juxta Thargum Hungari —	136	—
Aggregabitur, al. non aggregabitur Iſraël ad Dominum — — —	689	24
Akiba Rabbinus Tiberiadenſis, 24. mille diſcipulis nobilitatus, mort. Sec. II. an. 135. Chronologiam hebraicam corruperit — — —	376, & 884	—
Alaphim, boves, duces, mille —	789	—
Albericus Gentilis — — —	530	21
Al-Camus Lexicon Arab. — —	815	—
Alcuinus ex commiſſione Caroli M. Biblia emendat — — — —	427	—
Aleph, vav alternant — —	9	—
Alexander M. — — — —	212	—
Ejus divitiæ — — — —	751	—
Alexandrina, ſeu 70. viralis verſio —	212	—
Al-koranus creditur a Mahometanis quoad elegantiam ſtili inimitabilis, & quod non ſit creatura, ſed ens increatum, & æternum, contradicentibus taemn Merdarienſibus — 575. l. 20. &	816	—
Al-Mammon Chalipha Ægypti, & Babylonis, Sec. IX. Muſagetes — —	816	—
Alpha in Compoſitione — —	787	—
Alphonſinæ Tabulæ cum hodiernis ſiphris, ſeu numeris Arab. primæ —	756	—
Altingus — — —	541, & 980	—
Alvarus — — — —	534	—
Amama Sixtinus — 996. lin. 2. &	1079	ult.
Ammianus Marcellinus — — —	300	19

An-

pag. lin.

Annatus Petrus Fontem Hebr. corr. dicit 885 —
Ana vir in deſerto non mulos, ut nat. Alex. vult, ſed ut vulgata habet, aquas calidas invenit — — — — 488 —
Anah verbum polyſemum — 13. 784 —
Anchiſtia, dum vox ad cognatas ſignificationes extenditur, poſſuntque cognatæ invicem rurſus alternare — — 20 —
Anni interdum erronei — — 324 —
Anni noſtri, ſicut aranea, meditabuntur. hebr. corr. — — — — — 689 —
Anno XI. pater, & mater non eſt ſine exemplis — — — — 752 —
Ante ſolem permanet nomen ejus — 691 —
Antoine Gabr. cum Nat. Alex. Vulgatam in dubio præfert — — 210, & 882 —
Apoſpasmation, avulſa ex integro opere pars. — — — — 345 —
Apprehendite diſciplinam — 476. 692. & 1046 6
Arab verbum polyſemum, facile 10. ſignif. habet. — — — — 776 —
Arabes primi omnium, quibus S. Paulus prædicavit, triennio apud eos commoratus, ſunt Joctanidæ — — — 377 —
A Cedarinis, & Nabathæis non diverſi Gen. 25. qvorum memoriam mortalium rerum 40. Secula delere non potuerunt, complures litteras ſolis punctis ſuperne, vel infernepoſitis diſcernunt. — — 675 —
Non tantum numeri vulgares ab iis ſunt 755 —
Inſuper Europa omnem fere eis debet eruditionem, & ſcientiarum reſtaurationem, ſaltem ex opinione multorum. Sect. ult. prope finem
Aſtronomis abundant. — — 756 —
Gen. 1. 1. legunt: *primum, quod creavit Deus, fuit cœlum, & terra* — 359 37
Irroboravit apud eos opinio, Hebræos ſuos codices corrupiſſe. — — 886 —
Pars eorum Saraceni. — — 813 —
Rabbini, qvando in hebræo non ſciunt progredi, recurrunt ad Arabes, 501, 542, & 820 —

	pag.	lin.
Quia hebræa lingva ex Arabica valde illuſtratur; — —	458, & 818.	—
Nam hebrææ conſimilis eſt, antiqviſſima, foecundiſſima, & ratione locorum ſtupende extenſa. —	820, 825, & 818	—
Proverbia eorum —	555. lin. 40. & 309	3
Hiſpani innumera ab eis hodiedum retinent vocabula, — — —	818	25
Ut patet vel ex articulis al-cazar, alcala. — —	ſect. ult. prope fin.	—
Arabiſmi in Bibliis. —	542, 833, & 1050.	—
Arca qvo die ſubſedit hebr. corrupt. —	317	—
Arias Montanus Pagnini verſionem ſatis deformem plus deformavit. —	578	—
Ariſtarchus Criticus. — —	241	—
Ariſteas non eſt fabuloſus. — —	229	—
Ariſtoteli piſticum eſt verum, legitimum	789	—
Aruch eſt Lexicon — — —	455	—
Aſcendit, non aſcendit — —	809	—
Auguſtini authoritas nobis objici non poteſt — — —	870, & 919	—
Aures autem perforaſti mihi —	1001	—
Authentici variæ notiones — —	62	—
Author facti, dum conſtat de facto, ſæpe latet	968	—
Authoritati plus, quam rationi tribuendum	857	—
Autographa nulla ſuperſunt, & MSSta. vix Seculis ſex, aut ſeptem ſunt antiqviora ex opinione multorum —	114	10
Autographum — — —	62	—

B

	pag.	lin.
Báb, porta, Turc. Hung. kapu —	840	31
Babel, h. e. confuſionis turris juxta hebr. textum, anno a diluvio 102° exædificatur, quod ægre poteſt ſuſtineri	377, & 917	17
Bahem in eis — — —	774	—
Baptizantes eos in Nomen Patris, & F.	424	ult.
Barä primum in Scra. verbum valet *creavit*, *formavit*, *excidit*, *deſtruxit*, hinc Gen. 1. 1. variæ perverſiones —	772	—
Barbariſmi in Vulgata male carpuntur	529	—
Bardi erant celebres poëtæ —	532	—

Ba-

pag. lin.

Baro apud veteres eſt homo ſtupidus — 532 —
Baroth, ſeu bróth edulium hebr. & gr. 772 31
Bay propoſitionum interpunctio — 733 —
Beati mortui, qui in Dom. mor. græca interpunct. alia — — — 743 —
Beerſabee an juramenti, vel abundantiæ fons 692 —
Bellarminus aperte tradit fontes eſſe corruptos — — 45, 48, & 895 —
Aliis intentus de 70 virali verſione minus recte loquitur, quam in explan. Pſalm. hebræo paſſim præponit — 304 —
Bene patientes erunt, h. e. ex græco: beneficio afficientur. — — — 556 —
Bentlejus pro Vulgata opus paravit ſuppreſſum — — — — 131 —
Berti leves adfert rationes pro Chronologia vulgari — — — — 370 —
Bethlehem ex hebr. domus Incarnationis, ſeu carnis aſſumptæ — — 769 —
Urbs minima, non minima — 774 —
Judæ, non Judææ — — — 6. 27 —
Ibi Chriſtus extra pomœria natus — 239 9
Bos, & aſinus ei præſentes — — 296 31
Biblia hebr. jam ante Hieron. quibusdam locis vitiata — — — 942 —
Etiam quoad textum origin. nec rudioribus Seculis neglecta — 428. & in fine Sect. ult. —
Conſtantinus M. in 50. exemplaribus deſcribi curat — — — 728 —
Bibliotheca Ptolomæorum — — 254 —
Bochartus Samuel Gall. Calv. vix 13 annorum erat, cum græcos verſus dextre pangeret, Arabica ab Erpenio doctus, denatus 1667. Ejus *Geographia Sacra*, ſeu Phaleg, & Chanaan, item Hierozoicon immortalitati merentur conſecrari. „Neuſtria ſe tanti matrem miratur alumni, quem ſtupet, ut rarum Numinis orbis opus. Quidquid Arabs, Phœnix, Grajus, docuitque Latinos, incluſum vaſto pectore ſolus habet. Stat pro corr. hebr. text. — — — 486. & 891 33

 Ma-

pag. lin.

Maxime in numeris — — 745 —
De Chriſti ad Infer. deſcenſu male loquitur 657 —
Arabum eruditionem commendat — 817 —
Multa ante ipſum ignota detegit. 314. lin. — — — 12. 871. lin. 1. & 817 36
Bollandiſtæ — — — 434. & 755 —
Brerewodus tantas Davidis opes negat 747 —
Bubalus in Bibliis eſt Capra rufa — 822 —
Burdo eſt mulus — — — 570 —
Buxtorphius, uterque, P. & Fil. de reſtaurato Hebraismo tot præclaris OO. immortaliter meritus Judæorum incuriam fatetur — — — 943. & 1079 —

C.

Cabala polyſem. — — — 780 —
Caballiſtarum de codice Hebr. ſententia 721 —
Caballutius vane arguit Vulgatam, agnoſcit hebr. corr. — — — 421 —
Cadus farinæ, tit. libri — — 632 —
Caman ſpectat ad Chronologiam — 385 —
Cain! ſubter te erit appetitus ejus — 615 —
Cain ſurrexit ad Hebel. — — 553 —
Cajetanus Cardinalis in QQ. circa Scram. S. eſt exiguæ authoritatis — — — 53 —
Audax contra omnes — — 585 —
Ejus verſio Pſalm. — — — 584 —
Calami loco adhibetur arundo — 970 —
Calefacimini — — — — 529 —
Caligæ ſunt calceamenta — — 563 —
Calmetus Ord. Ben. Abbas mort. 1757. in accuſando hebræo textu prolixior. 26 l. 7. 928 —
Rejicit cellas 70. edit. — — 227 —
Calvinus iraſcitur punctis hebr. — 647 30
Scram dicit obſcuram, & *Credo* non credit ad mentem cet. Chriſtian. — 656 37
Camelus ex *gamal* polyſ. — — 779 —
Nomen Syriacum, nec apud Matth. eſt funis nauticus — — — 645 —
Canonicus textus non eſt juxta aliquos hodie hebr. cod. — — — 41. 104 —

Ca-

	pag.	lin.
Capellus Ludovicus Calv. Gallus, Hebr. Profeſſor Salmur. mort. 1658. hebræi textus menda primus methodice detexit	887	—
Caper abituriens — — —	799	—
Capucinorum Collegium pro elucidandis Scris.	554	—
Caravana turma ſacræ peregrinationis in oriente — — — 294. lin. ult.	812	28
Caro mea ex eis — — —	697	—
Caro mea immutata eſt propter oleum, h. e. defecit a pingvedine — —	556	—
Caroli V. obſoletus Gallicus ſermo —	673	—
Carolus M. Biblia emendat — —	428	—
Caſtalio Sebaſt. mort. 1563. Gall. Calv. ex affectata elegantia verſionis Latinæ Biblia deturpavit — — —	610	—
Catholicam rem juvant Præfationes verſionis Syriacæ — — — —	149	—
Ceciderunt triane, vel 23 millia? —	319	—
Cellulæ non debent in 70. edit. negari	222	—
Cephas reprehenſibilisne, vel ſicut Erasmus vertit, tantum (male) ab aliis reprehenſus? — — — 790. & ſect. ult.		—
Cercopithecus eſt ſimia cum cauda longa	493	—
Cerva matutina pro tit. Pſ. 21. non placet, ſed Vulg. — — —	520	—
Ceſſimus, non ceſſimus ad horam —	393	—
Chabiri potentes ex oriente Dii una cum nomine Europæis innotuerunt —	505	—
Chable dolores, al. funes Infer. —	647	—
Chaldaicum dicitur, quod mere hebraicum eſt — — — — — —	216	—
Chamah deſideravit videtur eſſe verbum fictitium — — — —	700	—
Chamnephetz — — — —	726	—
Chaph, Lamed, Mem, quid ſign. —	711	—
Characteres Esdras mutavit — —	673	—
Cherubim bene vertit Hier. multitudo ſcientiæ — — — —	505	—
Chethublim — — — — —	8	—
Chhabal polyſemum, etiam contrar. ſignif. habet — — — —	647	—
Chhæſæd pietas, vel impietas, enorme ſcelus	769	—

Chha-

	pag.	lin.
Chhajil polyſem. — — —	19	—
Chhalipha, ſeu Chhalípha eſt particip. præſens gen. fœm. ſignificans Muhamedis in Imperio, & Religione ſucceſſorem, quaſi dicas: Vicarius — —	484	—
Chheth olim *e* 490. ex *beth* male factum per inverſionem — — —	283	4
Chichchar eſt talentum, thaleri 1500. —	748	—
Chhol recte vertitur *palma* cum Vulg. loco *arena* — — — —	597	—
Chronologia an hebraica, vel 70. viralis erronea? pro 70. virali rationes non vulgares adferuntur — — —	370	—
Chriſtus ſicut ovis manſveta ductus eſt ad occis. Pagninus: ſicut ovis (&) bos —	583	—
Natus in Bethlehem — — —	294	—
Eſt Deus — — — —	738	—
Traditus judicanti ſe *injuſte*, male græ. *juſte* — — — —	28	—
Hora ſexta, vel tertia crucifixus —	927	—
Chryſoſtomus tenet, aliquos ex ſacris libris ob neglig. Judæor. periviſſe —	863	—
Cicajon ſeu kikajon Jonæ, nec hedera, nec cucurbita, forte nec ricinus, ſeu palma Chriſti eſt — — — 185.	405	—
Cicero uſurpat voces primo intuitu minus latinas — — — —	535	—
Ciconia eſt ille herodius in abietibus —	699	—
Cimmeriæ tenebræ — — —	690	—
Cito proferte ſtolam — — —	6	—
Clavis aurea, ſi non aperit, nihil valet	572	—
Clementina Soc. — — —	554	—
Clericus male carpit Hieronymum, —	498	—
Hieron. vero Clericos merito —	440	—
Clerus: ſi dormiatis inter medios Cler. 560.	802	—
Cluſores — — — — —	568	—
Coagulati ſunt ſicut lac Nazaræi —	696	29
Coagulatus, ſeu caſeatus mons —	570	—
Cochlæus de Luthero — — —	598	—
Codices antiqui Vaticanus, Alex. Cantabrig.	121	—
Hebraici ævo Hieron. minutiſſimis litteris ſcripti — — — —	678	—

Cœ-

	pag.	lin.
Cœpit Enos invocare nomen Domini; ex hebr. 5. diverſi ſenſus	689. 804	—
Cogitatio ejus a mari abundavit	572	—
Cogitatio hom. confit. tibi	568	—
Columba non ſunt homines	644	30
Columnæ in Hexaplis	265	—
Commata, duo puncta &c. quando Bibliis appoſita	717	—
Communicare eſt polluere	569	—
Completa eſt malitia ejus: hebr. militia, Sabaoth	639	—
Compunctionis ſpiritus, eſt impœnitentia	569	—
Conc. Toletanum de hymno trium puer.	182	—
Conc. Trid. ſupponit Vulgatam ab hod. Font. non pendere	160. 32	—
Concordantiæ	960. 719	—
Congregans ſicut in utre aquas hebr. al. & male	635	—
Confectaria ex Differt. de 70. editione	331	—
Conſummationis omnis vidi finem	568	—
Contraria interdum vox eadem hebr. valet	769. 773	—
Contritio tua o Jeruſalem! magna eſt al. 70.	691	—
Converſus ſum in ærumna mea	954	—
Coran, vide Al-koran		—
Corn. a Lapid. dicit hebr. & gr. textum interdum eſſe corrupt.	897. 1136	—
Cornuta fuit Moyſis facies	514	22
Corpus: h. e. c. meum abſurda verſio	611	—
Correctio ſupponit, vel facit errorem	962	—
Corruptio fontium partialis, h. e. quorundam textuum depravatio clare demonſtratur 48. 429. lin. 10. tota ſect. VI. a pag. 857. uſque 1136. &c.		
Corvi, Eliæ altores, non erant mercatores	777	—
Corvus Noemi nec ad exterius tabulatum reverſus eſt unquam, unde antiqui Arabum Augures *Albain*, velut avem ſeparationis vocitarunt, hebr. textus male habet, reverſum fuiſſe	485	—
Creare nationes variæ ſummunt pro *gignere*	309	—
Creatio æterna non videtur repugnare	358	—

Cre-

	pag.	lin.
Creatura eſt homo — —	846	—
Vel Filius — —	309	—
Creavit Deus cælum & terram *cum initio*	360	—
Sexto die abſolvit — —	311	—
Creavit hodierni exponunt male: *formavit*	360	35
— — 518. lin. 7.	618	28
Textus hic varie perverti ex ambiguitate hebr. poteſt — —	518	—
Credo videre bona Domini in terra viv. hebr. al.	1009	—
Cremium eſt lignum aduſtum —	566	8
Criticæ quodnam eſt objectum, quæ malæ ſequelæ? — — —	205	—
Csapodi Lud. — —	651	23
Cubitus ſubſt. ævo Hieron. fuit gen. neutr.	546	—
Culicem excolantes — —	586	—
Cum accepero tempus, ego juſt. jud.	568	—
Cum ſancto ſanctus eris — —	562	—
Cuſtodia ſunt captivi — —	566	30

D.

	pag.	lin.
Dabit impios pro ſepultura —	701	—
Dæmonium meridianum, ventus, & morbus	408	—
Daleth, & Reſch ob ſimil. commutantur —	680	—
Dalmatia ſub Auguſto alios habuit limites	435	—
Daraba parabolam locutus eſt, polyſ.	779	—
Dathius — — —	618	—
David ex ſimil. lit. luſoria pila —	685	17
David fortis manu — —	504	—
Ejus divitiæ — —	748	—
Decretum Conc. Trid. pro Vulgata —	32	—
De diſcubitu in panibus, h. e. in convivio	569	—
Dediſti metuentibus ſignif. —	693	—
Defendo, h. e. ulciſcor — —	567	6
Defoſſus h. e. ex foſſa erutus —	567	8
Delicta quis intelligit? — —	678	—
Deus omnia propter ſe operatus eſt, hebr. etiam al. — —	787	—
Deutero-Canonicos libros N. Tti. omnes recipiunt, nec de V. Tti. multum repugnant Heterodoxi —	165	—
Hi libri carmine comprehenſi —	164	—
Deya ſcientia, *ain* ut *g* vel k, hinc deák	454	—

Dich,

	pag.	lin.
Dich, *Dicha*, gallus, gallina —	493	—
Dies pleni invenientur in eis, hebr. al. —	410	—
Diffamo in Bibliis eſt dilaudo —	572	—
Diligens negligentia eſt, ornatum verborum fugere — — —	547	—
Dioryx eſt foſſa, canalis aquarum —	566	—
Dirige in conſpectu tuo viam meam —	401	—
Diſſertationes: de corvis Eliæ. De Arab. ling. util. De cenſu, & deſcriptione orbis ſub Auguſto — 777. 820.	766	—
Diſperdens parvulos de foris —	664	—
Diſtingue tempora — —	400	—
Dixit Dominus Dno. meo. hebraizantes variant — — —	616	—
Doederlein Joan. Chriſtoph. Jenenſ. Profeſſ. mort. 1792. quædam aſſerit Catholicæ veritati faventia — 165. lin. 26.	659	37
Dominicani Biblia hebraica numquam neglexerunt — — —	428	—
Arabicam linguam rudioribus ſeculis conſectabantur — 1217. ſect. ult		—
Dominus poſſed. me in init. viar. ſuar. ſi legatur *creavit*, valet *genuit* —	308	—
Dona Spiritus S. juxta hebraizantes non VII, ſed tantum VI. — —	784	—
Dormitavit anima mea præ tædio. Hier. vertit: diſtillavit anima mea præ ſtultitia.	406	—
Druſius Joan. Gall. Reform. LL. OO. Oxford. Prof. mort. 1616. de Vulgata honorifice loquitur — —	464	18
Ut & de LL. deutero-canon. —	203	—
Negat extare veram 70. verſionem —	306	—
Dudaim vel ſunt mandragoræ, vel muza Arabum — — —	681	—
Du-Hamelius Joan. Bapt. Paris. Profeſſ. ibi mort. 1706. hebræum corr. dicit 99.	893	—
Du-Pinius nat. 1656. errat. —	162	—
Dux de fœmorene Judæ, vel de vexillis ejus?	686	—

E.

Ecce adoleſcentula (aliqua communis) concipiet! — — —	262	—

Ecce

	pag.	lin.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, varie vertitur — —	805	—
Eccleſia eſt columna, & firm. veritatis	735	—
Eccleſiaſticus cæteris minus accurate latine verſus| — — —	421	—
Editio Græca quæ melior pro clero juniore? — — —	130	—
Editio 70. viralis hodie triplex —	302	—
Ego dixi in exceſſu meo. — —	570	30
Ego conſtitutus Rex ab eo ſup. Sion. —	4	—
Elatæ h. e. palmæ — —	571	—
Eli Eli lamma! — — 191.	950	30
Elias explicabit. 279. An igneo curru raptus? — — —	780	ult.
Elim Dii, vel arietes — —	796	—
Elohim Deus, Dii, Angeli, Judices —	771	—
Eloquentia abeſt a Scra. —	533	—
Enallage h. e. immutatio, univerſaliſſimi uſus figura eſt — —	761	—
Epiphanius hebr. gnarus — 18.	561	—
Epiſtolæ Ptolomæi ad Pontif. & hujus ad Ptolomæum — —	346	—
Epiuſion quotidianum, ſuccedaneum —	393	—
Eques, & equus commutantur —	472	—
Equus & mulus hebr. ſus, & pherd, nolite fieri — — —	494	—
Eraſmus Deſiderius a ſui amore gr. & lat. nomen mutuatus, ex ſponſa gravida, conjuge non conjuge anno 1467. 28. Octobr. nat. Canon. Regularis, etſi a Theologicis abhorreret, demum Theol. Doctoris tit. aſſumpſit, etiam Sum. Pontificibus Charus fuiſſe dicitur, mortuus 1536. N. Ttum. e græco vertit —	588	—
Erpenius Thom. nat. 1584. mort. 1624. peragratis Italia, Gall. Anglia, Germ. perceptis LL. Turc. Perſ. Æth. Arab. ut datas nomine Statuum Holland. Maroccum ab ipſo Arabice literas ipſe Imperator iterum, iterumque admirabundus legerit, & ſuis Arabibus oſtentaverit, Gramm. Arab. adnotat. in Lexicon Ra-		

phe-

	pag.	lin.
phelengii, edit. N. Tti. Arabica, Prov. Arab. notiſſimus — —	832	13
Errata qualia habeat Vulgata. 81. 103. 1184. Caballutius 421. & Nat. Alexander ei multa incaſſum objiciunt 421. l. 26.	468	—
Erraverunt ab utero, alien. a vulva. —	807	—
Eſtheris additamenta — —	176	—
Et fui h. e. ſues *eum non receperunt.* Stulta verſio — —	610	—
Et ſuper hanc petram, h. e. ſuper Petrum; exponit Michaëlis —	610	—
Etiamſi occiderit me, tamen in eum ſperabo, al. non ſperabo — —	5	—
Eumetablétæ literæ h. e. alternis permutabilis — — —	773	—
Euſtochium objectionis a ſe poſitæ difficultate Hieronymo ſudorem prolicit —	284	—
Evangelia omnia quatuor hebraice edidit Jonas	115	31
Evangelium *ſecundum Lucanum* —	389	—
Ex Ægypto vocavi Filium meum —	272	—
Excœca cor populi. 639. *Exeamus in campum* — — — 398.	976	—
Exeuntes de monumentis poſt Chr. reſurr. 619. Ex ſangvinibus — —	547	—

F.

Fabula h. e. verus, ſed incredibilis ſermo	194	—
Facies iræ columbæ. 669. Facio, operor, h. e. ſacrifico Hebræis, Græcis, Latinis uſitatum, e. gr. III. Reg. 18. vv. 23. 25. 26, — — —	412	—
Ferculum h. e. currum, vel lectum ſibi fecit Salomon de lignis Libani —	564	—
Feſler Innocentius nocet — —	383	—
Fide intelligimus aptata ſæcula h. e. Mundum — — —	361	—
Fidem veniens Chriſtus qualem non inveniet? 789. *Fides* apud Scriptores ſacros ſæpe eſt complexum totius Chriſtianæ profeſſionis, in oppoſitione ad gentiliſmum, & ſic *ſola* juſtificat, *ſola* ſalvat.	789	24

 Fi-

pag. lin.

Filiine, vel ædificatores tui, *benaichne* vel *bonaich?* — — — 648 —
Filii hominum usquequo gravi corde? hebr. aliter. 5. 407. — — 733 —
Filiæ tuæ de latere (tuo) *ſurgent*: fors potius *ſugent* — — — 692 —
Fleury Abbas non negat hebræum corr. 884 —
Firmamentum, heb. rakiya optime verſum, non vero: *expanſum*. 526. Firmavit Deus terram ſuper aquas. — — 527 —
Foderunt manus meas, & pedes meos: hebr. textus evidentiſſime corruptus eſt, & quidem veroſimilius ſtudioſe. 992. 697 —
Fœmina circumdabit virum. 784. Fœminæ ab Hieronymo hebraicam lingvam docentur — — — — 440 —
Fons aſcendebat, al. non aſcendebat. — 809 —
Fontes hodierni hebr. & græ. corrupti in multis locis. 865. 977. — 1085 —
Utiles tamen. 1139. & ſcrutandi. 3. Quando verſionum rivulis præferendi? 44. 1072. l. 28. Apographa hodierna nomen hoc non ex integro merentur. 118. In Fontibus occurrunt voces barbaræ, peregrinæ. 542. Fontes in Dogmaticis, & Moralibus interdum minus ſunt clari, quam Vulgata. 1052. Et hæretici non propter uſum Vulgatæ, qui apud nos viget, nec propter lectiones Fontium, ſed ob alias cauſas a nobis diſcedunt. — 1154 2
Forſteri Joan. Lutheri, & Melanchthonis amici, mortui an. 1556. de Lexicis Rabbinorum judicium. — — 501 —
Fortaſſe h. e. utique, pro certo. — 559 —
Frater non redimit, (neque alter) redimet homo. — — — 555 —
Fratres ſatagite, ut *per bona opera* certam veſt. voc. faciatis. 6. — 1118 14
Frigidus ſpiritu. — — 516 —

G.

Gaber h. e. vir, eſt etiam gallus gallinaceus. 516 —

Ga-

pag. lin.

Galatinus Petr. Minorita Romæ Theol. Profeſſor, & Leonis X. Pœnitentiarius aſſerit corr. Fontium. — 879 —
Gallus gallinaceus Hieronymi Iſai. 22. non eſt ſuo loco fugandus 516. qui juxta Theocritum, Lucianum, & Judæos apud Ugolin. Tom. 27. pag. LXXI. tres cantus ſui vices obſervat. 516. Idem gallus Petri monitor non vigil nocturnus, ſed vere gallinaceus fuit. — — 516 —
Garam exoſſavit, *garas* concupivit. — 684 —
Gazzaniga in prophetia Danielis in hebræo deeſſe, quo Judæorum reprobatio prædicta fuit, agnoſcit. — — 886 —
Gellius notat 700. millia librorum Alexandriæ arſiſſe. — — — 299 —
Genebrardus Gilbert. Pariſ. Doctor, hebr. ling. Prof. Ord. Bened. Ar. Epp. Aquenſis, irreprehenſibilis vitæ, & eruditionis protenſæ, Pagnini, & Caſtalionis verſionem reprehendit, mort. 1697. 579. 608. — — — 885 —
Generationem ejus quis enarrabit. al. & al. vertitur. — — — 701 —
Ginze, ut hung Kints, theſaurus — 541 17
Gloria in excelſis Deo. 6. — — 28 —
Gothica, h. e. ut reor, vetus Germanica, verſio caret Libris Regum, ne tot bellis ibi narratis gens bellicoſa adhuc magis irritetur. — — — 158 15
Gratia plena B. Virgo ex græco recte ſalutatur. — — — 599 —
Graveſon Igna. Hiacynth. Dominicanus, Doctor Pariſ. mort. 1730. leves adfert rationes contra Chronol. 70. viralem. 916 24
Gretſerus Jac. Jeſuita Ingolſtad. Profeſſor, vaſtorum in fol. voluminum Author, 1625. mort. pag 48. l. ult. — 1134 30
Græca, & Hebraica lingva quomodo poſſet cum fructu in Seminariis, & græca etiam pro prophana literatura in ſcholis pu-

pag. lin.

blicis tradi, fuſius narratur. 1139. 1146. l. 31. — — — 1160 29
Græci textus polyſemiæ exempla. — 790 —
Græcus textus N. Tti. habet lectiones corruptas per addit. ſubtract. & aliam immutationem. pag. 1085. item latinismos, & voces noviter effictas. — 543 —
Grotius h. e. Holland. ſeu Batav. dialecto *Magnus*, *Hugo*, juris-conſultus, Reginæ Sveciæ Conſiliarius, nat. 1583. fidelis ſuæ uxoris aſtu ex carcere, ciſtæ, quaſi libri transmitterentur, incluſus liberatus, in Galliis Ludov. XII. favores expertus, ſecta Armin. ad Holland, reverſurus, in via obit an. 1645. 28. Aug. cui ad ſuſcipiendam fidem Cathol. non voluntas, ſed in via facultas defuit, ut adnotat P. Engſtler Inſtit. Scrip. S. edit. Vien. 1775. Part. I. pag. 249. quoad ſenſum *literæ*, & explicandas Scræ. phraſes inter Heterodoxos *Incomparabilis*, de theopneuſtia quorumdam librorum, de prophetiis Chriſtum prænunciantibus, & de ejusdem Divinitate ſuſpectus, in Cantica Canticorum ſcandaloſus, 617. l. 14. — — — 892 —
Gud Arab. ut germ. ſignificat bonum. 700 —

H.

Hagara, pronunciando quaſi italice ſcriptum eſſet, hagiara, ſeilicet hagyzſara fugit, nempe Mahometh, & urbe Mecca, a conſpectu perſecutorum ſuorum, in aliam urbem, Medinam, unde *hegira* h. e. fuga. 766 —
Hayd male arguit. — — 1027 26
Hare Franc. dicit Pſalmos in hebræo textu eſſe majori ex parte turbatos, & vitioſos. 943. — — 891 —
Hebræa lingua quot vocabulis conſtet. 445. Eſtne difficilis. ibid. habet voces multijugæ ſignificationis. 476. & propter XII. rationes obſcuritatem præprimis jam hodie ſingularem. — — 628 —

pag. lin.

Hebraicæ literæ latinis ſono non reſpondent. 457. — — — 1180 —

Hebræus Fons mendis non caret. 976. Practice quoad nos ex integro authenticus non eſt. 1022. Partialis, & quidem multiplex ejus ab Archetypo diſceſſio extra omne dubium ponitur. 857. 1004. Omnes in contrarium rationes clare enervantur. 896. 1025. Hebræi in conſervandis Bibliis interdum erant negligentes. 943 —

Hegumeni h. e. Præpoſiti, ſuperiores. 301 —

Heptaſtadium, via certæ diſtantiæ præparata. 222 —

Heſychius. — — 298 —

Hexapla Origenis — — 265 —

Hieronymus Stridovæ in Hungaria in Com. Szalad. natus. 433. Vulgatæ Author eſt. 399. fuit Athenis. 443. Conſtantinopoli audivit Gregorium Naz. peragravit præter Paleſtinam, Thraciam, Pontum, Bythiniam, Galatiam, Capadoc. &c. In Syriæ deſertum ſe recepit, ubi adeo auſteram duxit vitam, ut vix oſſa hærentia collideret, & ſquallida cutis ſitum Æthiopicæ carnis obduxerit, (ait ipſe epi. 22.) Hieroſolymis hebræam linguam alias inter cauſas, etiam ex fine domandæ carnis magno fatigio didicit ab optimis magiſtris. 449. Romæ apud Damaſum Papam fuit ſecretarius. 439. De familiaritate cum fœminis ſubſumptus, a morte Damaſi eremum Syriæ repetiit, antrum Bethlehemiticum elegit, hebraicam non tantum perfecte ſcivit, ſed etiam locutus eſt. 453. Hodierni Hebraiſtæ poſſunt illum ſuperare grammaticaliter, & ad mentem hod. Rabbinorum, non Rhetorice, vel hiſtorice, & quoad exactam rerum Scripturiſticarum intelligentiam. Hebræos jam ætate ſua aliquos textus qui Chriſtum ſonant, eraſiſſe, mutilaſſe, dicit, & fidem eorum ſuſpectam habet, 871. Et revera jam illo tempo-

pag. lin.

re codex hebræus nævos ſuos habuit. 930. Quibus ex cauſis Biblia verterit. 339. Codice uſus eſt meliori, qnam ſit noſter hodie, 929. l. penult. cui Samaritanum codicem aliquando prætulit. 873. De punctis vocalibus nec ſomniavit 629 —

Hiphilica verba Hungaris cum Hebræis communia. 549. — — 1196 30

Hircus abituriens, yazyazel. — 800 —

Hiſpaniæ nomen ab ha ſchaphan, ſeu heſpan, hiſpan, h. e. a cuniculis, qui ibi copioſi, deducunt aliqui. — — 403 —

Hoettinger Joan. Henr. mort. 1667. Reform. Theol. Author Biblith. Orient. Lexici harmonici heptaglotti. — — 953 —

Honoratus a S. Maria Carmel. diſcal. Ord. Provincialis, & Gen. Viſitator, egregius Criticorum Criticus, mort. 1729. hoc tempore commendandus. 293. l. 19. 624 8

Hoſanna h. e. ſalva quæſo! — 508 —

Huetius Daniel Abrinc. Eppus. LL. Orien. gnarus, Bochartum magni fecit, Boſſueto Delphini Inſtitutori adjunctus, dum Bibliothecam ſuam Pariſienſibus Jeſuitis donat, apud eos moritur anno 1721. magnus Philologus, Judæos pro Scrarum. adulteratoribus habet. — 892 24

Houbigantius Car. Franc. Orator. Jeſu Presb. Paris. mort. 1783. æt. 94. Criticus celeber hebræum textum valde corruptum docet, Samaritanum textum ei præferens. 312 34

Humilitas ſæpe in Scra. non virtus moralis, ſed ſors vilis, & abjecta conditio, inde Luc. II. reſpexit vilem ſortem ancillæ ſuæ: verti debere, urget Eraſmus in colloquio Medardi. — — 565 28

Hungaris voces multæ cum Hebræis, aliisque Orientalibus communes. 1795. lin. 23. hálál 791. & 803. mahar, hamar 795. 853. 454. 493. 758. l. 1. 853. l. 24. 773. lin. 28. 973. & 479. *Ragal* oblocutus eſt, detraxit. 823. *Pathachh* fons,

Hy-

eruption ex venis aquarum. 835. *dahhana* Ar. fumigavit. 836. l. 2. *kaſzála* fecuit falce. — — 826 —
Hyperaſpiſtes h. e. defenſor, protector. 33 —
Hypobolimæon h. e. ſuppoſititum, falſum 330 —
Hyſſopo circumponentes. — — 790 —

I.

Jachhal habet VII. ſignificationes — 803 —
Jacob virgamne, ſeu ſceptrum reſpective adoravit, vel Deum? — — 649 —
James Thomas nat 1571. edidit an. 1600. *Bellum Papale* de Vulgata, in 4. reimpr. an. 1678. in 8. — — 468 —
Jehovah mala pronunciatio. 517. Jephthe votum. 703. Jeroboam, rediit, hebr. non rediit. 655. Jeruſalem etymon. — 800 —
Ibno, vel Ebno h. e filius, ſolet Arabice, ex more vetuſto, etiam in Scra. manifeſtato, Judith. Cap. 8. v. 1. adponi nominibus propriis — — 500 —
Idiotæ non ſunt, qui hebræum text. Vulgatæ certa ratione poſtponunt, & corruptionis illatæ accuſant. 86. — — 856 —
Jehab eſt donum. — — 786 —
Illic iter, quo oſtendam illi Salut. hebr. aliter. — — — 689 12
Illuminat omnem hominem Chriſtus *venientem*, vel *veniens* in hunc Mundum, ex græco ambig. — — 715 —
In capite libri ſcriptum eſt de me. — 1001 —
Increpa feras *hirundinis*, loco *arundinis*. 617 —
In doctrinis glorificate Deum. mira varietate vertitur ex hebræo. — 704 —
In Domino laudabitur anima mea. — 563 —
In finem h. e. in æternum. — — 519 —
Infrunitus h. e. pro nullo uſu valens, nequam. 540 —
Injuſti punientur hebr. deeſt. — 1012 —
In imagine pertranſit homo. melius: *in*, vel *tamquam umbra*. — — 555 —
In loco *is* græce, ablativus vice accus. 424 —

	pag	lin.
In manibus tuis *ſortes meæ*: hebr. tempora mea. — — —	322	—
In medio annorum vivifica illud, 70. verſores: *In medio duoruu animalium*, vel juxta valde multos veteres: *vitarum*, *cognoſcéris*. — —	292	—
Imperfectum meum, h. e. me adhuc embryonem, corpus meum adhuc imperfectum vid. oculi tui. 561. — —	835	21
In principio creavit Deus cœl. & ter. 518. 360. — — —	771	—
In religione non valet indulgentia, & condeſcenſio. 1003. — —	1083	25
Interpunctiones in ſcriptione quam vetuſtæ?	723	—
Interuſurium lege defixum Chriſtus non vetat. — — —	788	—
Introibo ad altare Dei. 798. Interna & vera neceſſitas Fontium nulla eſt. —	1236	30
In præpoſitio varie ſumitur. —	703	17
Inveſtigabiles viæ ejus. Intellectus captivandus. 1215. l. 15. — —	423	—
Invocetur ſuper pueros iſtos nomen meum.	759	—
Joctanidæ Arabes 377. 812. *Joannes Baptiſta* comeditne acrides, h. e. locuſtas, vel acrades h. e. pira ſilveſtria. 645. l. 20. *Jones* Græci. — — —	824	9
Jonah ælæm h. e. columba muta. hebr. aliter, & aliter vertitur. — —	780	—
Joſephi nomen, Salvator Mundi. 509. —	513	—
Ipſa loco *ipſe* conteret caput tuum o ſerpens! ex ipſo hebræo defenditur.	483	—
Iſaac riſus 474. Iſidorus Clarius. —	587	27
Iſrael prævalens Deo. 695. Iſrael aggregabitur, al. non aggregabitur. — —	684	
Iſte (Enos) cœpit invocare nomen Domini. hebr. quinque, aut ſex ſenſus habet.	804	4
Itala vetus ita perivit, ut ejus in orbe nullum ſuperſit exemplar. —	389	—
Juchhaſin qualis liber? — —	883	—
Judas ad vitemne, vel ad civitatem pullum ſuum ligabit? — —	669	—

Ju-

pag. lin.

Judæi ter de die maledicunt Chriſtianis ſub nomine *Notzerim*, ſeu Notzrijim teſte Hieron. in Iſai. 52. — 861 10

Juſtitia h. e. eleemoſyna. — — 951 28

Juſtinianus Imp. Deuteroſibus, ſeu traditionibus Rabbinicis interdictis, permiſſa Aquilæ verſione, 70. viralem Judæis præſcripſit. — — — 337 —

Juſtinianus ex Dominicano Eppus. ante Lutheri motus Octapla LL. Or. edidit. 1210 6

K.

Kabal, unde Kaballa, h. e. ſecretioris, ac myſticæ traditionis Judaicæ doctrina, vox eſt apud Orientales valde polyſema, alia inter valet, ut hung. clamare. 780. 33

Kaſzanitzki Adamus 87. — — 1200 25

Kara petiit, invocavit. 757. Keri chethibh. 8. Kéri Joan. Paulinus. — 358 24

Károlyiana verſio Acatholicis Hungaris tam uſitata, ſicut Catholicis Káldiana. 614 —

Kikajon Jonæ forte non eſt palma Chriſti, ſeu ricinus, quia hunc ex Plinio notum habens Hieronymus, ſuum kikajon continuo habet pro frutice Syriæ proprio. Vide Cicajon. — — 185 39

Kircherus mort. 1680. in Ægyptiacis celeberrimus. 151. — — 150 —

Krammer Franc. — — 662 36

L

Labores *manuum tuarum* quia manduc. olim aliter lectum, ab Hieronymo ex hebræo emendatum. — — 390 33

Laodicenſes ad S. Paulum ſcripſerunt. — 945 —

Latina veritas Auguſtino eſt fidelis verſio latina. — — — 393 —

Latinitas Vulgatæ non debet reprehendi. 529 —

Latinitatis Eccleſiaſticæ Author Tertullianus. 533 —

Laudate Dominum in ſanctis. In fonte quos ſenſus habet? 415. l. 27. — 704 13

Leigh Eduar. e ſecta Britan. — 446 —

	pag.	lin.
Leſſius Profeſſor Dogm. — —	165	13
Leusdenii Compendium hebr. 445. —	1190	—
Levita Elias Rabbinus German. —	670	6
Lexica Hebraica etſi optima, hucdum omnia imperfecta. — —	814	—
Lex tota olim una ſerie deſcribi ſolita, ac ſi unicus verſus eſſet, — —	670	—
Lex vocatur tota Scra. S. a prima, & præcipua parte. — —	237	—
Libros omnes S. Scræ. Antiochus comburi juſſit. — —	385	—
Lightfootus Horas hebraicas edidit mort. 1675. — — —	827	—
Lingvarum hebr. græc. Arab. periti ante Luth. fuerunt. — —	1211	23
Lô hebraice jam affirmat, jam negat. 5. l. 29.	694	—
Loca Paleſtinæ vidiſſe confert ad intelligendam Scram. — —	441	—
Lot concubuit cum filia, & non advertit.	629	—
Ludolphus Job nat. Erfordii in Thuringia, Electoris Palatini Conſiliarius, XXV. ut fertur, lingvarum gnarus, mort 1704. Æthiopicæ lingvæ in Europa præcipuus inſtaurator, edidit Hiſt. Æthi. Grammaticam Æth. & Lexicon Francof. in fol. 1698. pag. 154. & — —	980	6
Ludovicus de Dieu Vulgatam laudat.	464	—
Lutherus Mar. Iſlebiæ natus an. 1483. ex occaſione Alexii, ſocii ſui, fulmine tacti fit Auguſtinianus, a Catholica an. 1517. deficit, poſito an. 1514. religoſo habitu an. ſequ. Chatar. de Bore monialem ducit, an. 1546. 18. Febr. mort. Biblia ex hebræo vertit. 595. an. 1534. quæ imdiate ex hebræo facta germanicas inter prima in Germania fuit, incipit: *Am anfang ſchuf Gott* &c. 596. l. 25. ad Rom. 3. 28. ſuum *allein* de fide ſola juſtificante, fide textus Orig. & omnium verſionum repugnante, intruſit. 601, illud Ave *gratia plena* holdſeelige vertit. Rom. 12. loco: Domino ſervientes ſitis: poſuit *ſchicket euch in die Zeit*. I. Cor. IX. 5.		

ha-

pag. lin.

haben wir nicht macht eine Schweſter zum Weibe mit umher zuführen. 600. hebraica Biblia in uno, alterove loco dixit eſſe corrupta. 604. Canonem Tridentinum jam prævie approbavit de Vulgata ſonantem. 595. non hebraicum, ſed Vulgatæ textum pro fundamento ſuæ verſionis habuit 604. nemo ipſo in Hebraizantes acerbius, & ſolemnius fuit invectus. — — — 591 —

Luter in Bibliis eſt lavatorium. 571. Lyranus Nicol. — — 877 —

M.

Mabillonius Joan. Ord. Bened. Pariſ. mort. 1707. — — 971 —

Machabæorum etymon. — 770 —

Macri Dominc. — — 922 —

Magis majores nugæ. — 552 —

Mahometh, ſeu ut Arab. effertur, Muhhammed etymon, & ſignif. — — 684 —

Maldonatus Jeſuita Hiſpanus mort. 1583. 1185 3

Manda Deus virtuti hebr. aliter. 638. Manda, remanda. — — 691 —

Manico, h. e. mane adſum — 550 —

Manus ejus in cophino ſervierunt. hebr. al. 678 —

Martianæus Ord. S. Bened. S. Mauri mort. 1717. — — 887 —

Martini Raymundus Dominican. — 1045 22

Maſorethæ orbi univerſo oſtenderunt ad intelligendam Scram. S. traditionem eſſe neceſſariam. 633. Non raro inepte punctarunt Biblia. 635. textum Lev. XI. 21. de locuſtis corruperunt. 695 —

Maraccius Ludov. Cleric. Reg. Congreg. a Matre Dei ſub Innoc. XI. ab Al-Corani editione Arabico-Latina celebris, obiit 1700. — — 11. — 1070 27

Maria. — — — 794 —

Maledicta terra in opere tuo, h. e. futuro opere culturæ. heb. al. — 683 27

Mathiæ Corvini Bibliotheca — 1037 —

Me-

	pag.	lin.
Mecheroth h. e. venditionis & emptionis ſymbolum, aſſeclarum Anti-Chriſti —	757	—
Meibomius mort. 1711. errores hebr. codicis ultra ter mille exponit. —	890	25
Melchior Canus 44. affectationem latinitatis in Scra. reprehendit. 575. l. 24.	1152	7
Meliora ſunt *ubera tua* vino. hebr. *amores tui.* — — —	683	—
Melon, pomum, & ovis. 554. Meridianum dæmonium. — —	409	—
Memento Domine David! — —	13	—
Menſurabiles poſuiſti dies meos —	554	—
Mendelſon inepte verſum: tu es Sacerdos ſec. Ord. Melchid. reddit. —	582	24
Meſſias ad delendumne, vel ad obſignandum peccatum venit? — —	687	21
Mihi alienigenæ ſubditi ſunt. hebr. eſt corrup.	582	—
Michaël a S. Joſeph Romæ Cenſor Ord. hebræum cod. corruptum dicit. —	883	14
Michaëlis Vulgatam laudat. Vide *Semlerus*! 475. — —	615	12
Millerus Profeſſor unum tantum admittit ſenſum literalem, 24. totam verſionis 70. viralis narrationem pro fabula habet.	244	—
Militia eſt vita hom. —	490	—
Milliones floren. ad ædific. templi Salomon quot impendit? —	747	—
Millius Anglus nat. 1645. in favorem Vulgatæ habet complura 124. 623. l. 36.	1088	20
Mindſzenti Samuel *Helv.* Confeſſ. (corrige illud *Aug.*) refert verſiones Hungaric.	627	17
MSStorum, ætas incerta — —	120	—
Minuiſti eum paulo minus *ab Angelis.* Hier. vertit. *a Deo.* — —	407	—
Mittamus lignum in panem ejus. —	767	22
Mirificavit voluntates meas in eis hebr. corrup. — — —	796	—
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me —	561	—
Molnár Albert. — —	613	30
Molere gr. & lat. tranſfertur ad obſcœna	773	2
Montes coagulati h. e. gibboſa altitudine eminentes. — — —	570	—

Mona

	pag.	lin.
Monſperger Julianus illud *ſicut leo* excuſat 1004. & alibi quoque interdum minus apte loquitur 51. l. 16. & 84. l. 9. 361. l. 27. — —	585	23
Moria mons, 515. *Morinus* Joan. Oratorii Presbyt. parentibus reformat. natus, converſus, mort. 1659. OO. LL. gnarus edidit 70. vitalem verſionem, textum Samaritanum, Exercitationes Biblicas, multus eſt in oppugnando textu hebræo 303. 881. l. 13. —	1150	—
More nebbuchim eſt inſignis liber. 557. 500. l. 19. *Mulier* reliquit maritum 687. l. 35. Mulierem fortem quis inveniet?	696	31
Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum. heb. aliter, & aliter verti poteſt —	795	—
Moyſes non eſt Manaſſes — —	974	14
Multiplicaſti gentem, non magn. læt. hebr. contrarie habet — —	5	—
Mundus *cum initio* h. e. non absque initio creatus, Gen. 1. 1. — —	359	—
Mundum de immundo conceptum ſemine .	590	—
Muis Simeon Pariſ. Profeſſor mort. 1644. in Pſalmis explicandis dexter, zeloſe, nec tamen efficaciter pro hebr. textu argumentatur. 51. —	1030	25
Münſter Sebaſt. German. Franciſcanus, dein Proteſtans, mort. 1552. poſito ei epitaphio: *Germanorum Esdras hic, Straboque conditur* — —	611	3
Mures ex loco ſuo I. Reg. 5. 6. a Calmeto ſatis nervoſe, nec tamen efficaciter depelluntur. — —	888	26
Mutuum date nihil inde ſper. per hoc interuſurium non vetatur. — —	787	33

N.

Nætzachh æternitas vox polyſema 795. Nakaph excuſſit, koph excuſſio 509. Nardus piſtica — —	789	—
Natalis Alexander de 70. editione apte diſſerit. 222. Græcum textum in multis		

poſt-

	pag.	lin.
poſtponit Vulgatæ. 210. 1124. l. 1. cui tamen tot errores incaſſum objicit	468	—
Nazaræus vocabitur Chriſtus. 275. Nazaræi rubicundiores ebore —	847	—
Nephtali cervusne, vel arbor? 669.	619	—
Nervus eſt cippus. 571. *Nes* ut hung. ſignum, vexillum — —	693	—
Ne tradas beſtiis animas confit. tibi. hebr. al. & quid ni corrupte? —	684	32
Niſi manducaveritis car. Fil. hom. merum præceptum, in ſenſu textus etiam poſſet eſſe de neceſſitate abſoluta, ſive *medii*	707	31
Nizolii Marii Itali ſec. 16. Theſaurus Ciceronianus habet voces primo aſpectu minus latinas. — —	537	—
Non addetis ad verbum: poſſet torqueri ex hebr. quaſi contrarie, 665. *Non* auferetur ſceptrum de Juda. 783. *Non* concupiſces uxorem prox. 665. *Non* confundetur ſperans in Domino, hebr. al. 688. *Non* eſt de fide omnes homines morituros, ſed tantum naſci morti obnoxios. 754. *Non* eſt litera in lege, a qua montes magni non pend. 764. *Non* eſt occultatum a te oſſum meum. 409. 547. *Non* ipſi nos fecimus. 5. *Non* in hebr. jam affirmat, jam negat. 694. in fin. *Non* omnis h. e. nullus. 557. *Non* reſurgent impii ad æter. gloriam. 415. *Non* viderunt ſolem, ſupercecidit ignis iræ Dei. hebr. fors corr. —	685	—
Noſtra promptuaria plena, hebr. *eorum.*	691	—
Nugas Sophon. 3. 18. oſores Vulgatæ nugaciter impetunt. — —	534	—
Numeralia hebraice quomodo efferuntur?	499	—
Numeri in Bibliis interdum male poſiti 750. authentiæ non obſunt 367. eos quoad præſentem numerandi facilitatem ab Arabibus didicimus 471. —	755	—
Numerus florenorum David. 747. *Numerus hominis eſt* — —	757	—

Nun

	pag.	lin.
Nun litera hebr. ab initio ſæpe tollitur	508	—
Nunqnid motuis facies mirab. —	412	—
Nunquid Sion dicet? Græci al. olim legerunt	5537	—

O.

	pag.	lin.
Objectiones contra aſſertam partialem hebr. & græci codicis corruptionem ſolvuntur 896. 1025. — —	1125	—
Obſcuritas Scræ. S. ſicut alia res ſenſu perceptibilis, phyſice certa eſt 25.	651	—
Oculi ejus *in pauperem* reſpiciunt, Hier. *in robuſtos* 413. *Odivi.* — —	550	—
Olympias ſpatium 4. annorum, ejus initium	353	—
Omnis conſummationis vidi finem —	569	—
Onkelos quis? Oraq chald. lex. ordinavit in me charitatem. 133. 238. —	959	—
Ordo Dominican. omni ſeculo habuit peritos LL. Orien. 429. l. 26. —	1217	23
Origenes docet Hebræos ex Scris. hebraicis multa ſuffuratos 183. ejus Hexapla	265	—
Originale peccatum an ex Pſal. 50. probetur? — — —	807	—
Oſiander Andreas Lutheranus fabri Hoffman fil. mort. 1552. Biblia Vulgatæ edit. ad fontes hodiernos emendavit, edit. in fol. Francof. 1618. — —	34	29
Oxonienſes de Vulgata bene ſentiunt. —	34	—

P.

	pag.	lin.
Pæan fatidicus Apollo ex *Phayane*, quod ex conjectatione ſomni Joſeph accepit.	509	—
Pagninus eruditus Dominicanus in verſione an. 1523. abſolvta, barbarie horreſcente 25 annis laboravit 551. —	578	—
Palimpſeſtus, quaſi raſile, pugillare —	139	—
Pan Deus — — —	1019	—
Panem Angelorum manduc. homo. —	791	—
Panem noſt. *quotidianum.* — —	148	—
Pannoniæ Eppus. Nicæno I. ſubſcribit.	436	—
Papyrus noſtra quando cœpit? —	971	—
Paraclytus per *y* infamis — —	959	—
Parietem nudavit gladius — —	570	13

Pa-

	pag.	lin.
Parochus Hieronymus non fuit —	440	—
Paronomaſia ſcita alluſio vocis unius ad alteram ſignificatione variante 184. l. 20. & 185. l. 38. — —	1222	6
Parrheſia libertas ingenua palam edicendi quod quis ſentit, aut vult —	282	—
Parviſſimus vox aureæ æt. Authori uſurp.	540	—
Patres non ex neceſſitate, nec in rebus momentoſis, ſed in Philologicis tantum recurrunt ad linguas Originales; alia vero omnis juxta ipſos inanis eſt ad fontes provocatio. 87. 211. 1153. 1237. 331. 1075. l. 39. — —	1231	—
Patres comed. uvam, dentes fil. obſtup.	784	—
Patria in Bibliis eſt familia, tribus, hinc Patriarcha Princeps familiæ. —	572	—
Paulus Apoſt. os tubæ 436. græcas elegantias non ſcivit, Petro reſtitit. 1209.	543	—
Pauperes *evangelizantur*, alii contendunt verti debere *evangelizant*, quia vox gr. ambigua eſt — —	790	—
Pavones, & ſimii — —	493	—
Pázmán Petr. 772. 886. —	656	34
Peccatum meum contra me eſt ſemper	555	—
Pecuniæ obediunt omnia hebr. al. & al. vertitur — — —	786	—
Pentateuchus Samaritanus — —	311	—
Percuſſiſti omnes præv. ſine cauſa. hebr. al. *Perdam* hebr. Vulgata: *conſervabo* 676.	321	—
Percuſſit Deus de Bethſamitibus 50. millia	743	—
Peretz genuit chetzron loco: Phares Eſron	580	—
Periit memoria eorum cum ſonitu. 414.	663	—
Perſæ in hunc uſque diem non ſororibus tantum, ſed & matribus, & filiabus nuptiarum lege miſcentur: verba ſunt Theodoreti, adſtipulante Aug. apud Corn. a Lap. in C. 21. Iſai. —	252	—
Petavius Dion. Gallus, non minor græcus, quam latinus, ingentes a vaſtitate eruditionis ſuæ laudes emeruit, vere doctiſſimus, & ſtilo lat. elegans Jeſuita Pariſiis obiit 1652. multa in Chronol.		

ad

	pag.	lin.
ad defenſionem hebr. textus ſupponit, quæ juſte negantur. — —	379	—
Pezronius Paul. Ciſtercita, Doctor Sorbon. mort. 1706. urget 70. viralem Chronol. eſſe potiorem, & Mundum vulgari computu longe vetuſtiorem —	377	—
Pfeiffer Auguſtus in inf. Saxonia nat. 1640. Critic. plerarumque LL. Orien. notitiam habuiſſe dicitur, ingenii acumen poſt caſum de tecto læſo graviter capite qua puer quinquennis dein conſecutus, Lubec. Superintendens 345. l. 6.	658	4
Pharao, Pyramides etymol. —	494	—
Phered heb. mulus — —	491	—
Philadelphus Ptolomæus male ex integro vituperatur 252. Mecænas fuit, Muſæum habuit 254. ante ipſum publica V. Tti. verſio non fuerit — —	248	—
Phraſes apud Arabes actu vigentes hebraicos textus Biblicos feliciſſime elucidant.	833	—
Pichler Vit. 788. l. 20. Picus Mirandolæ Comes 1220. l. 21. — —	884	—
Pittacium eſt plicatura veſtis —	570	—
Pocockins Eduar. Anglus mort. 1691. LL. OO. Speciatim Arabicæ gnariſſimus vertit Abulpharagii Dynaſtias, Eutychi Annales ex Arab. — 903. l. 35.	886	21
Polyglotta. — —	156	—
Polyſemia h. e. multiplex unius vocabuli ſignificatio *ſæpe reddit ſenſum obſcurum* 775. 682. — —	809	14
Pone cuſtodiam ori meo hebr. al. & al.	780	4
Pontius Baſilius. — —	881	—
Poſſedi virum per Deum: ait Eva. Lutherus aliter vert. — — —	711	25
Præcepi corvis — — —	777	—
Præceptum h. e. antea perceptum —	572	—
Præveni in matur. — —	421	—
Prævaricantes reputavi omnes: hebr. quaſi *ſcoriam reputaſti tu* omnes. —	637	—
Pravitatem Deus in Angelis reperit: hebr. vox incertiſſima. — —	792	—

pag. lin.

Principes al. *cantores* conjuncti pſallentibus h. e. cantatricibus — — 689 —
Principes pop. cum Deo Abraham. — 643 —
Probabiliſtæ, & probabilioriſtæ eodem textu pro ſe uti poſſunt. — — 733 —
Promeretur Deus tal. hoſt. — — 551 —
Pro morte: pro hæreditatibus: Pro ſuſceptione matut. tit. Pſalm. 644. — — 519 —
Propter legem tuam ſuſtinui te: hebr. hod. aliter. — — — 785 —
Propter ſcelus populi percuſſi eum: videntur hic Judæi aliquid immutaſſe. — 762
Providentia Dei non exigit fontes Script. conſervari. — — — 1025 —
Pſalmi corrupti in hebræo exhibentur. 1004 In Pſalmis Judæi nos unitate prævertunt. 133. Pſalmi noſtri à verſione Hieronymi differunt. 405. ſic legendi, ſicut legit Eccleſia, non ſicut ſunt in hebræo. 404. Pſalmorum tit. pro iis, qui commutantur: 642. Pſ. *Beati immaculati:* 405. Pſalmos Hieron. quadrupliciter exercuit 403. Pſalmus primus: *Beatus vir*: ſuppoſitis, quæ eruditi ſupponunt, poſſet mire Chriſti paſſionem ſonare. 670. Pſ. *Tecum principium:* 21. hebr. al. 23 —
Pſontomphanech ignotum Joſephi nomen eſt *Salvator Mundi*: dum enim Hieronymus tempore ſatis longo ſub Didymo Theolog. Doctore Alexandriæ morabatur, Coptitæ in monaſterio Nitriæ eruditione florebant, ergo de vocis hujus Ægyptiacæ ſignificatione edoceri potuit. 512 —
Ptolomæi Reges. 213. Puer h. e. cultor, famulus. 572. Pulcriores ſunt oculi ejus vino. 712. Pulcritudo agri mecum eſt. 690. *Puncta vocalia* literis non ſunt coæva 7. — — — 629 —
Punica ſeu Pœnorum Charthaginenſium lingva ante dominat. Romanorum eadem cum hebræa, 1199. 1230. 871. ut patet vel ex nominibus Anna, Eliſſa, Hanni-

	pag.	lin.
nibal, Azrubal 491. Pygmæi in turribus	800	—

Q.

Quadraginta annis *proximus fui* heb. *offenſus fui* — — —	323	—
Quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur: 70. legunt *tres dies* — —	210	—
Quæcunque ligaveritis, erunt lig. eſt phraſis hebr. — — —	844	—
Quare triſtis es anima mea: hebr. corrup.	1014	—
Quia tuum eſt regnum, tua potentia &c. merum aſſumentum eſt in *Pater noſter* 589. 1095. — — —	1087	34
Quid detur tibi, aut quid apponatur.	931	—
Qui dimiſſam ab alio duxerit, mœchatur: Károlyi addit: ſi faciat hoc *ſine cauſa*	621	—
Quieſcere faciamus omnes dies feſtos.	401	—
Quid glorieris *in malitia?* hebr. vertitur: *in bonitate*, vel pietate. — —	413	—
Qui jurat proximo ſuo, & non decipit, ex hebr. vertitur diverſiſſime, etiam contrarie.— — — —	637	—
Quis eſt hæc mulier? *quis* eſt generis communis apud Plaut. — —	540	—
Quis poteſt facere mundum de imm. concep. ſem. — —	390	—
Quod factum eſt, in ipſo vita erat —	736	—
Quoniam non cognovi literaturam: potius: numerum beneficiorum tuorum —	642	—

R.

Rabbini ætate Hier. doctiores erant, quam hodie 454. Aliqua monent in Bibliis eſſe honeſtius efferenda 964. quibus juxta Judæos, velut ipſi Deo, eſt obediendum	95	—
Ræſchæph, avis rapax, ſcintilla, diabolus, ventre reptans — —	503	—
Ragal hebr. & hung. ſermone detraxit, ſed Ar. & Syr. aliud ſign. —	823	—

	pag.	lin.
Rambachius Luth. Profeſſor mort. 1735. obſcurit. Scræ. docet 659. l. 33. Lutherum Vulgatæ ſubſidio uſum agnoſcit	466	16
Recurſus ad Fontes, etſi in quibusdam locis vitiatos, *certis in caſibus utiliſſimus eſt* 334. 925. l. 22. — —	1139	—
Reges eos in virga ferrea —	663	—
Regnavit *a ligno* Deus, *a ligno* veteres paſſim tradunt ab Hebræis eraſum.	865	—
Regnum cælorum vim patitur: quot habet ſenſus? — — —	790	—
Reineccius Chriſtian. Luth. Profeſſor mort. 1752. edidit Biblia hebr. Lexicon, Grammat. 70. viralem verſionem, quam commendat. 1201. l. 28. —	327	—
Regulæ boni verſoris — —	430	—
Rephaim gigantes, mortui, debiles, infirmi, manes — — —	773	—
Reſpexit humilitatem, humilem ſortem anc. ſuæ	556	—
Reverentia eſt pudor, & confuſio 563.	565	—
Rex virtutum Dilecti Dil. ſi dorm. inter cleros. 560. l. 17. —	800	—
Reyah vox polys. — —	410	—
Rhenferdius numerum Apocal 666. ſymbolum liberæ emptionis Caballiſtice exponit hebr. mecheroth. —	757	—
Roma hebr. altitudo, gr. robur valet	513	—
Rufini contra Hieron. argumentum 197. Rükkamthi acupictus, delineatus ſum, loco: vekomathi, & ſubſtantia mea:	835	—

S.

S litera an ſit pronuncianda ſono hungarico velut *ſch* germ. vel latino, levitas iſta conſtitit cæde 42. millium hominum	689	—
Saadias haggaon mort. 942. Soranæ Academiæ Rabbinus edidit *Sepher haamunath*, ſeu librum fidei Judæorum, & Arabice pro incolis Ægypti Pentateuchum	156	—
Sacramentum hoc (matrimonii) magnum eſt	589	—
Sadoth valde multa, & incerta habet ſignificata — —	641	—

Sa-

pag. lin.

Saducæi, qui cum alteram vitam negarent, ad puniendum in præſenti rigoroſi erant, inficiati ſunt immortal. animæ, exiſtentiam ſpirituum, omnes rejecerunt libros Scræ. præter Pentat. — 912 —
Salvatoris nomen proprium Chriſti in hebr. textu hod. corrup. — 990 —
Salvator Mundi eſt dictus Joſeph. 519 —
Samaritani, & eorum Pentateuchus 311. 695. 725 13
Samech fulcrum. — — 509 —
Sammiel creditur eſſe auſter æſtuoſns per qnad. horæ in Ægypto, Arabia, & Meſopotamia furens mane circa 8. 409 —
Samſon an maxilla aſini uſus? 645. an 300. vulpes colligaverit — — 645 —
Sanaberis al. non ſanaberis 4. Reg. 8. 10. 785 —
Sangviſuga habetne duas filias? — 643 —
Sapientia graditur cum electis ſeminis, al. feminis — — 639 —
Saraceni h. e. Orientales, vide Arabes. 813 —
Sarkarka h. e. pica juxta Rabb. — 780 —
Semleri Halenſ. Prof. celeber. liberioris judicii, mort. 1791. & Michaëlis Joan. David. Gœtting. de libertate proprii judicii, de conjuncta vaſtæ Orien. LL. cognitioni præſumptione animi notati an. 1791. ~~mortui~~ exerrans opinio. 206 —
Sechvi gallum ſignificare non ſine fundamento dicitur, licet a *Sachah* imaginari, cogitare, pro corde, ſeu mente ſumi Bochartus Par. poſter. Hieroz. L. 1. pag. 144. & Hoettingerus in Analyſ. Libri Job obſervent. 495. — 502 —
Sectio Scræ. S. in commata, CC. verſus, cui vulgo tribuatur 720. Seculo cuivis ſua ſunt vitia, ſtilus, guſtus 532. Semel tantum occurentes in Scra. voces. 452. — — 828 —
Senſus Biblicus vocum a Theologico interdum ſecernendus 415. Sepes legis Sejag. 282. Sephora pedes filii tetigit. 641 —

 Sep-

	pag.	lin.
Septuaginta Interpretum editio ævo Hieron. extitit, cui ſub cœlo præferre nihil Chriſtiani voluere. 341. 351. ejus periit autographum 299. 1037. decreto Pontificio roboratur 302. &c. — —	305	—
Serapeum eſt templum Dei Serapidis 299. Seraphim ſunt ſerpentes, & Angeli	402	—
Serviles apud Hebr. literæ 448. *Sex mille* annis durabitne Mundus? —	365	—
Sexto, non ſeptimo die Deus opus creationis perfecit — —	3	—
Schevchzer Joan. Jacob. Medicinæ Doctor nat. 1672. Phyſicam ſacram edidit.	748	—
Schiloh corrupta, & veteribus ignota eſt lectio Gen. 49. 10. incertiſſima omnis de ſign. ejus divinatio, *ſchallo* legi cum veteribus debet, *donec veniat is*, *cui hoc ſceptrum pleniore jure eſt deſtinatum*, Hier. clarius vertit: *qui mittendus eſt*, vel quia per *chheth* ſimillimam literam legit, vel quod notiori ſenſu convertere voluerit, 84. 736. 980. — —	689	—
Schindlerus Valent. Profeſſ. Vitemberg. mort. 1611. edidit *Lexicon* Hebræo-Syr. Arab. Chald. Thalm. Rabbinicum, ſeu *Pentaglotton* 928. — —	988	—
Scio h. e. puto Ar. & Hungari uſurpant	834	—
Scio, quod Redemptor meus vivit.	583	—
Scipionem robuſtum tuum loco: virgam virtutis tuæ emit. Dom. —	616	fin.
Scopebam ſpiritum meum —	550	—
Si ad illos mittereris, *non audirent te*. hebr. al. — — —	689	—
Si dormiatis inter medios cleros 800.	560	17
Signatum eſt ſuper nos lumen vul. tui Dom. hebr. al. — — —	5	—
Silentium, ſeu quia hiſtorici non referunt, ſæpe nullum eſt argumentum —	967	—
Simanovics Franc. Em. Zagrab. Theol. in ſuo Evangelio Syntattomeno edit. Vien. in 8. an. 1792. errores habet non tolerandos	793	—

	pag.	lin.
Si *mei* h. e. in me non fuerint ſuperbi, & improbi, *alieni* a legis divinæ obſerv. dominati: *mei* eſt in genit. non nomin. plurali. — — —	679	—
Simeon, & Levi 669. Simia 493. *Simonis* Biblia — — —	9	40
Simonius Richardus Gallus Oratorii Presb. mort. 1712. proprii judicii, & ſingularitatis arguitur, Criticus liberior, obſervationes ejus in N. Ttum. *a* Boſſueto damnatæ. 65. — —	620	—
Singulariter in ſpe conſtituiſti me. —	1205	6
Singularis eſt nomen ſubſtantivum ſpeciale porci ſilveſtris valde feri, gr. monios, *ferus* h. e. Nabuchodonoſor Rex *depaſtus eſt eam*, nempe vineam Domini h. e. populum, & regionem Iſraëlis; quod captivitatis 70. annorum tempus ſingulari ſuo ſitu litera *ain*, ſi non fors medium totius libri Pſalmorum, Pſalmo 80. v. 14. deſignat. —	786	6
Sitivit anima mea — —	700	32
Si tradidero corpus, ita ut ardeam	400	—
Socrates, & Euſeb. tradunt hæreticos Biblia ſua corrupiſſe — — —	940	—
Solutis *doloribus* al. funibus inferni	647	—
Sopor in Adamo — —	418	—
Stercus columbarum, una media conſtat 3. flor. cicer minutum eſt —	313	—
Stultorum infinitus eſt numerus. hebr. aliter habet quoad verba, non quoad realem ſenſum. — — —	419	—
Suavis, ſeu *Paulus Sarpius*, Servita an. 1606. a Paulo V. excommunicatus non eſt in hiſtoria Conc. Trid. integræ fidei, ideo a Joan. Launojo mortuo an. 1678. graviter notatus — —	55	—
Subſtantia mea in inf. ter. —	561	—
Sultan a *ſalat* dominatus fuit, juxta etym. Dominator — —	775	—
Super maria quomodo fundata eſt terra?	528	—

	pag.	lin.
Suſcepit eos de via iniquitatis. Hebræus habet; *Stulti propter ſuam iniquitatem afflicti ſunt.* — — —	523	35
Suſceptio, aliquem ſuſcipere ex græca phraſi valet auxilium, auxiliari —	519	—
Suſpendium elegit ſibi anima mea: ait Job. non elegit deliberate, & ſponte, ſed nempe ab alio, ſi neceſſe foret, inferendum, velut malum tolerabilius præſentibus. aliter Houbig. —	959	30
Syriaca verſio, utilis ejus præfatio, & tit. CC. 114. Syriace loquebantur eremicolæ ævo Hieronymi — —	348	—
T.		
Talentum eſt ſumma 1500. thalerorum	748	—
Talibus (bonorum operum) hoſtiis promeretur Deus — —	551	—
Taratantarizabo — —	583	—
Tecum principium h. e. principatus in die virt. — —	4	—
Te decet Deus hymnus in Sion. hebr. corr.	1016	—
Tempori loco: *Domino* ſervientes: legunt Græci. 393. — —	1113	—
Tenete traditiones — —	659	—
Termini *æterni* al. puerorum —	642	—
Terræ (in genitivo) *ejus* alii *miſerebuntur*	557	—
Tertia lingva eſt doloſa, apud tertium denigrans 567. — —	378	—
Thalmud juxta Judæos plus valet, quam Scra. S. — —	965	—
Thargum multa habet rei Chriſtianæ utilia	141	—
Thayanith eſt afflictio, ſic vocatur jejunium	220	—
Theocritus ruſtica ſvavitate inimitabilis Idyllia ſua ex Cantico Cantic. illuſtraverit	257	—
Theopneuſton h. e. divinitus inſpiratum. 75. Theſchukah pruritus in venerem, quo ſexus in ſexum alterum fertur, vel in genere obſequium —	763	—
Thikkun Sopherin h. e. correctiones ſcribarum — — —	756	—
Thomas S. recurrit ad textum hebr.	954	—

Tho-

	pag.	lin.
Thora lex 785. Thoth menſis Ægyp. 151. Tiberiadenſes Rabb. 965. Tigurina Biblia 610. Tigurini Miniſtri —	33	—
Tineo h. e. a tineis conſumor, contabeſco, 567. Tituli, & CC. Scræ. olim alia	719	—
Toletanum Conc. pro hymno trium puer.	182	—
Toletus Fran. a Profeſſore ſuo Dom. Soto *ingenii monſtrum* dictus, Jeſuita, Card. ſub Clem. VIII. mort. an. 1596.	1134	18
Tragelaphus, ſeu hirco-cervus exiſtit, ſicut chenalopex, ſeu vulpanſer —	567	—
Transmigra in montem ſicut paſſer. hebr. legitur corr. — —	699	—
Tres famoſi Sec. II. verſores. Aquila &c.	261	—
Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo	1104	—
Troglodytæ h. e. habitantes in cavernis ſubterraneis — —	493	—
Tzaphnath phayaneachh, obſcuriſſimum Joſephi nomen — —	509	—
Tzarab valde polyſem. — —	779	—
Tzeyir parvus, aliquando magnus contrarie	774	—
Tzelamoth umbra maxima, veteres legunt tzal-mavæth, tzalmoth —	742	—
Typographia an 1440. inventa, ſenſim perfecta, an. 1450. jam Biblia Latina impr. per hanc artem: Quod prius integro nullus conſcripſerat anno, munere Germano conficit una dies. Inventores Joan. Gutenberg, & Joan. Fauſt, & Petr. Scheffer, dum lucri cupiditate ab invicem diſcedunt, natales artis obſcurant, *Quos genuit ambos urbs Moguntina Joannes, librorum inſignes protocharagmaticos.* 927. l. 18. 970. l. 1. —	756	38

U.

	pag.	lin.
Ubi Cathholica Eccleſia, ibi veritas Scrarum.	948	—
Ugolinus Blaſius Theſaurum Antiquitatum Sacrarum Venet. an. 1747. voluminibus 33. edidit 455. l. 18. —	516	28
Ulphilas vide *Gothica verſio*. Una hirundo non facit ver. — —	998	—

pag. lin.

Unica litera mutata magnos creat errores, ut ſi topographum ſcripſeris, qui typographus fuerit — — 972 —
Unicornium ſanctificium — 566 —
Univerſalis reddi poteſt error ſemel in Scra. admiſſus 867. l. 30. 919. 12. 973. l. 28. 979. l. 22. — — 1038 —
Uſualis codex quis? — — 73 —
Uterùs in Scra. datur viris — 21 —

V.

Vaka Ar. hebr. jaka obedire. — 783 —
Vallarſius errat 163. l. 3. erroneas hebræi codicis lectiones producit — 887 —
Varians lectio ſæpe eſt corruptio 939. 950. 952. — — — 958 —
Variantes lectiones qui collegerint 123 —
Varro Mundi ætates trifariam dividit. 354 —
Vatabli Pariſ. hebr. ling. Prof. mort. 1547. Biblia a Rob. Stephano an. 1545, edita 610 —
Vav litera hebr. fere minima, ſola 20. ſignificationes habet. — — 707 —
Vega Andreas Hiſpanus Dominicanus 1570. mort. 50. — — 59 6
Veleſii Lectiones — — 128 —
Vermiculus eſt color ruberrimus — 568 —
Verſio Scræ. S. quoad rem ſignificatam, ſeu quoad ſententias non eſt opus hominis 111. 1040 10
Verſione nova Bibl. opus non eſt, ſed oportet nos pro uſu publico Vulgata manere contentos 553. l. 25. 575. l. 34. 624 18
Verſiones Eraſmi, Pagnini, Lutheri, Caſtalionis 550. Hungaroum 626. 577 —
Verſus in Pentateucho quot ſunt? — 233 33
Viam viri in adoleſcentia. Litterarum variatio hic quoque ſenſum variat 688. *Videbit omnis caro Salutare Dei.* hebr. al. 283 —
Viduam h. e. victum, ejus benedicam 956. Viduasne vel palatia eorum everterunt? 696 13
Viennenſe Concilium in Gallia ſec. XIV. LL. Orien. tradi jubens aliud, quam

Vul-

	pag.	lin.
Vulgatæ ex Fontibus correctionem pro ſcopo habuit — —	864	—
Vinum germinans virgines, cum naturale vinum potius faciat adulteros, & meretrices — — —	781	—
Vitam cum morte commutare. 1038. *Vitulamina* ſunt ſtolones, ſeu rami inutiles de radice pullulantes — —	563	—
Vizer Adamus 87. l. 23. 940. & 294. l. 36. 1028. l. 35. — —	1927	27
Vocabula cum ætate mutant ſuas ſignificationes, vel manente priore aliam adſumunt, e. gr. caligæ h. e. calcei, angvilla h. e. ſcutica pueris ſcholaribus caſtigandis 563. Eutrapelia virtus ſermonis jucunditate alios afficientis, in N. Tto. ſcurrilitas 821. Eadem vox aliud hebraice, aliud Syriace, aliud Arabice valet 823. 827. Voces inhoneſtas cavent Rabbini 964. *Voces ſemel tantum in Bibliis occurrentes* 851. l. 4. —	828	1
Voca, ſi eſt, qui reſpondeat tibi. —	705	—
Vogt Ant. — — —	925	—
Volantes ſerpentes exiſtunt —	402	—
Voſſius Iſaac. mort. 1680. annis 1500. Mundum adultiorem facit, verſionem 70. viralem extollit 355. —	329	26
Vulgata ab Heterodoxis laudatur 463. 1137. *In momentoſis rejici nequit etiam juxta Patronos fontium magis zeloſos* 86. 1024. Errores ejus minuti ſunt 1176. Fontibus hodiernis in multis jure præfertur 90. 118. 121. 467. Voces interdum uſurpat ſignificatione ſpeciali 565. 415. Objectiones aliquæ contra eam 419. l. 12. Quos juxta multos habeat adhuc nævos. 1175. Ab hac male provocatur ad Font. 1153. 1237. 211. — —	1175	13
Vulpesne, vel tantum ſegetum manipulos Samſon colligavit? —	645	—
Weitenauer — — 554.	1038	4
Widenhofer 480. l. 16. —	944	9

X 2

pag. lin.

Withakerus Vulgatæ multa objicit, an. 1594. denat. 53. l. 34. — — 419 12

X.

Ximenes Franc. de Cisneros Hiſpanus nat. 1437. Ord. S. Franc. primum Reginæ Caſtil. Confeſſarius, dein Ar. Epp. Toletan. Cardin. Univerſitatis Al-Calenſis Fundator, Statuum Supremus Miniſter, Statiſta maximus, Orient. Lingvarum gnarus, Regno, & Eccleſiæ utiliſſimus, mort. 1517. Granadæ ſua prædicatione tria reſiduorum ibi adhuc Mahometanorum millia (una die, ut fertur) convertit, Alcorani exemplaria prope 5. millia concremavit, auſu ingenti, ſumptibus maximis MSSta. hebr. Chald. Arab. Græca, unde unde potuit, ex toto orbe collegit, MSSta. etiam Leone X. de Bibliotheca Vaticana transmittente, ut Biblia Polyglotta an. 1500. juxta al. an. 1502. cœpta an. 1515. ex parte, ex toto demum an. 1517. etiam impreſſa, adhibitis literatiſſimis viris, LL. Orien. Cognitione celebratis orbi communicaret. 156. l. 19. 1209. l. 24. 1217 12

Monitum.

In hoc Indice quædam poſita ſunt mere ad notitiam hiſtoricam Lectoris, e. gr. Author talis in opere laudatus qua ætate vixerit &c. Habet ſuam utilitatem talis adnotatio, quæ tamen operi inferri non ubique potuit.

Menda typographica quæ occurrerint, benevolus Lector facile & advertet, & corriget, placuit tamen aliqua adnotare.

Pag.	lin.	*Errata*		*Correcta*
32	32	opotere	—	oportere.
33	1	mnltitudine	—	multitudine.
—	6	uniformen	—	uniformem
—	26	ne	—	nec
—	27	utile ſit	—	utile ſit
36	15	oporeat	—	oporteat
—	29	doctriam	—	doctrinam
40	35	ntpote	—	utpote
43	32	Apocalypſim	—	Apocalypſim
45	1	namquæ	—	namque
—	5	ſiudoſos	—	ſtudioſos
—	8	ad	—	omittatur.
52	19	Origines	—	Origenes
68	31	non tantam	—	non tantum
71	22	propoſicones	—	propoſitiones
75	20	expoſitionibus	—	expoſitionibus
76	32	quod	—	quoad
79	7	nlhil	—	nihil
86	6	harnm	—	harum
92	28	tamqnam	—	tamquam
94	27	ſita	—	ſita
98	10	achetypo	—	archetypo
99	4	etſi	—	etſi
110	2	utatar	—	utatur
126	9	antem	—	autem
—	30	Exech.	—	Ezech.
135	24	ſcatento	—	ſcatente
139	10	Miſſiæ	—	Meſſiæ
158	11	ſaecris	—	ſacris.
165	5	Canonicotum	—	Canonicorum
166	14	Provetbiornm	—	Proverbiorum.
167	10	refert	—	refert.
175	9	Pontifiico	—	Pontificio
220	22	adjntos	—	adjutos.
228	25	uon	—	non
237	10	Iſai. 282.	—	Iſai. 28. 11.
259	25	Heleniſtæ	—	Helleniſtæ.
261	15	pergrinus	—	peregrinus.
264	28	Gent. 1. 1.	—	Gen. 1. 1.
283	7	adventente	—	advertente.

pag.	lin.	*Errata*		*Correcta*
284	27	lingvis ſui	—	lingvis ſuis
299	19	Serapum	—	Serapeum.
357	26	Lateram Conc.	—	Lateran. Conc.
363	28	ſveciæ	—	Sveciæ
422	20	advefns	—	adverſus
457	9	guari	—	gnari
462	29	adſcritos	—	adſcriptos
468	2	retin ere	—	retinere
481	9	tu ſerdens	—	tu ſerpens
485	4	ridilulus	—	ridiculus
489	4	inverit	—	invenit.
490	19	Maorum	—	Majorum
478	24	librarioru	—	librariorum
500	7	hebraicæ	—	hebraice
536	3	inſanctas	—	inſanitas.
561	5	&	—	omittatur.
567	25	urga	—	erga
570	39	vertunr	—	vertunt
625	22	verſio	—	verſiones
627	17	Aug.	—	Helv.
634	24	poſtetioris	—	poſterioris
635	21	acratius	—	accuratius.
641	25	committuntr	—	committuntur
650	27	Orientatium	—	Orientalium
662	16	efficacitur	—	efficaciter
671	7	fietus	—	fletus.
672	24	omnes	—	ſemel deleatur.
—	36	exlibet	—	exhibet
714	15	lingua	—	lingva
715	15	ad	—	cap.
733	6	comma	—	commate
770	17	calummba	—	columba
778	11	*ur*	—	ommittatur.
782	41	tur	—	tor
786	26	dicerntur	—	dicerentur
787	15	ab ſolviſſe	—	ab-ſolviſſe
792	9	audis	—	audes
—	19	comendat	—	commendat
795	12	Aarabes	—	Arabes
810	18	rararum	—	rarum
819	8	quam	—	quem
833	7	laudubunt	—	laudabunt
836	12	ſtultitæ	—	ſtultitiæ
837	22	poſt *tu* adde	—	*cognoviſti.*
840	30	miniſtos	—	miniſtros

pag.	lin.	*Errata*		*Correcta*
854	27	Rabbincam	—	Rabbinicam
952	15	aſſignandos	—	aſſignanda
984	25	ſchæbaet	—	ſchæbæt
1031	24	— — — —	—	adde: textum
1078	16	Syrius	—	Syrus
—	28	haberie	—	haberi.
1125	6	hererodoxis	—	heterodoxis.
1197	25	Statietas	—	Satietas
1144	14	Opere	—	Operæ
1146	20	qag.	—	pag.
1167	8	ligna	—	lina
1151	23	Monothelitæ	—	dele. 2. poſit.
1154	32	propria	—	proprio
1155	18	patiantur	—	patiatur
1205	36	qaando	—	quando

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

